# SCHOLÆ WINTONIENSIS PHRASES LATINÆ.

---

## THE LATINE PHRASES OF Winchester-School.

Corrected, and much Augmented, with *Poeticals* added; and these four Tracts, *viz.*

I. *Of Words not to be used by Elegant Latinists.*

II. *The difference of many Words like one another, in Sound or Signification.*

III. *Some words governing a Subjunctive Mood, not mentioned in* Lillies *Grammer.*

IV. *Concerning* Χρεία *and* Γνώμη, *for entring Children upon making of Themes.*

---

By H. Robinson, D. D.

---

*The Tenth Edition with Additions.*

---

Published for the common Use and Benefit of the *Grammar-Schools.*

---

*LONDON,*
Printed by *M. White*, for *J. Wright*, at the *Crown* on *Ludgate-Hill*, and *R. Chiswell*, at the *Rose* and *Crown* in St. *Paul*'s Church-yard. 1681.

Educ T 20916.81.8*

HARVARD COLLEGE LIBRARY
GIFT OF
GEORGE ARTHUR PLIMPTON
JANUARY 25, 1924



# ERUDITISSIMIS

Et in ſuo genere

## Celeberrimis VIRIS,

*D. Doctori* Busby *Regiæ apud Weſtmonaſterium Scholæ,*
*Dom.* Samueli Cromleholme *Scholæ Paulinæ,*
*Dom.* Johanni Goad *Scholæ Londin. Mercatorum Sciſſorum,*
} *Gymnaſiarchis;*

Dedicatur Hæc Farrago Phraſium Anglo-Latinarum,.

Opus apprimè Utile & Gymnaſiis Quibuſcunque Fructuoſum.

A D. Doctore *H. ROBINSON* Wintonienſi Compoſitum.

*A. M.*

A 2 *Lectori*

# Lectori Candido.

PErcrebuit quidem apud nos hodie consuetudo, ut tutum non sit librum ullum emittere, nisi patrocinio suffultum, & satellitio quodam satis munitum. Mihi profectò non omnino videtur rationi dissentaneum, quòd hæreticis quidem opinionibus & sphalmatis repurgandis, quibus undique quorundam libri scatent, tam prudenter consultum sit: Plurimum enim habet momenti, optimarum rerum ut grandioribus, ita præcipuè tenerioribus animis, gustum insevisse. Hoc quidem fecit hujus libri Protoplastos insignissimus: cui visum est, non ad stultas vulgi cupiditates, aut absurdas opiniones, verùm ad Latini Sermonis elegantiam, juventutem nostram hisce chartis illectare. Laudandi sanè sunt, qui ita ætatem teneram pietatis indiciis & utilitatis illecebris inescant, & pueritiæ quasi crustulis blandiuntur,——— Elementa velint ut discere prima. Talibus profectò viris, optimè de Linguâ Latinâ merentibus, multum honoris debetur. Inter alios autem Philologos, & politioris literaturæ viros, *H. Robinsoni* nostri, Latini Sermonis verè juris & Sacro-sanctæ Theologiæ luminis, laudatio non est supprimenda, qui novâ hâc Phraseoloγίας face, ita puerorum animos illuminavit, ut jam per putidioris & insulsi sermonis tenebras iter rimari facilè liceat. Hanc ergo (quoniam me nuper, bibliopolæ nomine efflagitavit vir dignissimus) sententiam feram, ἐπίκεισιν subjungam, opus scilicet apprimè utile, studiosæ juventuti gratissimum, atque etiam Gymnasiis omnibus maximè profuturum, Authorem præstitisse. Hoc sane profert testimonium

*Shadrach Helmes*, Scholæ Orphanotrophiæ apud *Londinates* Moderator.

*Et ædibus meis*,
Nov. 24. 1663.

HARVARD COLLEGE LIBRARY
GIFT OF
GEORGE ARTHUR PLIMPTON
JANUARY 25, 1924

## NICOLAUS ROBINSONUS

*Lectori candido, Salutem.*



E Libellus hic ſine parentibus, & obſtetrice, tanquam filius terræ neſcio quis in lucem prodeat, dabis mihi veniam paucis affari, moneréque te, benevole Lector. Quæ mihi ſub ferula militanti pater olim tradidit, ea Literarum Latinarum candidatis ego per Angliam univerſis do, Publicique juris facio. Publicandi Phraſes eadem eſt cauſa, quæ (opinor) colligendi fuit; quòd eæ minùs ad uſum idoneæ plenæque ſunt, quæ hactenus verſatæ ſunt in manibus puerorum. Liceat paucis quod in pleriſq; requiratur denotare. Calliepeia illa, & Synonymorum Sylva quæ plurimùm terebantur in ſcholis, multa habent non ſatis emendata, & Latina quædam à titulis ſibi præfixis aliena, nonnulla putidiora & inſulſa, eandémque cramben ſæpiùs apponunt recoctam variis in locis; præter ingentem inutilémque adverbiorum nominúmque congeriem, quæ verborum phraſibus (quantùm uſus poſtulat) multo ſaniùs aſcribi admiſcerique poterant. Quid quod alteri Poetica deſunt omnia, in altero admodum rara ſunt, eáque mendoſa. Mendis enim Typographicis miſerè laborat ac deſperatè. Paulo emendatior Huiſus; at neque purus

neque plenus, quamvis alicubi redundet. In Morello haud pauca etiam barbara, petita è trivio permulta ſunt. Purior quidem Manutius; ſed nec in eo quicquam poeticum, & ex Oratoriis deſiderantur plurima. Phraſium verò vice integras proponit complicatáſque ſententias, quo pueris intercipit ipſam conſtruendi & accommodandi ſuas Phraſes induſtriam. Sunt qui grandiloquentiam quandam pueris ex Oratoriis phraſibus hauriendam propinent. Sed & hæ pauciores videntur quàm ut multùm prodeſſe valeant. Calligraphia Parei abundare copiâ videtur, ſi molem ſpectes; verùm non ſatis diſtincta & diſtributa fruſtatim, nec ad uſum puerilem, Anglicanæ præſertim gentis, apta ſatis paratáque: Capita enim pleraque longiora, adeóque ſunt confuſa, ut venando veſtigandóque Phraſes rei propoſitæ aptiſſimas pluſculum temporis conterendum ſit. Eadem in Comicis maximè verſatur, quorum humilior eſt Oratio, & in anguſtis admodum limitibus clauditur uſus fructúſque. Nam acumen illud Plautinum, quod tantopere ſuſpiciunt admirantúrque nonnulli (nimium, credo, patienter) ad familiares epiſtolas atque ſermones elegantiæ Romanæ ſtudioſos adjuverit fortaſſe; ad Orationes conſcribendas & Commentationes Theologicas, Hiſtoricas, Philoſophicas, aliarúmque rerum graviores haud multùm ſanè profuturum. De Priſco loquendi ejus, inſolentique more nihil dico. Memini & vidiſſe me Poeticas veréque pueriles Muſſiponti Phraſes editas tantâ & Typographi & Compoſitorum incuriâ,

riâ, ut mendoſis, ineptis atque inutilibus paginæ ſcateant ſingulæ. Quid igitur? inquies, Túne Phraſes pueris completas, omnibúſque numeris abſolutas pollicere. Immo verò id ego neutiquam polliceor. Hoc autem non arroganter fortaſſe promiſſurus mihi videor, aurum argentúmque purum ad quemlibet ferè uſum, quantúmque vis ex hoc te theſauro facili poſſe negotio tollere. Tacente verò me, quid hæ præſtant Phraſes, quantúmque præſtant aliis, qui ad has cum aliis comparandas operam perexiguam, unam alterámve horam contulerit, facillimè dijudicabit. Phraſibus alia quædam adjungere viſum eſt, quæ nec vulgaria & in ſcholis deſiderari putabam. Hæc præfatus abſolvo te, Lector, longioris Epiſtolæ tædio, & ad ipſum remitto Librum; quo ſi videbitur, utere, fruere. *Vale.*

## English Reader,

*IF thou desire to be a Latin Writer, here is choice of choice Phrases gathered out of the best Authors ready to thy hand; more and more pure (if I much mistake not) than all the other Phrase-Books will afford thee. For the easier use of them let me help thee with a few short Observations.*

*1. Where thou findest any figure added after an Alphabetical Title, those will direct thee to another Phrase elsewhere, of some affinity with that present. 2. In the Poetical Phrases, where thou findest an* &c. *with the name of the Author and Book, that in that place to which reference is made, there is more to be found to the same purpose, of purpose omitted for Brevities sake. 3. An imperfect Colon (;) between two Phrases or more, sheweth commonly that all those Phrases so joyned have reference to some one word or more preceding or following; As in Phrase* 63. Præ metu ubi sim nescio; vix apud me sum; pectore non consisto; *these three,* pectore non consisto; vix apud me sum; ubi sim nescio, *do all belong to* Præ metu *foregoing. So* Tota mente; omnibus, totis artubus contremiscere; omnibus, totis artubus; *and* tota mente *joyned by an imperfect Colon in the same* 63. *Phrase, have reference both to* contremiscere *following.*

*To stay thee no longer with Prefacing, I commend thee and thy Studies to the Blessing of Almighty God.*

SCHOLÆ

# SCHOLÆ WINTONIENSIS

## Phrases Latinæ.

### A.

1. To abandon or forsake utterly.

ABdicare, abjicere, deserere, derelinquere, abnegare, repudiare, dejicere, repellere. Nullo modo agnoscere. Pro suo non habere; non agnoscere. Nuncium virtuti remisit. Civilibus officiis renunciavit. Amicitiam alicui renunciare. Pro derelicto habere.

*To abash.* 121.
*To be abashed.* 122.

2. To abate in a sum or reckoning.

De numero, summâ, rationibus, debito deducere, minuere, imminuere, auferre aliquid; decidere, detrahere, subtrahere, decerpere, comminuere, adimere, abjicere, aliquam partem condonare, decurtare. Totum non exigere, poscere, postulare. Minus accipere quàm debeam. Summam minorem facere. Partem de solido demere.

*To abet.* 130. 947.

3. To abound in necessaries.

Necessariis, rebus necessariis abundare, affluere, circumfluere. Quicquid est quo vita carere non debeat, nusquam est uberius, copiosius. Omnia mihi quæ sunt opus, quibus est opus, affluunt, profluunt, scatent, scaturiunt, redundant; abunde, abundanter, ubertim, uberrimè, profusè, affluenter, satis superque, copiosè, affatim, largè, largiter, locupletissimè suppetunt, cumulatim, cumulatissimè adsunt; plenâ donantur, suppeditantur manu. Eorũ quibus usus quotidianus, nihil abest, deest; copiâ fruor, satietas me tenet, abundantia mihi est, affluentia, efflorescens sylva, ubertas summa, inexhaustus fons, opulentia quædam & luxus, & pleno copia cornu, iis quæ ad tuendam, conservandámq; vitam necessariò spectant, conferunt, conducunt.

Frigus quæ durámque famem depellere possint: ad vitam quotidianam utilibus cumulatum esse me, copiosum, divitem, locupletem, exuberantem fateor. Earum rerum copia est quæ sunt necessariæ. Queis humana sibi doleat natura negatis. Omnia quæ ad victum cultumque pertinent, quasi virgulâ divinâ (ut aiunt) suppeditantur.

4. To abhor. 308.

Detestari, aspernari atque abhorrere.

horrere. Ab aliquâ re abhorrere; animum alienissimum habere. Rem animo magnopere aversari, abominari, tanquam auspicium malum, ut pestem refugere.

—— Odi cane pejus & angue.

*To abhor or hate.* 655.
*With good abode.* 822.
*With ill abode.* 824.
*To abound in riches.* 1086.

5. To abridge. 222.

Res dispersè, diffusè dictas, latè scriptas, latissimè patentes; dicta sparsim, fusiùs, latam materiam in compendiū, in arctum, angustum, in unum locum cogere, colligere, paucis comprehendere; in unum quasi manipulum contrahere, uno fasce, fasciculo, breviter, & perdiligenter complecti, ad certa capita, genera deducere, reducere, in summam, epitomen, compendium redigere, summatim exponere, ratione & distributione sub uno aspectu ponere, ad certum numerum paucitatémq; revocare, in parvum & angustum locum adducere, concludere. Multa in pauca conferre. Ex ingenti, immensóq; campo in exiguum gyrum compellere: Rerum summas tantùm & capita strictim persequi, paucissimis perstringere. Rerum gestarum summam texere.

—— Summa sequar fastigia rerum.

6. An Abridgment or Brief.

Epitome, compendium, synopsis, commentariolus, summa negotii. Angusta, contracta, succincta rerum narratio. Præcipua rerum capita. Summa rerum facies. Brevis & circumscripta quædam explicatio. Pressa, compendiaria, concisa rei latioris, amplioris contractio.

7. To go abroad.

Foras ire, exire, ambulare, prorepere, migrare. Domo, ex ædibus prodire, exire, abire, egredi, educere, proruere se, ut primùm limine, domo pedem extulit. Domo cedere. Foribus, tectis excedere. Tecta, limen, limina relinquere.

—— Celerem quò rapis tectis pedem?

*To come abroad.* 300.
*To abrogate a Law.* 783.

8. To absent himself. 285.

Abesse. Præsentem se non sistere. Non comparere, apparere. Vocatus non respondit. Ubi expectabatur, quo vocavit officium non adfuit; loco abstinuit se. Urbem deseruit, ruréque se continet.

Defuit officio Paridis præsentia tristi.

9. To absolve in judgment. 318.

Reum absolvere, à culpâ expedire, judicio, crimine liberare, solvere, à pœnâ eximere, innocentem, insontem pronunciare, declarare. Ex reis eximere. Innocentes calamitate prohibere, è medio supplicio impunitos dimittere, omnibus suppliciis liberare. Literam salutarem scribere.

—— Niveis lapillis absolvere culpâ reos. —— Indignum crimine duxit.

10. To

10. **To be absolved in judgment.** 504.

Omnium ſententiis, omnibus ſuffragiis, calculis abſolvi, &c. Ex judicio indemnis, impune, impunitus evadere, elabi, emergere, in integrum reſtitui. Ex judiciorum laqueis expedire ſe, periculis eximere ſe. Magnis judiciorum periculis defungi. Magnis criminibus delabi.

*Abſolute or perfect.* 960.

11. **To abſtain from pleaſures.** 979.

Lenociniis, à lenociniis voluptatum abſtinere, abſtinere ſe. Ab eſcâ malorum devorandâ, à conſuetâ libidine animum, ſe cohibuit, continuit, inhibuit, repreſſit, revocavit, coercuit, ſevocavit, compeſcuit. Interdixit ſibi genere omni deliciarum. A voluptatibus temperare, temperare ſe. Voluptatum amœnitates aſpernari, rejicere, ſeveriſſimè contemnere. Voluptatis invitamenta, illecebras, blanditias, blandimenta declinare, averſari, repellere, tanquam ſaxa & ſcopulos effugere, devitare, evitare. Ab illecebris voluptatum abhorrere. Omnem ſuavitatem ſenſibus excludere. Voluptatibus bellum indicere. Rarum, egregium ſpecimen temperantiæ. Non Sirenum cantus audivit, non Circes degustavit pocula: Neque vino deditus, neque Veneri. Omittendæ ſunt omnes voluptates, relinquenda ſtudia delectationis.

Eſt virtus placitis abſtinuiſſe bonis.

—— Voluptates commendat rarior uſus.

12. **To abſtain from meat.** 535.

Cibo abſtinere. Ventri bellum indicere. Fraudare, defraudare ſuum genium, jejunare, jejunia ſibi crebra, frequentia indicere. Multâ inediâ, jejunando ſæpiùs macerare, conficere ſe: maciem, marcorem, languorem, debilitatem contrahere.

— Appoſitis abſtinet ora cibis.

13. **To abſtain from ſpoil and robbery.** 1205.

Manus abſtinere, reprimere ab alienis pecuniis. Ab auro gazâque regiâ manus, oculos, animum cohibuit. Alienum nihil ad prædam rapere. Homo abſtinentiâ Themiſtocleâ, ſummâ. Tu non es Themiſtocles. Nullâ re faciliùs conciliare benevolentiam multitudinis poſſunt ii qui Reip. præſunt, quàm abſtinentiâ & continentia. Decet non ſolùm manus, ſed etiam oculos abſtinentes habere.

14. **Abſurd.**

Abſurdum & abſonum. Perabſurdum. Rationi diſſonum & diſſentaneum, minimè conſentaneum. Quod ratione vacat, à ſenſu omnium communi abhorret; nullam veri ſpeciem, aut ſimilitudinem habet, præ ſe fert. Eſt hoc auribus animiſque hominum abſurdum.

*To abuſe one.* 729.

**15. To abide in a place. 419.**

In eodem loco permanere, subsidere, consistere, immorari diutiùs versari, subsistere, persistere, hærere, residere, hæsitare, morari, commorari, eidem loco adhærere, adhærescere. Eundem tenere, obtinere, servare, conservare locum. Nusquam, non aliò discessit, recessit, migravit, transiit, abivit. Nusquam pedem. Pedem, sedem, baculum alicubi figere. Ruri ferè se continet. Tu affixus ibi es, ut rotæ Sisyphus. Incubabat tabernam quandam.

Formica hyeme non usquam prorepit. Sedet, æternumque sedebit Infelix Theseus. Non procul à stabulis audet discedere.

*To abide or endure.* 772.

**16. To accept of kindly.**

Gratum & acceptum habere. In bonam, optimam partem accipere. Libenter, perhumaniter, æquâ mente; vultu hilari & benigno, lætâ fronte, animo libentissimo, grato & benevolo accipere & exosculari. Æqui boniq; consulere. Ambabus (quod aiunt) ulnis, summâ animi propensione, voluptate amplecti, complecti. Obviis manibus excipere. Quale quale est boni consulite. Accipe pacato vultu.

**17. Not to accept of kindly.**

Lævâ accipere quod dextrâ porrigebatur. Severiore, tetrico, tristiq; vultu, animo parùm propitio, minùs æquo, iniquiore, quæ oblata sunt, gravatim, ægrè admisit.

**18. To have access into ones presence.**

Aditum ad aliquem habere, potestatem, copiam conveniendi aliquem habere. Ad congressum, colloquium alicujus admitti, pervenire. Sermone alicujus, aditu ad aliquem non prohiberi. Adire manum.

Coram data copia fandi. Potestatem sui facere: *To give access.*

*Accessary to a crime.* 643.

**19. To accompany or go with.**

Comitari, sectari, assectari, sequi, subsequi. Alicui se viæ comitem adjungere, socium itineris præbere, dare.

Nec, nate, tibi comes ire recuso. Et qui comitavit Orestem. Sum comes ipse tuus.—— Supremum carpere iter comites parati.

**20. To accompany, or keep company with. 524.**

Cum aliquo assiduus esse, familiarissimè, amicissimè vivere, consuetudinem habere. Lateri alicujus adhærere. A latere alicujus nunquam discedere. In publicâ re socius, in privatis omnibus conscius omnium sermonum & consiliorum sui. Quocum est mihi non modò hospitium, sed etiam domesticus usus & consuetudo. Societate quotidianâ cum aliquo conjungi. Alicujus collocutione & aspectu quotidiano frui. Cum eo mihi quotidiana consuetudo, summa intercedit. Sodales, consortes, contubernales, commilitones, socii, comitésque

téſque aſſidui, perpetui. Domi belliqueſimul viximus. Nunquam abs te ſejungar, digrediar, recedam.

Jure ſodalitio qui mihi vinctus erat. Quos ego dilexi fraterno more ſodales. Fidus Achates. Me convictore uſus amicóque à puero eſt.

### 21. To accompany or have society with wicked men.

Societatem cum improbis conflare, coire. Societatem ſceleris cum aliquo inire, habere. Peſſimum quemque ſibi ſocium adjungere, adſciſcere. Ad improborum cœtum ſe aggregare, adjungere. In hominum perditorum, pravorum ſocietatem ſe dare, conferre.

### 22. To accompany or hold fellowship with good men.

Ad familiaritatem ac uſum bonorum omnium ſe aggregare, conferre. Virorum optimorum conſuetudine frui, ſocietatem & familiarem uſum ſibi conciliare. Ad bonorum familiaritatem ſtudioſè applicare, adjungere.

### 23. To accord in mutual affection.

Magnâ amoris conſpiratione conſentire. Idem velle & nolle. Senſibus congruere, conjungi. Singulari concordiâ pungi, inter ſe conſpirare. Pacem inter ſe magno ſtudio & amicitiam colere. Conjunctiſſimè inter ſe vivere. Unum ſentire, unum ſtudere. In quibus voluntatum & ſtudiorum ſumma eſt conſenſio. Concordes, Unanimes, Unanimi. In quibus unum & idem velle duobus erat.

### 24. To accord in opinion.

Concurrere in unam ſententiam. Hæc mihi tecum conveniunt. Uno animo, ore, unâ mente, voce conſentire. Uno conſenſu, conjunctis ſententiis aliquid ſtatuere. Nulla inter nos diſcrepantia, controverſia, diſſenſio eſt. Idem ſenſus utriuſque, eadem ſententia. In eadem opinione convenire. In eandem ſententiam loqui. Unum atque idem ſentire in re aliquâ, eundem animum habere. Veſtrum judicium à noſtro non diſcrepat, non abhorret. Ut Neſtor & Ulyſſes apud *Hom. Odyſſ.* neque in concionibus apud populum, neque concilio principum diſſidebant unquam, ſed quaſi unum habuiſſent animum, ſemper idem ſentientes, quàm optima conſtituebant in publicum. Conſentire, congruere.

Fraternis animis, quicquid negat alter & alter: Annuimus pariter vetuli notique columbi.

### 25. To do by mutual accord.

Compoſitò, ex compoſito, ex compacto, de compacto, ex pacto aliquid facere, agere, gerere.

*Of his own accord.* 1415.

### 26. To cast account.

Rationes inire, referre, ſubducere, ſupputare, colligere. Impenſæ, impenſarum, expenſæ, expenſarum, expenſorum, ſumptuum rationem numerare, recenſere,

ſere, computare, examinare, ſupputare calculis; ad calculos redigere, numero comprehendere. Cum aliquo inter ſe rationes conſerre. In ſummam unam omnia reducere, conferre, cogere, redigere. Omnium ſummam ſubducere. Ad examinandos ſumptus, impenſas, expenſas, calculos adhibere. Ratiocinator, calculator, qui à rationibus, à calculis eſt: *An Auditor.*

Numero comprehendere certo. Nummorum, ſumptuum rationem exigere, poſcere, poſtulare. Ad calculos, ad rationem & calculos, ad computationem vocare, revocare, reducere. *To call to an account.* Rationem reddere. Sumptuum rationes exhibere, deſcribere: *To yield or give up an account.*

27. **The account is right.**

Rectè rationem ſubduxit. Summa rationem quadrat. Ne uno calculo, ne minimâ ratiunculâ lapſus eſt, erravit.

28. **To remain or overſee an account.**

Rationes diu jam peractas abſolutáſque recognoſcere, diſpungere. Dati & accepti, accepti & impenſi tabulas, data & accepta; Ratiocinarium librum, codicem ratiocinarium conferre, excutere, examinare calculis. Ratio de integro ineunda eſt mihi.

29. **To account or eſteem of.**

Magni, plurimi facere, æſtimare. Eximium in honore ſummo, præcipuo; in deliciis habere. Honorificè ſentire & loqui de aliquo. Quantivis pretii æſtimare. Multum, plurimum tribuere, deferre alicui. Optimè de aliquo exiſtimare. Inter primos referre, reponere. In oculis ferre. In aliquâ re multum ponere. Voluptatem in ſummis bonis habere, ponere.

30. **To be accounted or eſteemed of.**

Maximam virtutis opinionem habere. Gratiâ plurimùm & autoritate valere. Maximi fieri, æſtimari. Primum locum apud me tenet. Res maximi apud me ponderis & momenti. Primas partes apud aliquem habere.

31. **A man of great account.** 993.

Vir in ſuâ civitate magnus & clarus; magnæ, ſummæ, primæ autoritatis, dignitatis, exiſtimationis; celeberrimæ famæ; multi, primi, clariſſimi nominis; omnium exiſtimatione ornatiſſimus; qui in oculis hominum cum gloriâ & dignitate verſatur; qui hominum admiratione & benevolentiâ in cœlo eſt; quem unicè colunt cives, ſuſpiciunt & admirantur; qui honoribus & gratiâ floret; in quem ſe tota convertit civitas; quem omnes unum intuentur; quem omnium oculi conjiciuntur; cujus ſalutem omnes curant; in quem omnes colunt honore maximo; in quo ſumma eſt autoritas & amplitudo; cujus de præſtanti virtute magna eſt opinio. Nomen alicujus quem homines ſic intuentur, ut quendam

quendam è cœlo divinum hominem delapsum putent.

Vir pietate gravis —— & meritis.

32. To make no account. 3341.

Flocci, nauci, nihili, pili, non hujus, non teruncii, parvi, non magni, minimi pendere, facere, æstimare. Parvi, minimi ducere. Nullo loco numerare. Pro nihilo habere, ducere, putare, reputare. Nullius momenti æstimare. Improborum censuras non moror; de convitiis non laboro.

Res tibi pro vili, sub pedibúsq; jacet.

33. A man of no account. 163.

Homo sordidus, obscurus; nullo loco, ordine, numero; nullius loci, ordinis, numeri; pretii, meriti; infimâ conditione, loco infimo; imi subsellii; quintæ, extremæ classis, infra infimos; rebus omnibus omnium facilè postremus, infimus; despectus, despicatissimus, contemptus, abjectus; quo nihil contemptius, despicacius. Qui civitatis locum infimum tenet; cum infimâ multitudine conculcatur, obruitur, consenescit, apud populares sordet; nihil valet, potest. Unus è multis; ex fæce populi; sortis humillimæ; inter capite-censos & proletarios; de imâ plebe habetur, numeratur, recensetur. Qui propter ignobilitatem in tenebris latet, delitescit, honoribus excluditur, à Rep. tractandâ, ab omni munere, à Reip. administratione arcetur, amovetur, repellitur. Quem nemo aditu, congressione, sermone, convivio dignatur. Homulus ex argillâ & luto fictus, quem ego omnino natum nesciebam. —— Telluris inutile pondus: cujus surdum est nomen. —— Inferius quo nihil esse potest. Nos numerus sumus, & fruges consumere nati. —— Quos fama obscura recondit.

34. Things of no account.

Res leves & nugatoriæ, nullius ponderis, valoris, momenti, pretii; minutissimæ, levissimæ, tenuissimæ. Quisquiliæ, nugæ, tricæ, palea, ludibria, nugamenta. Minutiæ ludicræ. Crepundia. Germanæ gerræ. Ima fæx. Quod vitiosâ, casâ nuce non emerem. —Projectâ vilior algâ. —— Re pro vili, sub pedibusque jacet.

Fabulæ, næniæ. Ineptiæ aniles, futiles, affania. Somnia. Bullatæ nugæ: *Vain speeches of no account.*

35. To accuse or question. 537.

In jus, judicium, populi judicium, in capitis judicium, discrimen, in medium rerum certamen ducere, adducere, accersere, arcessere, vocare, trahere, rapere. Capitis aliquem postulare, arcessere. Reum citare, peragere, agere, referre, facere. Suffragiis, sententiis judicum nomen alicujus objicere: reum aliquem tradere, exponere. Nomen alicujus deferre, ad Judices, ad Prætorem deferre. Diem alicui dicere. Actionem

ctionem, crimen intendere, intentare, instituere, contrahere, conflare in aliquem. Alicui periculum capitis creare, denunciare; dicam grandem impingere, scribere, capitale crimen objicere. Aliquem ad causam dicendam vocare, in reos referre, reponere, pro tribunali adducere, sistere, judicio persequi, arcessere; sceleris, criminis accusare, insimulare, arguere; ad Prætorem rapere.

——Ante forum, puteásque Libonis Sistere. Criminibus terrere novis.

### 36. To be accused.

In judicium, jus, ad tribunal, judicium vocari, rapi, &c. Ad subsellia tractus, in extremâ fortunâ stetit. In judicio ab inimicis exagitati. Judicio obstringi, obligari, invidioso crimine accersiri. Gravibus criminibus teneri, onerari. Reum peragi, citari, subire judicium. Ad rerum à se gestarum reddendam rationem adigi.

### 37. To frame an accusation or to plead against one.

Contra aliquem accusationem suscipere, parare, instituere. Asperè, acerbè, graviter, liberè, vehementer, acriùs accusare. In aliquem omnia accusationis tela conjicere; partes accusationis obire, accusatores obtinere, obire, suscipere, in se sustinere, ad accusandum descendere.

### 38. To accuse falsly or slander.

Calumniari. Calumniis, criminationibus, criminibus falsis, mendacibus impetere, insimulare aliquem; ficto crimine insectari; injustè, invidiosè criminari; in falsam, iniquam probrorum insimulationem vocare; in invidiam falso crimine inducere; mendaciis onerare; mendaciunculis aspergere. Innocenti, insonti periculum facessere; calumnias apponere, effingere, impingere.

Criminibus falsis urgere, insimulare.——Falsi criminis acta rea est. Nefanda juveni crimina insonti apparat.

### 39. To accustom himself to.

Rei alicui se penitus dare, assuefacere, consuescere. In consuetudinem rem aliquam adducere. Se in consuetudinem dare. Crebris actionibus, idem sæpiùs agendo, repetendo, usu quotidiano consuetudinem, morem contrahere. Ea studia repetit sæpiùs; quotidie, diligentiùs persequitur. Iis totum se studiis tradit. Usu & consuetudine callum contraxit. Assiduus in re aliquâ. Suavitatis artifex consuetudo. Insuescere rei.

A teneris assuescere multum est. Insueti homines bello. Resides & desuetudine tardi. Desuescere. *Unaccustomed.*

### 40. Achilles.

Pelides, Æacides, Dux Danaus Thea[illegible]

Thetidis proles, filius. Chironis alumnus. Trojæ populator.
——Timor ille Phrygum, decus & tutela Pelasgi.

Nominis Æacides, caput insuperabile bello, &c. *Ovid. Metam.* 12. *f.* 7. Impiger, iracundus, inexorabilis, acer: Jura negat sibi nata, nihil non arrogat armis. Honoratus. Larissæus. Pythius. Pellæus. Nereius. Æmonius. Majus apud Trojam forti quid habemus Achille?
——Formidata Tonanti Progenies.

*To acknowledge.* 320.

41. To acquaint or advertise.

Admonere, docere, commonefacere; certiorem reddere, facere aliquem de aliquâ re. Facere ut quis intelligat, sciat, cognoscat. Rem narrare, nunciare, dicere, renunciare, declarare, significare, indicare, ostendere, patefacere, aperire, exponere, demonstrare, proferre ad aliquem. Quid sit factum, gestum erudire, notum facere, docere, perscribere.

Accepi literas quibus cognovi, videbam, ex quibus intellexi, perspexi, animadverti & didici. Accepi auribus. Accidit auribus & ad aures. Nunciatum est mihi.

*To be advertised.*

Quod scelus ut pavidas ——
mihi contigit aures.

*Well acquainted with.* 52.
*To acquit in Judgement.* 9.
*To be acquitted.* 10.

42. To perform noble acts.

Præclara, egregia facinora suscipere & conficere; administrare cum laude, cum admiratione omnium. Rerum gestarum gloriâ florere. Res magnas, præclaras; laborum, periculorum plenas; triumpho dignas gerere. In eximiis, egregiis facinoribus elaborare.

Res gerere, & victos ostendere civibus hostes.
——Virtutem extendere factis.

*To act a Stage-play.* 1210.
*To boast of his own acts.* 210.

43. To add or put to.

Addere, adjicere, annectere, adjungere, subjungere, apponere, aggregare, ascribere, asciscere, attexere, admiscere, admovere. Additamento numerum, cumulum augere, amplificare. Accessionem magnam facere. Incrementum rei dare, afferre. Accedit, accrescit aliquid. Unâ pecude gregem auctiorem fecit. De meo nihil his novum opposui.

*To admire.* 854.
*To admit or grant.* 1239.
*To have admittance.* 18.

44. To be admitted to an Office.

Magistratum inire. Creari, fieri, renunciari Consulem. Principis, Consulis personam induere, suscipere. Munus officii subire. Administrandi regni, Reipublicæ provinciam suscipere. Ad Rempublicam, ad Reipublicæ gubernacula, clavum accedere. Clavo

imperii manum admovere. Rempublicam capessere. In regnum admitti, recipi. In imperio locari, succedere. Regnum amplecti.

Aggredere ô magnos—honores, Sceptra loci, rerúmque capit moderamen: In sceptra reponi.—— Laurigeris annum qui fascibus intrat.

*To admonish.* 1376.

45. To adopt.

Scribere, designare, nominare, constituere sibi hæredem electum, non natum. Sibi filium aliquem eligere, instituere, adoptare. Alienum partum sibi segregare in filium; suum facere; habere & educare pro suo; filii & hæredis loco habere, hæredem asciscere, decernere, assumere. *Quid est jus Adoptionis? nempe ut is adoptet qui neque procreare jam liberos possit, & cùm potuerit sit expers. Adoptiones hæreditas nominis, pecuniæ, sacrorum sequuntur.*

46. To adorn or beautifie.

Ornare, adornare, exornare, excolere, illustrare, insignire, concinnare, perpolire, decorare, arte limare, quasi dolabrâ lævi expolire. Ornatu, cultu, ornamentis rem illustrem, splendidam, nitidam, insignem, politam, politiorem, insigniorem, &c. reddere, facere. Ornamentis & cultu facere, ut niteat res, ut splendeat; rei decus & Venerem dare, addere, conciliare. Ornatum, splendorem, nitorem, venustatem rei accersere. Limam adhibere.

47. To advance to honour.

Ad honores, dignitatem, altiorem locum, gradum evehere, provehere, excitare, promovere, perducere, attollere, sublevare. Ampliorem, illustriorem facere. Imperium, honores amplissimos, maximos; magistratum, fasces, præfecturas alicui deferre, tradere, committere, in aliquem conferre; dignitatem, honorem alicujus augere, amplificare. In dignitate, amplissimo gradu aliquem locare, collocare, constituere; ex tenebris in lucem evocare; ab obscuritate in claritatem vindicare; honore amplissimo, claritate, honoris insignibus ornare, illustrare; ad summum rerum apicem efferre, extollere.
——*Imo tollere de gradu.*
——*Tergiminis tollere honoribus.*

48. To be advanced. 1093.

Honoribus summis, amplissimis augeri, ornari, cumulari, efferri, affici. *Ad celsissimam* sedem dignitatis, honoris, ad summum imperium, per omnes dignitatis gradus, ad summum locum civitatis, ad altissimum celsitudinis fastigium; ad amplissimum, summum, supremum honoris culmen ascendere, aspirare, efferri, evehi, pervenire. In amplissimum ordinem ascribi, admitti, cooptari, assumi, eligi. Honores, magistratus à populo sibi datos, delatos, mandatos habere. Omnium suffragiis honores amplissimos, omnes gradatim consecutus, assecutus, adeptus est, obtinuit.

tinuit. Altiùs ad decus & gloriam, ad ſplendorem & autoritatem emergere, aſcendere, ſurgere, creſcere.

*To advance learning.* 796.

49. To adventure or make trial of.

Audere, ſuſcipere, aggredi, eniti, tentare, pertentare, experiri, moliri, conari, adoriri. Perclitari fortunam, periculum, experimentum facere. Tentare vada. Experimenta indocti medici per mortes agunt. Probare. Aleam jacere. Vela ventis dare, permittere. In palæſtram, arenam, certamen deſcendere.

—Experiar diſcrimine aperto. Nil intentatum, nil liquit inauſum. Fragilem truci commiſit pelago ratem. Fortunæ cætera mando.

50. An adverſary that bears one ill will.

In aliquem malè animatus; animo eſſe alieno, averſo, offenſo, malevolo, iniquo, infenſo, minus propitio. Qui cum aliquo ſimultates gerit, aut, ab aliquo voluntate diſſidet.

——Cui læva voluntas ſemper.

51. An adverſary or heavy oppoſite.

Adverſarius, inimicus gravis, acer, vehemens. Acerbo & infenſo te adverſario utimur, vehemente, crudeli; quàm acerrime, quàm poteſt acerrimè, graviſſimè aliquem oppugnare. Omni vi, omnibus viribus, quo potes, quanto potes, quam potes maximo impetu in nos ruis, irruis, adverſùs nos pugnas. Omnia conaris, machinaris; nihil non agis, moves, experiris ad noſtram injuriam, perniciem. Infeſsè adverſaris.

52. To ſuffer adverſity. 1436.

Turbulentiſſimis vitæ tempeſtatibus vexari, agitari, obrui. Omnibus calamitatum procellis objici, exponi; infenſâ, infeſtâ, inimicâ, adverſâ, contrariâ, gravi, iniquâ fortunâ uti. Infelici eſſe conditione. Sævientis fortunæ vim, impetum, conatus adverſos, aſperitatem, tela omnia, fulmina, dimicationes omnes, aſſiduas tempeſtates experiri, pati, ſentire, ſubire, perferre, ſuſtinere. Multis, maximis incommodis & difficultatibus laborare, conflictari. In multis verſari malis. Magnas, incredibiles calamitates haurire. Diuturnis calamitatibus, miſeriis graviſſimis, infinitis malis affligi, premi, opprimi, implicari. Fortunæ iratæ, adverſæ, ictibus, procellis, viribus, telis percelli, opprimi. A fortunâ crudeliſſimè mulctari: vehementer, acriter, acerbè, graviter oppugnari, vexari. Afflictæ, adverſæ res. Uſque adverſâ tempeſtate uſus ſum. Miſer, calamitoſus, ærumnoſus, afflictus, infortunatus.

—— Res procubuere meæ.

——Circumſtat denſorum turba malorum. Nubila ſunt ſubitis tempora noſtra malis. Me mare, me venti, me fera jactat hyems. Tot mala ſum paſſus, quot in æthere ſidera lucent, &c. *Ovid. Triſt.* 1. 4.

Vivo equidem, vitam extrema per omnia duco. Contraxit vultum fortuna. Fatis acerbis, asperis, advers's ferri, urgeri, agi.

*To advertise or warn.* 1376.
*To advertise or certifie.* 41.
*To forsake his friend in adversity.* 594.
*To cleave to God in adversity.* 626.
*To ask advice.* 350.
*To give advice.* 351.
*To reject advice.* 352.
*To follow other mens advice.* 355.
*By your advice.* 353.

53. **To do advisedly.** 1019. 329. 1375.

Excogitatâ ratione res suas componere. Prudentissimè, accuratè, attentiùs, diligenter omnia examinare, animo versare, agitare, excutere ; mente revolvere : secum reputare, librare, antequam statuat, suscipiat rem. Omnes actiones suas ad perfectam sapientiæ, prudentiæ normam dirigere, exigere. Nihil temerè, inconsultò, raptim, festinanter, titubanter, non suscepto consilio, sine deliberatione, sine magno consilio tentare, attentare, moliri, conari, facere.

Omnia negotia rectè & sapienter, consiliis evigilatis administrare ; ad consilii calculos revocare : accuratè ponderibus animi librare, perpendere, pensitare : rectâ reputare viâ. De re aliquâ cogitare, meditari : consilium inire, capere, multúmque deliberare, consultare, priusquam aggrediaris. Nihil de suis rebus nisi subductis diligenter rationibus statuere.

54. **To commit adultery.**

Cum uxore alienâ rem habere. Pudicitiam uxoris alienæ attentare, expugnare, violare. Adulterii scelere nefario, crimine fœdissimo teneri, astringere se. Sanctitatem maritalis tori fœditate adulterii polluere. Sacratam fidem conjugii violare. Alienum arare fundum. Uxori alienæ vim, vitium inferre, offerre, afferre. Alterius cubile inire. Mulier cùm adulteratur, duplex cubile dicitur usurpare.

—— Alienas permolere uxores. Mariti jura violare. Sacra mariti polluere. Socialia fœdera, jugale fœdus rumpere, solvere. Venere externâ lædere — Venerem temerare maritam, Castáque legitimi fallere jura tori. Toros, thalamos jugales, legitimos violare. Alienum cubile temerare.

— Adultera certè est : Deseruit patrios hospite capta Deos. Nuptias inquinare, & genus, & domos.

55. **Æneas**, Anchisiades.

Dardanides : Cytherius heros. Satus Anchisâ. —— Quem Dardanio Anchisæ Alma Venus Phrygii genuit Simoëntis ad undam. Clarus Anchisæ Venerísque proles. —— Quo justior alter, Nec pietate fuit, nec bello major & armis. —— Romanæ stirpis origo. —— Trojæ qui primus ab oris Italiam

liam fato profugus, Lavináque venit Littora, &c. *Virg. Æneid.* 1. ---Raptos qui ex igne penates Classe tulit secum; sacra, patrémque humeris altera sacra tulit.———Iliacæ Littus Hetruscum tenuere turmæ; Jussà pars mutare sedes & urbem sospite cursu. Cui per ardentem sine fraude Trojam, Castus *Æneas* patriæ superstes, Liberum munivit iter, daturus plura relictis. Magnanimus, Iliacus, Troïus, Trojanus, Phrygius, Dardanius, Generosus.

56. Æolus, Hippotades.

Ventorum pater. Nimborum tempestatúmque potens. ——Qui carcere fortes continet ventos, & cùm velit æquora placat. Ille Noto, Zephyróque, & Scythonio Aquiloni imperat, & pennis Eure proterve tuis. —— Tibi divûm pater atque hominum Rex, Et mulcere dedit ventos, & tollere fluctus, &c. *Virg. Æneid.* —Vasto Rex *Æolus* antro Luctantes ventos tempestatésque sonoras Imperio premit, ac vinclis & carcere frænat, &c. *ibid.*

57. Æsculapius, Coronides.

Coronidis filius. Apolline natus. Juvenis Phœbeius. Deus opifer, totíque salutifer orbi. Apollinea proles, &c. *Ovid. Metam.* 2. *fab.* 9. *&* 10. *& Lib.* 15. *fab. Epidaurius.* Latonæ venerande nepos qui mitibus herbis Parcarum exoras pensa brevésque colos, &c. *Mart. Epig.* 9. 18.

58. Affable, Courteous.

Blandè, comiter, benignè, humaniter, perhumaniter, humanissimè omnes appellare; gerere se, cuique offerre, præbere se. Comitate summâ, affabilitate sermonis, oratione benignâ uti. In omni sermone omnibus jucundus, blandus, benignus, comes, facilis, suavis, humanus. Vir summæ humanitatis, quo nemo commodior est ad omnem rationem humanitatis; ex hominum omnium genere humanissimus; genuinâ quâdam dulcedine conditus, perfusus; ipsis Gratiis natus; quicum consuetudinem jucundam, haud molestam habeas, agas. Facile omnes perferre ac pati cum quibus erat, *&c. Terent. Andr.* 1. 1. Nihil in eo fellis, amaritudinis; nihil morosum, tetricum, austerum, truculentum, sed lenissima benignissimáque omnia. Homo commodissimis, suavissimis, mitissimísq; moribus; aditu & congressu, alloquio, colloquio facillimus, blandissimus, facilitate, comitate par infimis. Expositus, familiaris omnibus. Difficile dictu est, quantopere conciliet animos hominum comitas, affabilitásque sermonis. —Visu facilis, dictúque affabilis.

59. To move the affections by speaking.

Oratione, dicendo in animis audientium igniculos excitare, aculeos relinquere; animos, affectus hominum incendere, ac-

cendere, inflammare, excitare, agitare, commovere, permiscere, quocunque velis trahere, flectere, deducere; lachrymas exprimere, extorquere, voluntates auditorum impellere quo velis, unde velis deducere; mentes allicere, sensus delinire, demulcere; afficere, permovere, perturbare, concitare auditores; penetrare in animos, verborum faces admovere; peragrare per animos hominum, sensus mentésque pertractare, ut non tam in aures verba infundere, quàm in animis inscribere videatur. Flexanimus. — Quocunque volunt animum auditoris agunt. Ille regit dictis animos & pectora mulcet.

*To accord in mutual affection.* 23.
*To bridle or rule his affections.* 1267.

### 60. Affinity, Alliance, Kindred.

Aliquem cognatione, affinitate, necessitudine attingere. Maximis vinculis & propinquitatis & affinitatis conjunctus. Cognatione alicujus teneri. Eâdem stirpe prognatus, ortus. Cognatione propinquâ, sanguinis jungi, conjungi. Consanguinitate propinquus, cum aliquo affinitate devinctus. Quos natura necessitudine conjunxit. Multum valet communio sanguinis, magna vis humanitatis. Consanguinei, cognati genere fiunt; Affines conjugiis.

Quam commune mihi genus, & patruelis origo junxit.

### 61. To affirm or aver peremptorily.

Constanter, certò, pro certo affirmare, asserere, asseverare, astruere. Omni, magnâ asseveratione, asseveranter, ore pleno affirmare, dicere, pronunciare. Dico, & magnâ voce dico. Ille instat factum. Veri periculum in se recipere.

### 62. All men affirm it. 924.

Hâc de re, in re omnes unum atque idem sentiunt; omnes, omnes omnium sententiæ, opiniones, judicia omnia congruunt, conveniunt; similia omnes volunt, dicunt; unus ferè sensus, consensio singularis omnium: In summa hujus negotii omnes conspirant. Omnes unâ mente & voce, uno ore consentiunt. Omnium assensu, testimonio confessum, comprobatum est. Nullus omnium est qui hac in re dissentiat, qui non idem & sentiat & dicat.

*To help the afflicted.* 676.
*To discomfort the afflicted.* 430.

### 63. To be afraid.

Timere, metuere, formidare, reformidare, pertimescere, horrere, cohorrere, perhorrescere, tremere, pavere, expavescere, trepidare, contremiscere, pavescere, horrescere, cohorrescere, extimescere, terreri, perterreri, vehementer conturbari. Magno, gravi, eximio, ingenti metu, pavore, timore, terrore, formidine angi, affligi, vexari

ri, affici, confici, perturbari, frangi, opprimi, torqueri, diſcruciari, debilitari, percelli, exanimari, ſolicitari, concuti, conſternari. Horrore perfundi. Totâ mente, omnibus, totis artubus contremiſcere. Maximo in metu eſſe, verſari. Terrore injecto exalbeſcere, expaveſcere, exhorreſcere. Tremo, horreo totus. Præ metu ubi ſim neſcio ; vix apud me ſum : pectore non conſiſto. Animus timore obſtupeſcit.

Concutit oſſa tremor. Obſtupuere animi gelidúſque per ima cucurrit oſſa tremor. Mihi fit timor, & pavidâ trepidat formidine pectus.—— Tremefacta novus per pectora cunctis inſinuat pavor. Sævus circumſtitit horror. Frigidus horror membra quatit, gelidúſque coit formidine ſanguis. Attoniti micuere ſinus, gelidúſque cucurrit dura per oſſa tremor. Ingenti trepidare metu. Formidine captus. Extimui, ſenſique metu riguiſſe capillos. Et corde & genibus tremit. Sanguis reliquit corpus, & attonitos ſubitus tremor occupat ortus. — Pavidus pariter cum voce colorem perdiderat, gelidóque comæ terrore rigebant. Pertimui, in toto pectore frigus erat. Attonitus, exanguis metu. Animo exterritus. Turbati animi. Concuſſa pectora. Utque levi Zephyro, &c. *Ovid. Epiſt.* 14. Corpus ut impulſæ ſegetes, &c. *Ibid. Epiſt.* 10. Ut mare fit tremulum, &c. *Ibid. Epiſt.* 11.

64. **To be afraid for another.**

Alicui timere, metuere, formidare. Anxium & ſolicitum eſſe ob alterius vicem. Anxio & ſolicito eſſe animo alterius causâ. Pro amiciſſimo capite timere. Malè timeo, metuo tibi, ne quid fortè mali acciderit.

Comes minore ſum futurus in metu, qui major abſentes habet.

65. **To be afraid of every thing. Fearful.**

Omnes umbras horrere. Quicquid increpuit extimeſcere. Vel umbram ſuam metuere. Omnia mota vento folia pertimeſcere, reformidare. Ad omnem ſtrepitum expaveſcere. Meticuloſus, trepidus, pavidus, timidus, formidoloſus.

Quid timeam ignoro, timeo tamen omnia demens, ——Motæ ad lunam trepidavit arundinis umbram. Quem — omnes terrent curæ, ſonus excitat omnis ſuſpenſum. — Omnémque tremiſcens ad ſtrepitum.

66. **To affright or make afraid.**

Terrere, perterrere, conterrere, perterrefacere, perturbare, conturbare. Summo timore, ingenti metu afficere, percellere, exanimare, debilitare, ſuſpendere, conſternare, conturbare. Horrore complere, perſtringere ; formidine animum alicujus opprimere, concutere. In metum, tremorem, &c.

conjicere, adducere. Formidinem, terrorem, &c. injicere, incutere, inferre, afferre alicui. Terroribus vexare. Formidines, maximi periculi metum alicui opponere. Periculo injecto, objecto animum alicujus certo de statu dimovere.

——Faciunt geminos ensis & unda metus.

Omnibus umbra locis adero, &c. *Æneid.* 4. – Tacitis ego noctis in umbris Excutiam somnos, &c. *Ovid. in Ibin.* Nocturnus occurram furor, pavore somnos auferam.

*Again.* 917.

### 67. Agamemnon.

Major Atrides.

Cujus in arbitrio Græcia tota fuit, &c. *Ovid. de Remed.* 2. Rex ille Regum, ductor Agamemnon ducum Cui —— tradiderat vires Græcia tota suas. Mycenæus ductor, dux. Cujus secutæ mille vexillum rates. Iliaca velis maria texerunt suis. Trojæ populator Atrides. Dux ducum, victor triumphatórq; hostium, à suis domi cæsus est.

### 68. Of the same age: Equals.

Coævi, coætanei. Ejusdem ætatis. Ætate, annis pares, æquales. Quibus parilis est ætas. Sub eodem astro, sydere nati. Eâdem ætate.

——Ætate ac viribus æqui.——

Acta non alio rege pueritia, mutatáque simul toga. Synchroni.

*Of full age.* 839.

*To decay with age.* 395.

*To write against one.*

### 69. To aggravate or make a cause more heinous.

Oratione, dictis aliquid exaggerare, aggravare. Rei indignitatem, peccati atrocitatem verbis amplificare, augere. Rem invidiosiorem & acidiorem verbis facere. Rem parvam verbis magnam facere; invidiâ cumulare, onerare. Causam per se minime malam, acrimonia, acerbitate verborum pessimam reddere. Vituperando rem affligere.

*To agree or assent to.* 120.

*To agree in one opinion.* 124.

*To agree in mutual affection.* 23.

*All men agree in it.* 62.

*To make agreement between parties.* 1055.

### 70. Ajax Telamonius, the son of Telamon.

Telamoniades, Telamone satus, creatus: Telamonius heros. Clypei dominus septemplicis.— Apud Trojam Danais pro navibus Ajax dicitur Hectoreas sustinuisse faces. Hectora qui solus, qui ferrum, ignémque Jovemq; sustinuit toties, unam non sustinet iram, Invictúmque virum vicit dolor, &c. *Ovid. Metam.* 13. *fab.* 1. Temerarius. Tu vires sine mente geris, &c. *Ibid.*

*To aid.* 130.

*To desire aid.* 131.

### 71. Alexander the Great.

Alexander magnus, Pellæus juvenis,

juvenis, tyrannus, Æmathius dux. — Pellæi proles vesana Philippi. Felix terrarum prædo. Fortis Macedo. Qui citò perdomito victor in orbe jacet. Mundi tremor, qui ——Cornigero de Jove natus erat. Æstuat infelix angusto limite mundi.

72. All the day long.

Ab oriente sole, ab ortu solis, ab Aurorâ ineunte ad seram usque vesperam. Manè egredi, vesperi domum redire. A primâ luce ad tenebras usque nocturnas.

Totis diebus. Ad finem lucis ab ortu. ——Surgente è sole quousque Vespertina tepet regio. Te veniente die, te decedente canebat. Illam non udis veniens Aurora capillis Cessantem vidit, non Hesperus ; Nec cùm invictis equis altum petit æthera Titan ; Nec cùm——præcipitem oceani rubro lavit æquore currum ; Nec—— —— Cùm rutulos oriens Aurora immitteret ignes Igneus aut roseo se tingeret æquore Titan.

*All men in the world.* 1434.

73. To sound an Alarm. 1319.

Classicum, bellicum canere. Tubâ signum dare.

Ad arma conclamatum est.— ——Speculâ Misenus ab altâ dat signum. Ære ciere viros, Martémque accendere cantu Tubarum. — Clarescunt sonitus, armorúmque ingruit horror. Æra jam bellum cient. Belli signum Extulit & rauco strepuerunt cornua cantu.

— Belli dat signum rauca cruentum Buccina. ——Jam bellicus ære canoro Signa dedit tibicen. Excitatur classico miles truci, Martia ferventes accendunt classica pugnas ; Certatímque omnes uno ore arma arma loquuntur. Tum verò ad vocem celeres qua buccina signum Dira dedit, raptis concurrunt undique telis. Classica jámque sonant, it bello tessera signum. ——Et jam horrida clangunt signa tubæ. Inflantur classica. Morantes Martius æris rauci canor increpat.

*Alliance.* 60.

74. To allow or like of.

Aliquid admittere & laudare ; recipere & approbare, mirificè, maximè, valde, admodum probare & amplecti. Suo testimonio ornare ; suo judicio confirmare ; suâ autoritate tueri : non sententiâ solum, sed etiam studio comprobare, ratum facere, habere. Arridet, placet, cordi mihi est.

Utroq; pollice laudare aliquid.

75. To allure or win by fair means. 1091.

Allicere, illicere, allectare. Illecebris, blanditiis, blandimentis, lenociniis, præmiis allicere, invitare, trahere, attrahere, ducere, inducere, demulcere. Præmiis, magnâ præmiorum spe lactare. Invitamentis, incitamentis, illectamentis, allectamentis pellicere. Artibus, verbis illecebrosis captare.

captare. Pollicitationibus, mercede promissâ adducere, provocare.
— Attalicis conditionibus nunquam dimoveas.
*To allure to evil.* 1148, 347.

### 76. To give alms.

Eleemosynam conferre, erogare, distribuere. Stipem mendico porrigere. De suis bonis communicare pauperibus. Egenos, famelicos juvare cibo : nudos vestibus operire. Inopes reficere, sublevare. Dare indigentibus.

Frigus quo durámque famem depellere possint.

Egentibus succurrere, subvenire, sua munificè elargiri.

*To do a thing alone.* 1423.

### 77. To alter his opinion or mind. 1052. 1326.

A sententiâ discedere, desciscere, de sententiâ deduci, decedere, dimoveri. In sententiâ suâ labare, vacillare, non perseverare, persistere, pergere, permanere. Non stare suscepto consilio. Sententiam, pristinam opinionem, receptam, consilium quod intenderat, mutare, corrigere, repudiare, relinquere, non retinere, non tueri. Sensum priorem deponere, flectere judicium suum. Cursûs vestigium reflectere. Animum, institutæ opinionis cursum aliò convertere. A proposito resilire. In proposito parùm constanter permanere. Aliud statuere. Ab instituto, incœpto deflectere, declinare, abduci. Consilii prioris pœnitet. Aliter jam sentio ac putabam.

—— Mea jam mutata loco sententia cedit.

Vela vertere. ——Referre pedem, nec passu stare tenaci. Istam ——oro, si quis adhuc precibus locus, exue mentem. Iidem eadem possunt, horam durare probantes? &c. *Horat. Epist.* 1. 1.

De sententiâ aliquem detrudere, deducere, depellere, abducere : transversum, diversum agere.

*To draw one from his opinion.*
*To alter or change things.* 259.

### 78. To be ambitious.

Honores ambire, aucupari, venari, prensare, appetere, captare, sitire. Ambitione, honoris fame, siti, cupiditate teneri, laborare, ardere, flagrare. Honoribus, dignitate, imperio nihil prius, potius, præstantius, antiquius, dulcius habere, judicare. Magno impetu, impotenti libidine, omni conatu, contentione, studio ad imperii celsitudinem, ad principatum, ad eximium dignitatis splendorem, locum niti, eniti, aspirare, contendere, rapi, ferri. De dignitate & imperio unicè laborare. Omnia ad dignitatem & principatum referre.

Honori suo velificari. Honoris paulò avidior, appetentissimus. Dominandi libidine effrænatus, prurire totus. Regnum, imperium affectare. Honoribus inhiare, inservire. Regni causâ violare omne jus. Nimiam, ambitiosam spem alere, fovere. Lubrica & præceps cupiditas dominandi. Miserrima omnino est ambitio, honorúmque contentio.

Am-

Ambitio cives agitat veſana.' Ad honores ſuſpirare. Cæca ſuperbi pectoris ambitio. Ambitus impatiens, & ſummo dulcius unum ſtare loco.

Cui——imperia pretio quolibet conſtant——Icarus.

*To amaze.* 133.
*To be amazed.* 134.
*To lye in ambuſh.* 1371.

79. **To amend his faults.** 1067.

Ad bonam, meliorem frugem, ad ſaniorem mentem, in viam redire, recipere, revocare, colligere ſe : vitam priſtinam, mores, errores veteres, antiquos, tanquam ſerpentis pellem exuere, deponere. Vitam malè actam in melius commutare : culpas præteritas redimere, reſarcire. A vitiis referre pedem, receptui canere. Et vitiorum omnium cœno, colluvie, colluvione, gurgite, barathro, profundo, abyſſo erigere ſe aliquando, emergere, eluctari. Impurioris vitæ ſordes abluere, emaculare. Vitiorum crapulam edormire. Ex intemperantiæ vitiorúmque ſomno ſuſcitari, expergiſci. Novam, meliorem vivendi rationem inire, ingredi, inſtituere. Reſipiſcere. In melius proficere. Se à vitiorum illecebris expedire, explicare, purgare ab omni nequitiæ labe. Vitiis omnibus atque flagitiis nuncium remittere. Portus optimus pœnitenti mutatio conſilii.

Mutatus Polemo —— Si benè pœnitet. Eradenda cupidinis pravi ſunt elementa.

*To bring to amendment.* 1060. 341.
*To amplifie.* 771.

80. **To imitate his Anceſtors.** 712.

Majores, principes ſui generis imitari, æmulari. Eniti eſſe majoribus quàm ſimillimum. Majorum veſtigiis inhærere, inſiſtere. In majorum ſuorum ſtare veſtigiis. Majorum famam ſatis rebus geſtis, mores, vitam, res geſtas imitatione exprimere, æquare. Se ad normam paternæ gloriæ, ad mores & conſuetudinem majorum conformare, componere. Generi ſuo, gloriæ, nomini majorum, patrum reſpondere. Exemplaria ſuæ vitæ majores ſibi ante oculos proponere. Paternæ laudis, gloriæ, virtutis, nobilitatis æmulum eſſe ; veſtigia feliciter perſequi. Dignum ſe majoribus ſuis præſtare. Domeſticæ laudis amplitudinem tueri.

Virtutem quam majores ſui tanquam hæreditatem reliquerunt, retinere. Patrum veſtigia implere.

Patrum veſtigia legere. Sapere patruos. Fortes creantur fortibus & bonis.

81. **To degenerate from his Anceſtors.**

A virtute, gloria, gravitate patrum, parentum, majorum degenerare, deſciſcere, deficere. Gloriæ majorum ſegetem extirpare. Suis vitiis, turpitudine ſuâ, domeſticis ſordibus dedecorare majores; lumen

men paternæ gloriæ tenebris offundere; paterno nomini ignominiam inurere; veteres majorum laudes obterere; dedecori esse majoribus suis; perennem fontem paternæ gloriæ exsiccare, exhaurire. Majorum familiâ, stirpe indignum se præbere. Gloriæ majorum non respondere. A viâ majorum deflectere. Hæreditatem paternæ virtutis, gloriæ amittere. Vestigia majorum deserere. A parentum vestigiis recedere, resilire. Laudis domesticæ oblivisci.

—Thersitæ similem produxit Achilles.

Utcunque defecêre mores. Dedecorant bene nata culpæ. Ætas parentum pejor avis tulit nos nequiores mox daturos progeniem vitiosiorem.

82. **To excel his Ancestors in virtue and glory.**

Obscuram majorum familiam suâ virtute in lucem è tenebris vocare. Familiæ suæ dignitatem addere, augere. Posteris suis præbere virtutis exemplum & nobilitatis initium. Ego meis majoribus virtute præluxi. Super titulos majorum scandere. Homo novus, at veteribus suæ familiæ longè illustrior; non imaginibus majorum, sed virtutibus suis clarissimus.

—Pennas nido majores extendere.

83. **Anciently in old time.**

Antiquitus, olim, jam olim, antehac, quondam; superiori, patrum, avorum memoriâ. Priscis, præteritis, antiquis temporibus. Ætate majorum. A præsenti memoriâ semotum. Longè præterito & transacto seculo. Apud seculum prius; majores nostros, priscos, antiquos; qui quo propius aberant ab ortu & divinâ progenie, hoc melius ea cernebant.

Saturno regnante. Rustica Saturno regna tenente fuit. Prisci temporis annis. Prius ——tunc cùm meliora fuerunt secula.

84. **To anger or provoke.** 913.

Aliquem lacessere, irritare, exulcerare, exacerbare, exasperare dictis; incensum dare; ad iram, iracundiam accendere, instigare, provocare; verbis inflammare; ad furorem impellere: commotum, duriorem & acerbiorem reddere; iratiorem, asperiorem facere; furiis, furoribus incendere. Alicui animum commovere, exulcerare: stomachum, bilem movere, facere, concitare, commovere; irarum faces admovere, subjicere: iram incitare.

—— Stimulis haud mollibus iram Incitat.

—Verbis odia aspera movi. Acuere furorem. Inceditque animum dictis, atque aggerat iras.

In alium instigare, incendere, incitare, asperiorem reddere, &c. *To incense against another.*

85. **To be angry.** 1262.

Irasci, succensere, indignari, stomachari, acriùs incalescere, incandescere, excandescere, fremere,

re, maximè fervere. Irâ, iracundiâ efferri, commoveri, vehementer ardere, exardere, intumeſcere, furere, effrænatum ferri, furenter flagrare, accendi, inflammari, incendi, ferveſcere, efferveſcere, incitari, agitari. Irarum ſtimulis exardeſcere. Irato, percito eſſe animo. Præ iracundiâ non ſum apud me. Animus mihi ardet, cor cumulatur irâ. In fermento ſum totus. Ingentes irarum motus in animo concipere. Furente iracundiâ exire de poteſtate, conſilio, ratione, mente. Animus exulceratus.

Exarſere ignes, animo ſumit iras. Vario, magno ——irarum fluctuat æſtu. Ingentes animos colligit, concipit, exercet iras.——Animus tumidâ fervebat ab irâ. Ardet & iram non capit ipſe ſuam. Meum fervens difficili bile tumet jecur. — Sui furiis agitata doloris.— Meum jecur urere bilis. ——Ambas iratus buccas inflat. ——Irarum omnes effundit habenas. ——Furor iráque mentem præcipitant. —Tumidas exarſit in iras. — Immani concitus, fervidus irâ. Iracundior Adriâ.

86. To be angry for every trifle.

Nullâ, leviſſimâ causâ iraſci. Minimâ offenſionis causâ oblatâ, interpoſitâ; occaſione admodum levi aſſumptâ, arreptâ, acceptâ exardeſcere, afferri, incendi iracundiâ; animo impotenti, effrænato invehi, invadere in aliquem. Acriter, acerrimè de quavis offenſiuncula dimicare, digladiari, depugnare. De nihilo, de lanâ caprinâ, de aſini umbrâ (quod aiunt) altercari, contendere, decertare. Injuriâ, offenſione nullâ ferè laceſſitus, provocatus, cum amico litem conteſtatam habuit. Pro levibus noxis iras graves ſumere, plumbeas gerere. Cauſæ leves impulerunt ad iras. Unum verbum inter eos odium conſtituit. Puſillâ de causâ, de re quantumvis levi litem, rixam movere.

——Pravè ſectum ſtomacharis ob unguem.

——Rixatur de lanâ ſæpe caprinâ. Propugnat nugis armatus.

87. To bridle or refrain his anger.

Iram, iracundiam ſuam reprimere, cohibere, comprimere, temperare, coercere, continere, compeſcere, decoquere, refrænare. Iræ modum frænúmque ponere, ſtatuere, adhibere. Æſtus iracundiæ ſuæ comprimere. Diſſimulare ſtomachum, muſſare injuriam: *To ſmother his anger.*

Vince animos irámque tuam. Compeſce mentem.

—— Animum rege, qui niſi paret Imperat; hunc frænis, hunc tu compeſce catenis. Iræ moderari. Animos irámque ponere. Mitiga pectus ferum. Iras remiſſo pectore ac placido feras. Revocare animum ab irâ.

88. To appease ones anger. 101.

Iram, iracundiam, furorem, impetum alicujus lenire, mitigare, delinire, componere, comprimere, compescere, temperare, minuere, sedare, diminuere, extenuare, extinguere. Iratum, commotum pacare, placare, conciliare, mollire, lenire, delenire, delinire: in pacem, gratiam restituere, reducere. Animum offensum componere, permulcere. Sopire, consopire furorem, æstum iracundiæ.

Iidem qui facimus, factam tenuabimus iram. Irámque minásq; supplicibus superare votis. —Mollítque animos & temperat iram.

Alio aliquem placare & lenire: incensum restringere: pacatum, placatum reddere, *To appease ones anger towards another.*

*To animate or encourage.* 491.
*To annoy another man.* 1018.

89. To anoint.

Corpus nardo tingere, ungere oleo; unguento suffundere, perfundere. Unguentis perlinere: os, caput perfricare.

Nudatos humeros oleo perfusa nitescit.

—— Crassis lutatus amomis.

*To answer mens expectations.* 514.
*Not to answer mens expectations.* 515.

90. To answer.

Ad illud quod antea dicebatur, ad ea quæ rogantur, ad ea quæ scripsisti de Republicâ, respondemus, responsum damus, reddimus. Excipere verba, dicta, orationem alicujus. Subjicere. Primæ Epistolæ persolvi. *I have answered.* Id responsum tulit, accepit. *He received this answer.* Alienum à proposito, præter rem responsum dare. *To answer nothing to the purpose.*

Talibus resecuta est dictis. Refert, reddit talia. Responsa dare. Pauca accipe contra. Et tetigi verbis ultima verba meis. Ore edidit hos nobis posteriore sonos.

91. To answer like for like. 1077.

Malevolorum dictis respondere. Par pari referre. Verbum verbo reddere. Malo nodo malus quærendus est cuneus. Recriminari. Crimen, convitium regerere. Fallaciâ fallaciam trudere. Remordere. Lege talionis agere. Desinant, quiescant maledicere, malefacta nè noscant sua. Si pergit mihi, quæ vult, dicere, ea, quæ non vult, audiet. Contumeliam, convitium retorquere, retaliare. Conviciis convitia retundere. Eodem maledicis propinare poculo. Si quis est qui dictum in se inclementius existimet esse, sciat responsum, non dictum esse.

Dixerit insanum quis me, totidem audiet, atque Respicere ignoto discet pendentia tergo. An siquis atro dente me petiverit, Inultus ut flebo puer? &c. *Horat. Epod. 6.* Cædimur, inque vicem præbemus crura sagittis. Cædimur, & totidem plagis consumimus hostem. Pellem rodere caninam.

92. To

92. To answer Arguments or Objections.

Objectas argumentationes diluere. Adversarii nodos dissolvere: rationes, argumenta, firmamenta, argutias, captiones refellere, enervare, elevare, infirmare, convincere, retundere, redarguere, rejicere, refutare, infringere: tela frangere, retorquere: argumentorum nervos elidere. Quæ objecta sunt diluere.

93. Apollo, Phoebus, Cynthius.

Latoides. Arcitenens deus. Proles Latonia, Hyperione natus. Lævis Agitus. ——Fide conspicuus, Trojæ munitor. Augur, & fulvente decorus arcu Phœbus, acceptúsque novem Camœnis. Qui salutari levat arte fessos Corporis artus. Carminis & medicæ Phœbe, repertor opis. Utroque titulo subdita cura tua est. Nube candentes humeros amictus Augur Apollo. Deus ille qui citharam, nervos, & nervis temperat arcum. Qui rore purior Castaliæ lavit crines solutos. Qui Lyciæ tenet dumeta, natalémque sylvam. Delius & Pataræus Apollo. ——Mihi Delphica tellus, & Claros, & Tenedos, Pataræáque regio servit. Jupiter est genitor, &c. *Ovid. Metam.* 11. *fab.* 9. Faticidus, intonsus, Grynæus, Clarius, Thymbræus, Pythius, Lycius, Sminthius, Nomius, Deus Delphicus, Latonigena.

94. An Apostate.

Apostata, à castris Dei atq; Christi transfuga. Qui fidem abjuravit, à fide defecit, descivit, veram Religionem deseruit: à cœtu fidelium, ab Ecclesiâ sanctâ secessit: fidei naufragium fecit. Deo bellum indixit, cui militaverat priùs: fidei ac pietati renunciavit. Religionis & sacrorum omnium hostis. Perduellionis in Deum, læsæ Majestatis divinæ, quam coluerat, reus.

95. To apparel or cloath himself.

Corpus, se vestire, amicire, indumentis ornare: vestibus, stolis, amictu, vestitu, vestimentis, cultu ornatúque vestium induere, tegere, velare, circumdare. Induit sibi tunicam, induit se tunicâ. Togam saltanti personæ inducere: *To apparel one unfitly.*

96. To put off apparel.

Vestes, amictum, &c. ponere, deponere, exuere, cinctas resolvere, rejicere ex humeris.

Mollia de tenero velamina corpore ponit. Omni veste procul jactat.

97. To be apparelled gorgeously. 455.

Nimio cultui, ornatui corporis, vestitui indulgere. Vestes nitidissimas, illitas auro atque purpurâ induere, indui. Purpurâ, vestibus pretiosis fulgere, nitere, splendere. Vestibus sumptuosis, inauratis, elegantissimis, splendidis ornari, amiciri.

——Aura-

— Auratâ corpora veste tegi. Arte laboratas ostróque superbo insignes, auróque rigentes: Tyrio saturatas, ardentes múrice: ostro profusas, prætextas vestes indui, gerere.——Tyrio conspectus in ostro. Illum Serica picta croco & fulgenti murice vestis tegit. Te Lacedæmonio velat toga lota Galeso, &c. *Mart. Epig.* 243. Non ego prætulerim Babylonica picta superbè Texta, Semiramiâ quæ variantur acu, &c. *Mart.* 8.28. Te bis Afro murice tinctæ vestiunt lanæ. ——Tyrio ardebat murice lana Demissa ex humeris. Induitur Chlamydem Tyriam, quam limbus obibat Aureus, &c. *Ovid. Metam.* 5. 1. Indue regales sinus. Quæque Tyron toties epotavere lacernæ, &c. *Mart.* 2. 20. Non est marita quæ rotundioribus onusta baccis ambulet. Bis Oebalio saturatam murice pallam, Lucentésque auro tunicas induitur. —— —— Venit multò spectabilis auro, Quique suo Phrygias corpore ferret opes ——Largis sine fine paratibus uti; Deliciis semper luxuriare novis.——Auro dives & ostro conspicuus.

98. Meanly apparelled.

Adeo sordidus, ut non unquam servo se melius vestiret. Fœdiùs vestitus.

Vili veste tegi. Plebeiâ in veste cubare.

Non vendes nummis coccina nostra tribus, &c. *Mart.* 2. 43. Quem duplici panno patientia velat: *Clad like* Diogenes.

*It is apparent.* 835.
*To make apparent or plain.* 834.

99. To appeal.

Tribunos, populum, regem appellare. A Prætore ad Tribunos appellare, provocare, causam referre. A populo, tribunis, rege, iniquo judicio oppressus auxilium petere. Ad moderandam, mitigandam, temperandam summi juris acerbitatem, rigorem, summi Judicis autoritatem, æquitatem, lenitatem implorare.

Ad te confugio, & supplex tua numina posco.

100. To appear openly.

In medium, in publicum conspectum, aspectum, in publicam frequentiam; in orbis theatrum prodire, exire, se conferre. In medio esse. In luce, in oculis hominum omnium frequens versari. E latebris, è tenebris erumpere, palámque volitare. Extare, & in omnium conspectu esse.

101. To be appeased. 88.

Pacari, placari, mitescere. Iram, offensam ponere, deponere, remittere. Quæ tantopere incalescebat ira, jam defervuit, refrixit, refrigescit, tepuit, languescit, deflagravit. Fervor animi resedit. Cecidit, consiluit, consopita est, consedit, remisit se iracundia. In gratiam recipere eum qui offenderat, irritârat, provocârat.

— Tumidâ ex irâ jam corda residunt.

—— Est læsi mollior ira Dei.

—— Pre-

—Precibus numina justis victa remollescunt, & flectitur ira Deorum. Mactatâ veniet lenior hostiâ.

102. One that may be appeased, placable.

Facilem, placabilem, exorabilem præbere se; qui misericordia, precibus pacari, flecti, molliri, mitigari, leniri, conciliari non difficulter possit; qui odium, ulciscendi libidinem, iracundiam facilè deponit. Ad ignoscendum propensus. Ingenio flexibili, placabili, tractabili; qui supplicando superari & expugnari possit. Is apud quem pœnitentiæ & precibus locus est.

*Appeased by no means.* 714.
*To appease ones anger.* 88.

103. To applaud.

Plausu magno & clamore approbare. Aperto gestu suam approbationem, maximo strepitu & clamore suam voluntatem significare. Plausus maximos & signa benevolentiæ impertire, dare, edere. Maximâ acclamatione, secundis admurmurationibus, faustis acclamationibus prosequi.

—Ingenti sonuerunt omnia plausu. Tum plausu fremitúque virûm, studiisque faventûm Consonat omne nemus. Concurrit dextra lævæ. Datus in theatro cùm tibi plausus, &c. *Horat. Carm.* 1. 20. Populus frequens Lætum theatris ter crepuit sonum.

*To apply his Book.* 1222.
*Of a good apprehension or wit.* 1422.

104. To approach near. 645.

Appropinquare. Propè adesse. Propè, non procul, non longè abesse. Propiùs accedere, advenire, appellere. In propinquo, in foribus, in limine esse, adesse. Comitiorum dies adventabat, appetebat. Imminet, impendet, instat mors. Ingruit frigus. Propè attigimus locum destinatum. In cervicibus bellum est.

105. To appropriate or challenge to himself.

Pro suo, pro suo jure, tanquam suum jus, ut suum peculium assumere, arripere, habere: Sibi vendicare, arrogare, asserere. In suis rebus, bonis numerare. Suis facultatibus adjungere, adjicere, applicare, apponere, annectere, ascribere.

—Communia solus occupat.
—Propria hæc si dona fuissent.
— Proprium est quod quis librâ mercatus & ære est, &c. *Horat. Epist.* 2. 2.

*To approve.* 74.

106. All men approve or like it.

Omnium calculis, suffragiis probatur, comprobatur. Omnibus approbantibus factum est. Probant laudántque omnes. Nemo est, nullus omnium est qui reprehendat, qui non probet, qui non optimè factum fateatur, prædicet; cui non satisfeceris abunde; qui non laude plausúque accipiat.

— Non illud carpere livor,

Momus posset opus. Omne tulit punctum.

107. Arabia, Arabes.

Thurifera, odorifera gens. Palmiferi. Thurilegi. ——Multi dives odoris Arabs. Thura quibus debent sua dii. Infames latrociniis Arabum solitudines.

108. Arcadia, Arcades.

Quæ —— A magno tellus Arcade nomen habet. Arva Lycæa. Mænalis ora. —— Lunâ gens prior illa fuit.

109. To argue or dispute. 1322.

Philosophicè, Dialecticè, Dialecticorum more disputare, arguere, disceptare, differere in utramque partem, ad investigandam, excutiendam rei cujusque veritatem. Argumentis, rationibus, ingeniorum telis pugnare, certare, decertare, confligere, concertare, contendere, quo eliciatur veritas; ut constet quid in quaque re sit verum, vero simillimum, rationi maximè consentaneum. Disputando, ratiocinando, argumentando, veritatem cujusque rei examinare, discutere, eruere. Ingeniorum conflictibus excutere verum. Contra alterius opinionem, in contrarias partes differere. Controversias disceptare. Philosophicè agitando in utramque partem, controversas res certas reddere. Argumentorum pugnâ rebus obscuris lucem, dubiis atque ambiguis certitudinem dare, afferre.

*To prove with Arguments*. 1029.

110. Aristeus.

Cyrenia proles ——Cultor nemorum, cui pinguia Cææ Tercentum nivei tondent dumeta juvenci. — Cui pater est Thymbræus Apollo, &c. *Virg. Georg.* 4. Arcadii memoranda inventa Magistri.

*An excellent Arithmetician*. 135.

111. To arm, or put on armor.

Arma capere, capessere. Armis, scutis, telis se induere, accingere, parare, ornare, instruere. Togam deponere, & armaturam induere; sagum sumere. Armorum præsidiis corpus suum tegere, munire. Armare se.

Arma sibi, armis se circundare, indere. Circundat loricam humeris & inutile ferrum.

112. To be armed or in arms.

Armatos (si Latinè loqui volumus) opinor eos, qui scutis telisq; parati & ornati sunt. In armis, paludatum, expeditum ad bellum sustinendum, paratum ad incursiones hostium propulsandas esse. Scutatum incedere, accingi, instrui, armari ex omni parte ad rem militarem. Ad hostium vim, impetus repellendos, sustinendos, propulsandos præparari, probè muniri. Ferrei stant in acie. Ferro accingi. Cingi fulgentibus armis. Armati ferro, & cristis capita alta coruscis. ——Clypeo munitus & hastâ. Fulgere in armis.

113. Arms

### 113. Arms put Arts to silence.

Artes inter arma, literæque silent omnes. Tympanis perstrepentibus, clangentibus bellicum tubis, intonantibus bombardis, reboantibúsque tormentis bellicis, Musæ mutæ fiunt, obtumescunt literæ; exiles lenésque Pieridum cantus exaudiri non possunt; Tibias Euterpe cohibet, & Polyhymnia Lesboum refugit tendere barbiton. Horrent Tyrrhenos Heliconia plectra tumultus. Dum bello ardent provinciæ, frigent studia, literæ languent. Cùm furiæ bellorum sæviunt, fugiunt Philosophi, & triumphant, si latere tecto liceat abscedere. Bella matribus detestata, almæ imprimis matri Academiæ. Discordiis civilibus laborante regno deseruntur artium & literarum studia, ipséque Philosophus.— Coemptos undique nobiles Libros Panæti, Socraticam & domum mutare loricis Iberis, Pollicitus meliora, tendit.

### 114. To raise an Army.

Legiones, milites, militum vim, manum; copias, exercitum, multitudinem hominum ad militiam cogere, parare, armare, comparare, instruere, conficere, contrahere, colligere, conflare, expedire, conducere. Milites conscribere. Militum delectum habere. In militiam describere. Vires omnes in unum conferre, congregare. Homines vicatim conscribere, & decuriare. Cogere ad arma viros. Resides animos, dissuetáque bello Agmina in arma vocat. —Undique cogunt Auxilia, & latos vastant cultoribus agros, Contrahimúsque viros.

Exercitum lustrare, recensere, recognoscere. Armilustrium. *To muster an Army.*

Aciem instruere. — In turmas legésque severe Agminis disponere. *To marshal an Army.*

### 115. To put off armor, unarmed.

Arma, sagum, paludamentum, scuta teláque omnia ponere, deponere, abjicere, exuere. Nudum armis, togatum, inermem; sine armis, scutis, ferro esse, incedere. Nullo gladio, telo succingi. Nullis præsidiis sui defendendi causâ indui, muniri. Neque ferri quicquam, neque scutum ullum habuit. Defigunt tellure hastas, & scuta reponunt.

*Rich array*, 97.

### 116. To arrest.

Reum prehendere, capere, apprehendere, comprehendere, corripere; dare in vincula; injectâ manu in carcerem, ad judicem ducere, abducere, abripere obtorto collo. Reo manus, catenas injicere; manus afferre, inferre.

### 117. To arrive or land at a place.

Ad littus, oram, portum; in portum appellere. Terram, portum attingere. Tellure potiri. In

porum penetrare, deferri, ex alto invehi. Ad terram classe perveni- re, navibus accedere. Portum te- nere, ingredi, inire, obtinere, subi- re. Haud auspicatò me huc appuli.

— Ripam fœlici tangere portu.

Prendere littus, littora. Aut por- tum tenet, aut plenis subit ostia velis.

——Portu se condidit alto, tu- to. Arripere tellurem votis.

Optatâ Troes potiuntur are- nâ. Portus intrare petitos. Proram terris, puppim ripæ advertere.

——Duci dextris ad littora re- mis. Contigimus portus quò mihi cursus erat. Pressæ jam portum te- tigere carinæ. Puppibus & læti nautæ imposuere coronas.

### 118. An Artificer, Tradesman.

Artifex, opifex, mechanicus. Opifex quæstuarius, mechanicus, manuarius, sedentarius; qui ar- tem habet, exercet sedentariam, manuariam, mechanicam, quæstu- ariam; cujus ars, disciplina, artifi- cium per manus traditur, non scri- ptis librísve docetur; cui ars pro viatico est. Opifices omnes in sor- dida arte versantur.

Ars illi sua census erat.——

### 119. To do a thing artificially.

Aptè, scienter, solerter, artifici- osè, affabrè, exactè, accuratè, gra- phicè, ingeniosè, peritè, politè, perpolitè, doctè, ornatè, absolutè, exquisitè, insigniter, eleganter, ar- tificialiter, summâ arte, ad amus- sim, ad normam, ad unguem, so- lerti manu, summo cum artificio, elegantiâ & venustate, singulari artificio aliquid facere, conficere, tractare, componere. Peritiam, solertiam, artem exquisitam, arti- ficium singulare in conficienda re adhibere. Singulari opere artifici- óque aliquid exornare, graphicè depingere.

### 120. To ascend.

Ascendere, conscendere. Alta petere. Sursum evehi, ferri, niti gradibus. Superiores sedes, lo- cum altiorem capessere. Ad sum- ma fastigia culminis evadere. Al- tiùs emergere.

—— Summi fastigia tecti Ascen- su superant.

Scalis ascendere muros. Scan- dere montem. Nituntur longo vestigia ponere clivo.

### 121. To make ashamed.

Pudefacere. Pudore aliquem afficere, suffundere: In ruborem dare, cogere. Pudorem, ruborem incutere, injicere alicui. Ignomi- niâ, dedecore notare. Sensu dede- coris afficere.

### 122. To be ashamed, or blush.

Vehementer, ingenuè, modestè verecundari, erubescere. Ingenui- tatis speciem præ se ferre. Con- scientiâ facinoris commoveri ad verecundiam: pudorem, ruborem contrahere; rubore, pudore affi- ci, suffundi, affundi. Modestia circumfundi. Vultum pudenter, pudibundè demittere. Pudet me facti.

Con-

Conſcia purpureus venit in ora pudor.

Pulchra verecundo ſuffundens ora rubore. Erubuit, ſubitúſque invita notavit Ora rubor. Flava verecundus tinxerat ora rubor. Purpurat ora pudor; Læſi dat ſigna rubore pudoris. —Pudore Hæſit in oppoſitâ lumina fixus humo. Erubuere genæ, totóque recanduit ore. Erubui gremióque pudor dejecit ocellos. Vix oculos attollit humo.

——Conſcia culpæ Conſpectum lucémque fugit.

Pudor ora ſubit. Qui color infectis adverſi ſolis ab ictu Nubibus eſſe ſolet aut purpureæ Auroræ. Is fuit in vultu viſæ ſine veſte Dianæ.

Hic color apricâ pendentibus arbore malis, Aut ebore tincto eſt, &c. *Ovid. Met.* 4. 7.

123. To ask or enquire.

Interrogare, quærere, rogare, ſcrutari, exquirere, expiſcari, requirere, percontari, ſciſcitari, perſcrutari, exigere. Crebris ſolicitíſque interrogationibus urgere. Anxiè, curiosè, ſigillatim quærere.

Scitatum miſimus. Multa ſuper Priamo rogitans. Ardemus ſcitari & quærere cauſas. Quæ ſint flagitat. ——Mihíque hæc ediſcere vera roganti.

124. Ask and have.

Quicquid rogaveris, oraveris, optaveris, petiveris, exorabis, impetrabis; potieris voto, tuum eſt. Nihil tanti eſt quod tuis precibus non ſit vilius, levius, minus, inferius. Faciam ego te compotem voti, quodcunque id ſit.

——Quod vis pete munus, & illud me tribuente feres. Elige munus, ait, nullam patiere repulſam. Elige — quid optes: optatis potiere tuis. —Tuus, O Regina, quid optes Explorare labor, mihi juſſa capeſſere fas eſt. Elige quid voveas; ſint tua voce licet ſecura repulſæ. En age, quid ceſſas? annuit ille, roga. Annuet— quodcunque rogabis. Cape, nata, quod optas.

*To aſpire to honour.* 78.

125. To aſſault or aſſail the enemy. 736.

Hoſtes omni conatu adoriri, invadere, impetere, aggredi. In hoſtes, in hoſtium aciem impreſſionem facere; vi factâ, omni impetu irruere, incurrere, ingruere, irrumpere, inſilire; impetum, vim facere; involare, concitato impetu ferri, inferri, inferre ſe; equo effuſis habenis ſe immittere. In confertos hoſtes ruere. Medium agmen penetrare.

— Mediis ſe immiſcuit armis.

——Denſos fertur moriturus in hoſtes.

126. To aſſault or ſtorm a Town.

Aſſultare mœnibus. Scalis adhibitis muros tranſcendere, ſuperare. Tormentis bellicis aperire muros, diruere, complanare: Urbem apertam capere, invadere, diripere, incendere; cædibus, rapinis,

porum penetrare, deferri, ex alto invehi. Ad terram classe perveni-re, navibus accedere. Portum te-nere, ingredi, inire, obtinere, subi-re. Haud auspicatò me huc appuli.

—Ripam fœlici tangere portu. Prendere littus, littora. Aut por-tum tenet, aut plenis subit ostia velis.

——Portu se condidit alto, tu-to. Arripere tellurem votis.

Optatâ Troes potiuntur are-nâ. Portus intrare petitos. Proram terris, puppim ripæ advertere.

——Duci dextris ad littora re-mis. Contigimus portus quò mihi cursus erat. Pressæ jam portum te-tigere carinæ. Puppibus & læti nautæ imposuere coronas.

### 118. An Artificer, Tradesman.

Artifex, opifex, mechanicus. Opifex quæstuarius, mechanicus, manuarius, sedentarius; qui ar-tem habet, exercet sedentariam, manuariam, mechanicam, quæstu-ariam; cujus ars, disciplina, artifi-cium per manus traditur, non scri-ptis librísve docetur; cui ars pro viatico est. Opifices omnes in sor-dida arte versantur.

Ars illi sua census erat.——

### 119. To do a thing artificially.

Aptè, scienter, solerter, artifici-osè, affabrè, exactè, accuratè, gra-phicè, ingeniosè, peritè, politè, perpolitè, doctè, ornatè, absolutè, exquisitè, insigniter, eleganter, ar-tificialiter, summâ arte, ad amus-sim, ad normam, ad unguem, so-lerti manu, summo cum artificio, elegantiâ & venustate, singulari artificio aliquid facere, conficere, tractare, componere. Peritiam, solertiam, artem exquisitam, arti-ficium singulare in conficienda re adhibere. Singulari opere artifici-óque aliquid exornare, graphicè depingere.

### 120. To ascend.

Ascendere, conscendere. Alta petere. Sursum evehi, ferri, niti gradibus. Superiores sedes, lo-cum altiorem capessere. Ad sum-ma fastigia culminis evadere. Al-tiùs emergere.

—— Summi fastigia tecti Ascen-su superant.

Scalis ascendere muros. Scan-dere montem. Nituntur longo vestigia ponere clivo.

### 121. To make ashamed.

Pudefacere. Pudore aliquem afficere, suffundere: In ruborem dare, cogere. Pudorem, ruborem incutere, injicere alicui. Ignomi-niâ, dedecore notare. Sensu dede-coris afficere.

### 122. To be ashamed, or blush.

Vehementer, ingenuè, modestè verecundari, erubescere. Ingenui-tatis speciem præ se ferre. Con-scientiâ facinoris commoveri ad verecundiam: pudorem, ruborem contrahere; rubore, pudore affi-ci, suffundi, affundi. Modestia circumfundi. Vultum pudenter, pudibundè demittere. Pudet me facti.

Con-

Conſcia purpureus venit in ora pudor.

Pulchra verecundo ſuffundens ora rubore. Erubuit, ſubitúſque invita notavit Ora rubor. Flava verecundus tinxerat ora rubor. Purpurat ora pudor; Læſi dat ſigna rubore pudoris. —Pudore Hæſit in oppoſitâ lumina fixus humo. Erubuere genæ, totóque recanduit ore. Erubui gremióque pudor dejecit ocellos. Vix oculos attollit humo.

——Conſcia culpæ Conſpectum lucémque fugit.

Pudor ora ſubit. Qui color infectis adverſi ſolis ab ictu Nubibus eſſe ſolet aut purpureæ Auroræ. Is fuit in vultu viſæ ſine veſte Dianæ.

Hic color apricâ pendentibus arbore malis, Aut ebore tincto eſt, &c. *Ovid. Met.* 4. 7.

123. To ask or enquire.

Interrogare, quærere, rogare, ſcrutari, exquirere, expiſcari, requirere, percontari, ſciſcitari, perſcrutari, exigere. Crebris ſolicitíſque interrogationibus urgere. Anxiè, curiosè, ſigillatim quærere.

Scitatum miſimus. Multa ſuper Priamo rogitans. Ardemus ſcitari & quærere cauſas. Quæ ſint flagitat. ——Mihíque hæc ediſcere vera roganti.

124. Ask and have.

Quicquid rogaveris, oraveris, optaveris, petiveris, exorabis, impetrabis; potieris voto, tuum eſt. Nihil tanti eſt quod tuis precibus non ſit vilius, levius, minus, inferius. Faciam ego te compotem voti, quodcunque id ſit.

——Quod vis pete munus, & illud me tribuente feres. Elige munus, ait, nullam patiere repulſam. Elige — quid optes: optatis potiere tuis. —Tuus, O Regina, quid optes Explorare labor, mihi juſſa capeſſere fas eſt. Elige quid voveas; ſint tua voce licet ſecura repulſæ. En age, quid ceſſas? annuit ille, roga. Annuet— quodcunque rogabis. Cape, nata, quod optas.

*To aſpire to honour.* 78.

125. To aſſault or aſſail the enemy. 736.

Hoſtes omni conatu adoriri, invadere, impetere, aggredi. In hoſtes, in hoſtium aciem impreſſionem facere; vi factâ, omni impetu irruere, incurrere, ingruere, irrumpere, inſilire; impetum, vim facere; involare, concitato impetu ferri, inferri, inferre ſe; equo effuſis habenis ſe immittere. In confertos hoſtes ruere. Medium agmen penetrare.

— Mediis ſe immiſcuit armis.

——Denſos fertur moriturus in hoſtes.

126. To aſſault or ſtorm a Town.

Aſſultare mœnibus. Scalis adhibitis muros tranſcendere, ſuperare. Tormentis bellicis aperire muros, diruere, complanare: Urbem apertam capere, invadere, diripere, incendere; cædibus, rapinis,

pinis incendiis permiſcere omnia. Omnes admovere machinas. Omni vi, ſummis viribus impetum facere. Viam ſibi vi, armis aditum patefacere, & in urbem captam ferro ac flammis graſſari, ſævire, ruere, rapere, delere, peſſundare omnia.

—Urbem variis aſſultibus urgent, invadunt.

### 127. To withſtand an aſſault.

Hoſtes aſſultantes muris propellere, pellere, repellere, depellere; mœnibus propulſare; facilè à pinnis deſcendere; ferventi oleo, ſaxis, telis reprimere. Hoſtium oppugnantium audaciam, impetus, vim frangere, opprimere; conatus irritos facere.

*To aſſay*. 49.

### 128. To aſſemble a Congregation.

Populum, multitudinem, in unum, in unum locum cogere, contrahere, compellere, congregare, aggregare, colligere, adducere, convocare, concire. Concilium, populi cœtum, conventum, concionem convocare, celebrare, inſtituere. Conventum, conventus, peragere, celebrare. Habere Senatum, comitia. Vocare ad concionem, ad concilium, multitudinem.

—Socios in cœtum littore ab omni advocat, Conciliumq; vocat.

Magna populi frequentia in unum coivit, convenit, congreſſa eſt, confluxit, convolavit, coacta, congregata eſt, &c. *A Congregation aſſembled.*

Concilium, conventum ſolvere. Populum dimittere, miſſum facere. *To diſmiſs an Aſſembly.*

### 129. To aſſent or agree to.

Alterius opinioni, ſententiæ favere, acclamare, aſtipulari, ſuffragari, ſubſcribere, aſſentire, aſſentiri libenter; calculum ſuum addere, adjicere. In alterius opinione, ſententiâ acquieſcere. In ſententiam alterius concedere, diſcedere, pedibus ire. Raptim in ſententiam ejus pedarii concurrunt. Sententiam alterius probare, approbare, comprobare, admittere, recipere, confirmare. Suam ſententiam aſcribere. Suum conſenſum teſtari. Alteri, ad alterum, ad alterius ſententiam accedere. Alteri, cum altero concinere, conſentire. Alterius ſententiam ſuâ comprobare. Eum ſequor. Ei adhæreo. Ab ejus parte, ſententiâ ſto. Acceſſit animus ad ſententiam tuam.

Dicta Jovis pars voce probant.
—Partes aſſenſibus implent.

### 130. To aſſiſt or aid.

Alicui ſuccurrere, ſubvenire, auxiliari, patrocinari, opitulari, ſuppetias ferre; manum auxiliarem, auxiliares manus porrigere; conſilio, auxilio, ſubſidio eſſe; à conſilio eſſe; adeſſe, præſto eſſe, aſſiſtere, ſubſidio venire, auxilium, opem ferre, ſuppeditare; præſtare, præbere ſe propugnatorem, adjutorem, defenſorem, patronum dare, præbere, profiteri.

Ali-

Aliquem propugnare; ope, auxilio sublevare.

131. To desire assistance or aid.

Alicujus, ab aliquo auxilium, opem, &c. petere, quærere, expetere, efflagitare, rogare, rogitare, poscere. Suppetias, auxilia vocare, invocare, advocare, implorare. Operam alicujus poscere. Quasi in portum, tanquam ad aram, ad asylum summis in periculis, ad aliquem, ad alicujus opem, fidem, præsidium, autoritatem; in opem, in præsidium alicujus sicut in aram magnis difficultatibus affecti, afflicti confugere. In rebus perditis, afflictis, asperis, adversis, duris, lapsis alicujus fidem, præsidium rogare, magnopere implorare; ad fidem, in fidem alicujus & clientelam se supplicem conferre. Maximam, omnem salutis, dignitatis, vitæ spem in alterius ope collocare, reponere. Eorum magis nos miseret, qui nostram misericordiam non requirunt, quàm qui illam efflagitant.

Auxilium vocat, & duros conclamat agrestes. Hujus opem magnis imploravere periclis; sollicitâ supplex petiit prece.

132. To associate to himself. 283.

Cum aliquo societatem facere, inire; se copulare, conjungere. Aliquem sibi adjungere, adsciscere socium; in societatem suam admittere, assumere, adsciscere, ascribere. Arma, consilia consociare cum aliquo. Socium sibi legere, jungere. Bello vires acquirit amicas. Arma juves oro, piæque pars sit militiæ. – Sua Tydides mecum communicat acta, Me probat, & socio semper confidit Ulysse.

*To give assurance.* 675.
*To asswage ones anger.* 88.
*Time asswageth grief.* 1289.
*The Sea is asswaged.* 1134.

133. To astonish, amaze, dismay.

Obstupefacere, consternare, procellere. Conturbare magnopere. Suspensum, stupidum, attonitum, exanimatum reddere. De statu mentis dimovere, dejicere. Stupore, torpore opprimere, percellere. Hæc nos attonitos habent.

134. To be astonished.

Obstupescere. Admiratione, rei novitate, gravitate perculsus, attonitus, suspensus, obstupefactus, exanimatus; extra se positus, consternatus; stupore oppressus, perculsus; in ecstasin quandam raptus, conjectus obstupuit; apud se non fuit, excidit sibi, mente concidit. Animo vehementer perturbato. Nec mente, nec linguâ, nec ore consistere. Animus atrocissimæ rei cogitatione confusus.

Obstupui, subitúsque comas erexerat horror. Obstupui, steterúntque comæ, & vox faucibus hæsit. Non aliter stupui, quàm qui Jovis ignibus ictus Vivit,

 at

at est vitæ nescius ipse suæ. Talibus attonitus visis, Mentes perculsæ stupent.——Gelidus cui pectore manat Sudor, & è subito membra stupore pavent.—— Ad auditas stupuit ceu saxea voces; Attonitæque diu similis stetit.

—Duroque simillima saxo torpet. Illa nihil, neque enim vocem viresque loquendi, Aut aliquid toto pectore mentis habet. Magnis exterrita monstris, Diriguit visu in medio,&c. *Virg. Æneid.* 3.

*To go astray.* 1373.

135. **An excellent Astronomer, Arithmetician, Geometrician.**

Numerandi, dimetiendiq; terram, & scientiæ sideralis peritissimus. Astronomicis, Geometricis, Arithmeticis literis egregiè, perfectè eruditus; Astronomica, Arithmetica, Geomerrica pulchrè, pulcherrimè callet. Geometriæ, Arithmeticæ, Astronomiæ scientiam eximiam, præclaram, singularem assecutus, adeptus est. Eo usque in Astronomicis, Geometricis, Arithmeticis processit, provectus est, ut ad summum pervenerit. Astrorum, numerorum, terræque dimetiendæ rationem optimè novit.

136. **An Atheist.**

Homo nullâ prorsus religione; nullâ in Deum fide; cui nullus est suo ventre potior aut potentior Deus. Monstrum hominis, quod ore blasphemo eum ipsum negat esse qui revera solus *Est*, cujus ipsum nomen est, *Ego sum*, à quo ipse hoc ipsum habet quod sit. Animal dementissimum, eâ vecordiâ, furore, insaniâ; iis animi tenebris, pectoris angustiis; eâ mentis caligine & cæcitate, ut esse Mentem sapientissimam, quæ condiderit, tueatur, ac regat hunc mundum, non videat, capiat, sentiat, sciat, intelligat: non credat, agnoscat, fateatur.

——Erat qui numina divûm Sperneret, & nullos aris adoleret honores. Qui Jovem & Cœlum spernit, & penetrabile fulmen. ——Magni cum diis contemptor Olympi. Perithous. Polyphemus.

137. **Athens,** Athenæ.

Athenæ Atticæ. Cecropia arx. Intactæ Palladis Urbs. Arces Actææ, Erichtheæ, Tritonidis. Dictæ à Pallade terræ. Grata Minervæ humus, ——cultique arbusta Lycæi. Urbs Mopsopia. Pandioniæ, doctæ Athenæ.

138. **Atlas,** Iapetionides.

——Hominum cunctis ingenti corpore præstans. ——Æthereum qui fert cervicibus axem. —Cœlum qui vertice fulcit, &c. *Virg. Æneid.* 4. Maximus Atlas Cœlum humeris torquet stellis ardentibus aptum. —— Cœli qui sidera torquet. Cœlifer, durus. —Æthereos humeris qui sustinet orbes.

139. To attain his desire. 151.
Quod voluit adipisci, assequi, consequi, nancisci, ferre, acquirere. Pervenire quo voluit. Voto, conatuum suorum & laborum fructu, præmio, mercede potiri, frui. Metam propositam, scopum destinatum attingere. Spem, rem optatam, operæ-pretium lucrari, obtinere, comparare.
*To attempt or adventure.* 49.

140. To attend or serve a master.

Domino famulari, ministrare, inservire, subservire, operam dare, addicere se, fidele obsequium præstare; omnem operam & studium navare. Totum se ad alterius voluntatem nutúmque componere, fingere, accommodare. Mercedulâ adductus alteri se ministrum præbere. Heri nutum expectare, observare, intueri. Quid sibi mandetur solicitè expectare. Alicujus servitio subjicere se. Assectari aliquem, deducere & reducere domum. Famulus, servus, assecla, vernula, pedissequus, alienæ voluntatis minister, victûs quotidiani administer.
——Puer hic non lævi jussa magistri Accipiebat. Puer à cyathis.
Ancilla, famula, serva, pedissequa. Ancillaris : *A Maid-servant.*
Ministra strenua faciendis justis.

141. To attend or wait ones coming.

Expectare, præstolari, opperiri aliquem, alicujus adventum. Aucupari & observare tempus quo sit adfuturus quis. Hærere, morari, subsistere, commorari donec advenerit quis; usque ad reditum, adventum alicujus. Expectare reditum, & paucorum dierum molestiam devorare. Is apud forum me manet. Nunc verò domi certum est obsidere usque, donec redierit.
*To attend or hearken diligently.* 665.

142. To procure attention.

Auditores attentos, benevolos reddere, erectos ad audiendum facere, efficere. Hominum expectationem concitare, benevolentiam conciliare, animos demulcere, quò ad audiendum alacriores fiant, accedant, præbeant se.
*Clothed in rich attire.* 97.

143. To attribute or ascribe unto.

Alicui tribuere, attribuere, assignare, ascribere; acceptam rem ferre, referre. Hujus rei inventionem ad Deos referunt. Tibi uni referunt hæc mala. Te causam autorémque faciunt hújus calamitatis. Culpam in aliquem conferre, derivare.
*Acceptum refero versibus esse nocens.*

144. It availeth much.

Multùm, plurimùm interest, prodest, juvat, conducit, expedit, facit, valet, valde commodum & opportunum

opportunum eſt, præclarè comparatum ad hanc rem. Huic propoſito utiliter inſervit.

145. To ſpeak before a great Auditory. 929.

In magnâ populi frequentiâ; ingenti multitudine; ampliſſimâ coronâ, frequentiſſimo conventu, cœtu; quamplurimis audientibus, præſentibus, coram turbâ hominum infinitâ; in frequenti ſenatu, theatro, foro; pro roſtris; apud populum verba facere, orationem habere.

—— Oculi te ſpectant mille loquentem, &c.

——Plena moderantem fræna theatri.

*To avenge, or be avenged.* 1077.
*To aver or avouch.* 61.

146. Aurora, Eos, Matuta.

Pallantias. Tithonia conjux, Dea —— roſeo ſpectabilis ore. Quæ tenet—— Lucis—— tenet confinia noctis. Extremum noctis quæ Dea finit iter.

Omnibus inferior quas ſuſtinet aureus æther. Nam mihi ſunt totum rariſſima templa per orbem. Diva tamen, &c. *Ovid. Metam.* 13. 3. Memnonis mater. Dea prævia lucis; Flava pruinoſam quæ vehit axe diem: in roſeis fulgebat lutea bigis; roſea, crocea, punicea, roſcida, nitida, fulgida.

*To avoid or eſcape danger.* 378.
*To avoid or eſchew ſome evil.* 503.

147. The chief author, actor, mover, cauſe. 1092.

Dux & ſignifer; autor, princeps, architectus & machinator ſceleris. Funeſtæ ſeditionis fax. Malorum omnium fons, origo, ſcaturigo. A te exorta ſunt hæc mala; tibi accepta referenda ſunt. Tuo hortatu, conſilio; tuâ operâ, te impulſore, adjutore, ſuaſore, inſtigatore, inventore, hortatore, monitore, incitatore, incœptore, præmonſtratore, auſpice, te à conſiliis principe facta ſunt. Tu caput fuiſti & primus autor omnium. Ut Helena Trojanis, ſic iſte huic Reipublicæ cauſa belli, cauſa peſtis atque exitii fuit. Ut in ſeminibus cauſa eſt herbarum & ſtirpium, ſic hujus luctuoſiſſimi belli ſemen tu fuiſti. Tu hæc peperiſti, excitâſti mala; horum faces malorum incendiſti.

*A man of great authority.* 993.
*To authorize.* 799.
*Autumn.* 1461.

148. To awaken one.

Suſcitare, exſuſcitare, expergefacere. Somno, de, è, ex ſomno dormientem, ſopitum excitare. E lecto evocare. Somnum alicui rumpere, abrumpere, excutere. Dormientem, quieſcentem interpellare. Somno, è ſomno excire.

—Matutinos abrumpunt murmure ſomnos, adimunt. Divellit ſomnos cura. Clamore ſolvere ſoporem.

149. To aim at ſomething.

Aliquid ſpectare, intendere, ſequi,

qui, velle, ſibi proponere ; habere ſibi propoſitum ; ſeu ſcopum, metam ſibi præfigere, unicè agere ; omnium conſiliorum, conatuum, laborum, ſtudiorum finem ſibi & fructum deſtinare, decernere, ſtatuere ; ante oculos habere ; conſtituere, animo concipere. Aliquo collimare ; animum, cogitationes, conſilia referre, dirigere ; mentis aciem intendere, tanquam ad metam eniti.

——Certum voto pete finem. Eſt aliquid quò tendis, & in quod dirigis arcum. An paſſim ſequeris corvos, &c. *Hor.*

B

*To babble or prate.* 2002.

150. Bacchus, Dionyſius, Liber.

Liber pater. Lenæus pater. Bacchus pater. Candidus Baſſareus. Semeleia proles. Thebanæ Semeles puer. Præliis audax Liber. Gravi metuendus thyrſo, &c. *Horat. Carm.* 2. 19. Genialis conſitor uvæ. Adſis lætitiæ Bacchus dator. Bis genitus. —— Racemiferis frontem circundatus uvis, Bicorniger.

-- Bacchúmque vocant, Bromiúmque, Lyæúmque, Ignigenámque, ſatúmque iterum, ſolúmque bimatrem. Additur his Nyſeúſque indetonſúſque Thyoneus ; Et cum Lenæo, &c. *Ovid Metam.* 4. 1. Ogygius Deus.

151. To backbite.

Clam vituperare. Clanculum, à tergo Cynicâ petulantiâ mordere. Abſenti contumelioſe maledicere, maledicè obtrectare, detrahere ; infamiæ notas inurere. Famam alienam clam, abſentis exiſtimationem lædere, violare. Nefaria quædam de aliquo diſſipare ; de famâ alicujus detrahere clam. Obſcuro odio, morſúque venenare alicujus famam. Clandeſtinus alienæ exiſtimationis expugnator. Famæ alicujus inſidias comparare. Suſurro——Abſentem qui rodit amicum. Hic niger eſt. Linguâ refert audita ſuſurrâ. O Jane à tergo quem nulla ciconia pinxit.

*To give his hand for one.* 1385.

152. To baniſh.

Exilio mulctare. In exilium agere, pellere, ejicere, mittere, ablegare. E patriâ, è patriæ finibus, ex urbe, civitate, rep. ſuis ſedibus ejicere, exigere, exturbare, pellere, expellere, excludere, exterminare, depellere, profligare, ſubmovere. Aquâ & igni interdicere. Patriâ prohibere. Ab aris focíſque patriis ; à tectis mœnibúſque urbis ; à domo & conſpectu patriæ arcere, abſtrahere, abigere, mandare, amandare, deportare in remotiſſimas gentes ; in terras exteras, longinquas, ultimas.

Patriam, civis jus adimere. Ab oris patriis pellere. Humum natalem

lem demere. Urbe, patriâ, focis patriis jubere abesse.

153. To be banished.

Exulare. Exilii causâ solum vertere. Patriam & civitatis jus amittere. Urbe finibúsque facessere: extorrem, profugum, exulem agere, agi. Exulatum abire, proficisci. In exilium ire, abire, pelli, ejici, &c. Sinu gremióque patriæ, & à suorum complexu abstrahi, abigíque in exilium. In terrâ peregrinâ exilium perpetuum agere.

Patriis sedibus actus: expulsus ab oris: finibus ejectus, focis carere. Nos patriæ fines & dulcia linquimus arva. Nos patriam fugimus. Terras alio calentes sole mutamus. Patriâ quis exul se quoque fugit.

154. To go into banishment willingly.

In exilium voluntarium, spontaneum proficisci. Ultro, libenter; animo æquo, æquissimo; sponte suâ patriâ cedere, carere: è patria discedere: natale solum relinquere: Patriam deserere. Patriæ nullo studio teneri: nullo desiderio affici: desiderium haud iniquè, non ægrè ferre. Quasi ad aram in exilium confugere. Summâ cum alacritate, animi æquitate, animi alacritate, animo alacri & erecto Metellus Româ discessit, abfuítque.

Omne solum forti patria est.

155. To recal from banishment.

Exules restituere, reducere, diis penatibus reddere: in patriam revocare. Dare, reddere civitatem exulanti. Ejecto, extorri, profugo, exuli reditum in patriam patefacere, reserare. Facere ut quis familiares revisat, redeat ad suos lares familiares. Exulem in suam pristinam dignitatem revocare: in antiquum statum restituere: de exilio reducere.

156. To play the bankrupt.

Decoquere. Fidem labefactare, decoquere, consumere, perdere. Æris alieni magnitudine oppressus, decoctâ suâ re profugit, diffugit; urbe, foro cessit; in asylum se recepit. Obæratus. Qui solvendo non est. Qui suam rem confecit, dilapidavit. Qui non habet, cui non suppetit unde solvat, unde creditoribus satisfaciat. Qui domum suam bonáq; omnia comedit, devoravit. Cui fides cecidit, consumpta est. Quem fides deficit.

*To ban or curse.* 370.
*To make a Banquet.* 551.

157. To baptize.

Infantem regenerationis lavacro; aquâ benedictâ, vitali, sacrâ; undâ salutari tingere: Sacro baptismate, sacri fontis lavacro abluere, aspergere: Christi sacris initiare; in Christi Ecclesiam inferre, recipere; flumine

ſacro, aquâ baptiſmatis perfundere; Sacri fontis tinctu aſpergine conſecrare, dedicare Deo, Chriſto. Baptizare.

158. To ſpeak barbarouſly.

Sermone barbaro, rudi, agreſti; oratione incultâ, inconcinnâ; elegantiâ ruſticanâ, culinariâ uti. Craſsè, barbarè, imperitè, impolitè, incongruè, inconditè, inconcinnè, ineleganter, ineptè, indiſertè loqui, garrire neſcio quid. Obſoletum, peregrinum, à puritate Romani ſermonis alienum quid effundere, effutire. Veram, germanam, genuinam Latinitatis ſuavitatem, elegantiam non ſapere, non redolere.

*To barb or poll.* 984.

159. To bargain.

Paciſci, pangere, depaciſci, contrahere, ſtipulari; rationem contrahere; pactum, pactionem, ſtipulationem facere, ſancire, conflare, conficere, inſtituere cum aliquo. Pacto, pactione, ſtipulatione ſe obligare.

160. A barren Land. 599.

Terra ſterilis, jejuna, infrugifera, rupibus aſpera, ſqualens, macra, macilenta, infœcunda, dura, infelix; arenoſa, infructuoſa. Humus nuda, arida, ſicca, ſegnis, iners; nec herbida, nec frugifera. Solum ſiticuloſum & peraridum, incultum & derelictum; tam exile ut aratro perſtringi non poſſit. Locus ſpinis obſitus. Ager malignus, propter ſterilitatem, malignitatem incultus, deſertus, inutilis; qui nihil procreat, parit, fert, profert: qui malignè fructum edit, nullum producit, fruges non emittit.

Triſte ſolum, ſterilis ſine fruge, ſine arbore tellus. Deſerta ſiti regio: Lapis omnia nudus: Limoſóq; palus obducit paſcua junco.

161. A barren Woman.

Mulier ſterilis, infœcunda, nullorum liberorum parens.

Cui ſteriles thalami, nullóque ululata dolore Reſpexit Lucina domum. Nullâ prole beata parens.

*A fellow of a baſe condition.* 33.

*Baſe or beggarly fare.* 531.

162. Of a baſe mind.

Homo anguſti, contracti atque demiſſi animi, qui nihil altum aut ſublime, nihil magnificum aut generoſum cogitat, ſapit, qui omnes ſuas cogitationes in res humiles, contemptas abjicit, conjicit: cui mens parva & prava, oppleta tenebris, ſordibus, cui animus eſt ab omni gloriæ ſtudio averſus: in humiles, planéque ſordidas cogitationes dejectus: cujus animus humi repit, ſerpit, jacet: demiſſe & humiliter ſentiens: ad ſervitutem natus, cujus in animo eſt naturâ molle quiddam, demiſſum, languidum, humile & enervatum.

163. Of baſe or low birth. 33.

Homo novus, inglorius, atque ignobilis: majoribus obſcuris, genere, loco, ſanguine, familiâ, gente

opportunum eſt, præclarè comparatum ad hanc rem. Huic propoſito utiliter inſervit.

145. To ſpeak before a great Auditory. 929.

In magnâ populi frequentiâ; ingenti multitudine; ampliſſimâ coronâ, frequentiſſimo conventu, cœtu; quamplurimis audientibus, præſentibus, coram turbâ hominum infinitâ; in frequenti ſenatu, theatro, foro; pro roſtris; apud populum verba facere, orationem habere.

—— Oculi te ſpectant mille loquentem, &c.

——Plena moderantem fræna theatri.

*To avenge, or be avenged.* 1077.
*To aver or avouch.* 61.

146. Aurora, Eos, Matuta.

Pallantias. Tithonia conjux, Dea —— roſeo ſpectabilis ore. Quæ tenet —— Lucis —— tenet confinia noctis. Extremum noctis quæ Dea finit iter.

Omnibus inferior quas ſuſtinet aureus æther. Nam mihi ſunt totum rariſſima templa per orbem. Diva tamen, &c. *Ovid. Metam.* 13. 3. Memnonis mater. Dea prævia lucis; Flava pruinoſam quæ vehit axe diem: in roſeis fulgebat lutea bigis; roſea, crocea, punicea, roſcida, nitida, fulgida.

*To avoid or eſcape danger.* 378.
*To avoid or eſchew ſome evil.* 503.

147. The chief author, actor, mover, cauſe. 1092.

Dux & ſignifer; autor, princeps, architectus & machinator ſceleris. Funeſtæ ſeditionis fax. Malorum omnium fons, origo, ſcaturigo. A te exorta ſunt hæc mala; tibi accepta referenda ſunt. Tuo hortatu, conſilio; tuâ operâ, te impulſore, adjutore, ſuaſore, inſtigatore, inventore, hortatore, monitore, incitatore, incœptore, præmonſtratore, auſpice, te à conſiliis principe facta ſunt. Tu caput fuiſti & primus autor omnium. Ut Helena Trojanis, ſic iſte huic Reipublicæ cauſa belli, cauſa peſtis atque exitii fuit. Ut in ſeminibus cauſa eſt herbarum & ſtirpium, ſic hujus luctuoſiſſimi belli ſemen tu fuiſti. Tu hæc peperiſti, excitâſti mala; horum faces malorum incendiſti.

*A man of great authority.* 993.
*To authorize.* 799.
*Autumn.* 1461.

148. To awaken one.

Suſcitare, exſuſcitare, expergefacere. Somno, de, è, ex ſomno dormientem, ſopitum excitare. E lecto evocare. Somnum alicui rumpere, abrumpere, excutere. Dormientem, quieſcentem interpellare. Somno, è ſomno excire.

—Matutinos abrumpunt murmure ſomnos, adimunt. Divellit ſomnos cura. Clamore ſolvere ſoporem.

149. To aim at ſomething.

Aliquid ſpectare, intendere, ſequi,

qui, velle, sibi proponere; habere sibi propositum; seu scopum, metam sibi præfigere, unicè agere; omnium consiliorum, conatuum, laborum, studiorum finem sibi & fructum destinare, decernere, statuere; ante oculos habere; constituere, animo concipere. Aliquo collimare; animum, cogitationes, consilia referre, dirigere; mentis aciem intendere, tanquam ad metam eniti.

——Certum voto pete finem. Est aliquid quò tendis, & in quod dirigis arcum. An passim sequeris corvos, &c. *Hor.*

---

## B

*To babble or prate.* 2002.

### 150. Bacchus, Dionysius, Liber.

Liber pater. Lenæus pater. Bacchus pater. Candidus Bassareus. Semeleia proles. Thebanæ Semeles puer. Præliis audax Liber. Gravi metuendus thyrso, &c. *Horat. Carm.* 2. 19. Genialis consitor uvæ. Adsis lætitiæ Bacchus dator. Bis genitus. —— Racemiferis frontem circundatus uvis, Bicorniger.

—— Bacchúmque vocant, Bromiúmque, Lyæúmque, Ignigenámque, satúmque iterum, solúmque bimatrem. Additur his Nyseúsque indetonsúsque Thyoneus; Et cum Lenæo, &c. *Ovid Metam.* 4. 1. Ogygius Deus.

### 151. To backbite.

Clam vituperare. Clanculum, à tergo Cynicâ petulantiâ mordere. Absenti contumeliose maledicere, maledicè obtrectare, detrahere; infamiæ notas inurere. Famam alienam clam, absentis existimationem lædere, violare. Nefaria quædam de aliquo dissipare; de famâ alicujus detrahere clam. Obscuro odio, morsúque venenare alicujus famam. Clandestinus alienæ existimationis expugnator. Famæ alicujus insidias comparare. Susurro——Absentem qui rodit amicum. Hic niger est. Linguâ refert audita susurrâ. O Jane à tergo quem nulla ciconia pinxit.

*To give his hand for one.* 1385.

### 152. To banish.

Exilio mulctare. In exilium agere, pellere, ejicere, mittere, ablegare. E patriâ, è patriæ finibus, ex urbe, civitate, rep. suis sedibus ejicere, exigere, exturbare, pellere, expellere, excludere, exterminare, depellere, profligare, submovere. Aquâ & igni interdicere. Patriâ prohibere. Ab aris focísque patriis; à tectis mœnibúsque urbis; à domo & conspectu patriæ arcere, abstrahere, abigere, mandare, amandare, deportare in remotissimas gentes; in terras exteras, longinquas, ultimas.

Patriam, civis jus adimere. Ab oris patriis pellere. Humum natalem

lem demere. Urbe, patriâ, focis patriis jubere abesse.

153. To be banished.

Exulare. Exilii causâ solum vertere. Patriam & civitatis jus amittere. Urbe finibúsque facessere: extorrem, profugum, exulem agere, agi. Exulatum abire, proficisci. In exilium ire, abire, pelli, ejici, &c. Sinu gremióque patriæ, & à suorum complexu abstrahi, abigíque in exilium. In terrâ peregrinâ exilium perpetuum agere.

Patriis sedibus actus: expulsus ab oris: finibus ejectus, focis carere. Nos patriæ fines & dulcia linquimus arva. Nos patriam fugimus. Terras alio calentes sole mutamus. Patriâ quis exul se quoque fugit.

154. To go into banishment willingly.

In exilium voluntarium, spontaneum proficisci. Ultro, libenter; animo æquo, æquissimo; sponte suâ patriâ cedere, carere: è patria discedere: natale solum relinquere: Patriam deserere. Patriæ nullo studio teneri: nullo desiderio affici: desiderium haud iniquè, non ægrè ferre. Quasi ad aram in exilium confugere. Summâ cum alacritate, animi æquitate, animi alacritate, animo alacri & erecto Metellus Româ discessit, absuítque.

Omne solum forti patria est.

155. To recal from banishment.

Exules restituere, reducere, diis penatibus reddere: in patriam revocare. Dare, reddere civitatem exulanti. Ejecto, extorri, profugo, exuli reditum in patriam patefacere, reserare. Facere ut quis familiares revisat, redeat ad suos lares familiares. Exulem in suam pristinam dignitatem revocare: in antiquum statum restituere; de exilio reducere.

156. To play the bankrupt.

Decoquere. Fidem labefactare, decoquere, consumere, perdere. Æris alieni magnitudine oppressus, decoctâ suâ re profugit, diffugit; urbe, foro cessit; in asylum se recepit. Obæratus. Qui solvendo non est. Qui suam rem confecit, dilapidavit. Qui non habet, cui non suppetit unde solvat, unde creditoribus satisfaciat. Qui domum suam bonáq; omnia comedit, devoravit. Cui fides cecidit, consumpta est. Quem fides deficit.

*To ban or curse.* 370.
*To make a Banquet.* 551.

157. To baptize.

Infantem regenerationis lavacro; aquâ benedictâ, vitali, sacrâ; undâ salutari tingere: Sacro baptismate, sacri fontis lavacro abluere, aspergere: Christi sacris initiare; in Christi Ecclesiam inferre, recipere; flumine sacro,

ſacro, aquâ baptiſmatis perfundere; Sacri fontis tinctu aſpergine conſecrare, dedicare Deo, Chriſto. Baptizare.

158. To ſpeak barbarouſly.

Sermone barbaro, rudi, agreſti; oratione incultâ, inconcinnâ; elegantiâ ruſticanâ, culinariâ uti. Craſsè, barbarè, imperitè, impolitè, incongruè, inconditè, inconcinnè, ineleganter, ineptè, indiſertè loqui, garrire neſcio quid. Obſoletum, peregrinum, à puritate Romani ſermonis alienum quid effundere, effutire. Veram, germanam, genuinam Latinitatis ſuavitatem, elegantiam non ſapere, non redolere.

*To barb or poll.* 984.

159. To bargain.

Paciſci, pangere, depaciſci, contrahere, ſtipulari; rationem contrahere; pactum, pactionem, ſtipulationem facere, ſancire, conflare, conficere, inſtituere cum aliquo. Pacto, pactione, ſtipulatione ſe obligare.

160. A barren Land. 599.

Terra ſterilis, jejuna, infrugifera, rupibus aſpera, ſqualens, macra, macilenta, infœcunda, dura, infelix; arenoſa, infructuoſa. Humus nuda, arida, ſicca, ſegnis, iners; nec herbida, nec frugifera. Solum ſiticuloſum & perariduum, incultum & derelictum; tam exile ut aratro perſtringi non poſſit. Locus ſpinis obſitus. Ager malignus, propter ſterilitatem, malignitatem incultus, deſertus, inutilis; qui nihil procreat, parit, fert, profert: qui malignè fructum edit, nullum producit, fruges non emittit.

Triſte ſolum, ſterilis ſine fruge, ſine arbore tellus. Deſerta ſiti regio: Lapis omnia nudus: Limoſóq; palus obducit paſcua junco.

161. A barren Woman.

Mulier ſterilis, infœcunda, nullorum liberorum parens.

Cui ſteriles thalami, nullóque ululata dolore Reſpexit Lucina domum. Nullâ prole beata parens.

*A fellow of a baſe condition.* 33.
*Baſe or beggarly fare.* 531.

162. Of a baſe mind.

Homo anguſti, contracti atque demiſſi animi, qui nihil altum aut ſublime, nihil magnificum aut generoſum cogitat, ſapit, qui omnes ſuas cogitationes in res humiles, contemptas abjicit, conjicit: cui mens parva & prava, oppleta tenebris, ſordibus, cui animus eſt ab omni gloriæ ſtudio averſus: in humiles, planéque ſordidas cogitationes dejectus: cujus animus humi repit, ſerpit, jacet: demiſſe & humiliter ſentiens: ad ſervitutem natus, cujus in animo eſt naturâ molle quiddam, demiſſum, languidum, humile & enervatum.

163. Of baſe or low birth. 33.

Homo novus, inglorius, atque ignobilis: majoribus obſcuris, genere, loco, ſanguine, familiâ,

gente

gente infimâ, ignotâ, ignobili, humili, fordidâ, obfcurâ, abjectâ ortus, natus, prognatus, editus. Homo repentinus, à fe ortus, ex infimo genere & fortunæ gradu, non modo nobis, fed nec inter fuos quidem notus. Homo plebeius, obfcurus, minorum gentium, infimæ conditionis ; natalibus ignotis, plebeiâ ftirpe oriundus: humillimis parentibus editus, qui nullis generis autoribus, nullâ majorum laude honeftatur, commendatur, infignitur. Terræ filius, nefcio quis. Subdititius, qui ne matrem quidem novit: quem nemo propter ignobilitatem nominat. Pauperum fanguis parentum: Orta domo parvâ. ——Humilis, vulgi pars infima noftri.—— Non ille loco nec origine gentis clarus. Syri Damæ aut Dionyfii filius. ——Nullis majoribus ortus. ————Humili de ftirpe creatus. ——Ingenuo qui non eft patre natus: Cujus nemo queat patriam monftrare parentis. Natali tuo — conviva fenatus, &c. Nemo tamen natum te Diodoro putat. *Mart. Epig.* 10. 27. Non refert quali fit quifque parente Ortus, dum ingenuus, &c. *Horat. Serm.* 1. 6.

### 164. Bashful or modest.

Homo timidus & permodeftus, verecundus, virginali verecundiâ, modeftiâ fummâ: in quo modeftiæ multum eft. Prudentiffimus, modeftiffimus vir. Admodum verecundâ fronte puer, quem leviffima caufa in ruborem dat ; vultu permodefto. ——Verecundo vix tollens lumina vultu.

### 165. A Bastard.

Cui fortuna non dedit, ut patre certo nafceretur. Partus illegitimus ; è ftupro natus, ftupro, illegitimo coitu, thalamo genitus. Nothus. Spurius, ex mœcha, patre incerto editus, atque fufceptus. Non juftâ uxore genitus. Populi, terræ filius.

Puer furto conceptus. Malè conceptus infans.

### 166. To batter walls with great Ordnance.

Tormentis, baliftis, machinis, ariete urbem, oppidum, urbis muros, mœnia concutere, percutere, verberare, impetere, fubruere, quatere, labefactare, fternere, profternere, demoliri, attentare, vertere, vaftare, æquare folo, comminuere, disjicere, difturbare. Machinis bellicis, tormentorum acerrimorum vi, crebris arietibus urbem munitiffimam contundere, muros impellere, attentare. Murales machinas urbi, mœnibus admovere. Bombardarum fulminatione oppidi mœnia longo tractu proftravit.

Ferreus —— Cum laceras aries, baliftâve concutit arces. Urbes fternere machinis longè faxa rotantibus. Machina ænea, bellica vibratur in adverfos muros ; fulminat terrifico boatu. Effundit vaftos balifta molares. Horrifonis tonat ænea machina bombis. Ariete crebro labat murus, porta.

Gra-

Gravis balistæ mœnia pulsat onus.

*A Batchelour.* 807.
*To fight a battle.* 555.
*A Baudy-house.* 1410.
*To baul or clamour.* 176.
*To bear Children.* 269.

167. To bear with or suffer unpunished.

Sæpiùs delinquentem tolerare, integrum, impunitum, liberum, intactum, sine pœna, sine animadversione demittere, nullâ pœnâ afficere, coercere. Delicta, noxas, offensas dissimulare, impune præterire. Facilitate, clementiâ, lenitate summâ, mirâ, delinquentibus parcere, ad multa connivere, nihil in reos gravius statuere. Multa sciens, prudenter, studio, datâ operâ, conniventibus oculis, quasi velatis & clausis oculis, dissimulanter transiit atque celavit.

168. His Beard is newly grown.

Jam primùm, nuper barbam induit, barba mento succrevit, exeruit se, effloruit.

Jam prima puras barba signabat genas. Jam prima genas vestibat flore juventa. Et suberat flavæ jam nova barba comæ. —— Prima tectus lanugine malas. Signarat teneras dubia lanugine malas.

169. A long griesly Beard.

Barbam alere hirsutam, sordidam, horridam, caprinam.

—Summóq; cadit barba hispida mento.—Passus erat—genis increscere barbam. Cui plurima mento Canities inculta jacet. Impexa pendit barba horrida. Mulcens promissam ad pectora barbam.

170. To beat or strike.

Manus, vim alicui offerre, afferre, inferre. Vim facere. Fustibus, pugnis tundere, contundere, verberare, ferire, affligere, percutere, pulsare, excipere, prosternere, diverberare, malè accipere, diminuere caput. Cerebro viam aspergere. Malè multare usque ad necem. Colaphos, alapas infligere, ingerere, impingere, incutere, infringere alicui. Colaphis, pugnis, verberibus accipere, excipere, cædere, obtundere; pessimè tractare. Terga baculo fatigare, pulsare os. Tripode caput pectere. Ictibus onerare. Omnes dentes labefecit mihi. Pugnus in mala hæsit. Colaphis tuber est totum caput.

——Caput lumbósque saligno Fuste dolat.

Tergum, corpus virgis inscribere; verberibus laniare, lacerare cruentis. Insano verbere vexat equum.

171. To be beaten with rods, or whipt.

Scuticis, loris, plagis, virgis, scorpionibus, verberibus lacerari, cruentari, vapulare, multari, conscindi, cædi, confici, onerari, coerceri, frangi; ad necem accipi; ita accipi ut multus è visceribus sanguis exeat; ut multa vibice totum corpus rigeat; cruciari, fœdè laniari, dilaniari; dari totum in ruborem. Virgis verberari.

Gra-

Graviſſimas plagas excipere, accipere, perferre. Flagellari. Flagris cædi. Uſque ad necem operiri loris.

Loris uri. Flagra pati. Præbere corpora plagis. —— Verberibus cæduntur terga nefandis. Mea crudeli lacerantur verbere terga. Duris onerantur pectora plagis. Inuſta turpiter tibi flagella. Læſus flagellis ad mortem; præconiis ad faſtidium.

172. A beautiful fair Youth.

Puer formoſus, ſpecioſus, venuſtus, pulcher & elegans; eximiâ pulchritudine excellens; elegantiâ formæ conſpicuus; cunctis formæ dotibus inſignitus; dignitate corporis præſtans. Qui tantam habet pulchritudinem, ut nulla ſpecies ne excogitari quidem poſſit ornatior. Longè ante alios ſpecie ac pulchritudine inſignis. Formoſi corporis ſpolium dies aufert. Candidus, & talos à vertice pulcher ad imos.

Facie, ſpecie inſignis. Formâ conſpiciendus, egregius. Egregio ſpectabilis ore. Qui formâ vincit Nerea. — Magnum egregio decus enitet ore. —— Quis Apollineo pulchrior ore fuit.

173. A beautiful fair Maid or Woman.

Adoleſcentula, virgo, virguncula, fœmina præſtanti, eleganti, egregiâ, ſummâ, eximâ, ſingulari pulchritudine, venuſtate, mirâ ſpecie: Facie, formâ, bonâ, inſigni, præter cæteras honeſtâ, liberali, amabili, vultu venuſto. Venus altera. Venere formoſior. Ad hanc quidem altera Venus invenuſta eſt. Digna principe marito, vel ipſo Apolline, Jove. Fulgor faciei rapitur momento.

Forma niſi in veras non cadit illa deas, &c.

*Ovid. Epiſt.* 17. Non pulchrior ignis accendit obſeſſam Ilion. Non tibi par uſquam, —— nec ſolis ab ortu, inter formoſas altera nomen habet. Digna Deâ facies. —Nulli tua forma ſecunda eſt. Clara decore. Clariſſima formâ: Multorúmque fuit ſpes invidioſa procorum. Nitor fœminæ ſplendentis. Pario marmore purior: Eniteſcit ſidere pulchrior; Roſei decus oris. Quanto ſplendidior quàm cætera ſidera fulget Lucifer, &c. *Ovid. Metam.* 2. 12.

*To beautifie or adorn.* 46.

174. To beckon or nod.

Nutu, nutu capitis quæ vult loqui. Nutu, & inclinatione capitis animum & mentem ſignificare, indicare, aperire, patefacere. Quod fieri vult tacitus innuit. Annuere, nutu aſſentiri.

*It becometh or behoveth.* 185.
*It becometh not, unſeemly.* 1353.
*Brought to bed.* 268.
*To ſet one before another.* 1004.

175. To beget Children.

Liberos gignere, ſuſcipere, procreare, generare, progignere, tollere. Sobolem propagare, procreare. Rebus Venereis, liberis procreandis operari, dare operam.

Con-

Concubitu indulgere. Veneris fœdus inire. Pueros creare. Si qua mihi de te soboles suscepta fuisset.

### 176. To beg or go a begging.

Mendicare, emendicare ostiatim; obambulando, oberrando ostiatim, mendicando victum quærere, petere, quæritare, conquirere, colligere. Vestibulatim stipem rogare, cogere. Pro foribus panem efflagitare. Precariò, alienâ misericordiâ vivere. Manum ad stipem porrigere. Civium domos quæritandi victûs gratiâ oberrare. Mendicato pane vivere, suam indigentiam, inopiam extremam sublevare. Eleemosynam, stipem emendicare. Ex alieno vivere.

——Miserum est alienâ vivere quadrâ. Vilia qui quondam miseris alimenta negavit; Nunc mendicato pascitur ille cibo. Exul, inops erres, alienáque limina lustres; Exiguúmque petas ore tremente cibum. Pontes per Urbis errat exul & clivos, Intérque raucos ultimus rogatores. Orat caninas panis improbi bucceas.

*To beg pardon.* 945.
*To beggar a man.* 1205.
*To be beggared or spoiled.* 1206.

### 177. To begin or undertake a work.

Opus ordiri, exordiri, inchoare, instituere, aggredi, incipere, auspicari, adoriri, inceptare. Operis fundamenta jacere, ponere. Rem institutam, sibi propositam habere. Operis rationem suscipere: primas lineas ducere. Exordium, initium rei facere, capere, sumere. Accingi, accingere se ad rem, opus. Telam exordiri. Ex portu solvere: Limen, vestibulum operis transire. E carceribus prodire. Prima spatia ingredi. Aditum facere, iter sternere ad res majores. Felix operi principium dare.

Dimidium facti qui bene cœpit habet: sapere aude, incipe.

### 178. The beginning hardest.

Principium, initium in quâque re difficillimum. ——Difficiles aditus primos habet. Ardua prima via est. Principio clivi noster anhelat equus. ——Est artis tristissima janua nostræ. Et labor est unus tempora prima pati, &c. *Ovid. de Remed. Amor.* 1. —Ut teneros lædunt juga prima juvencos, Frænáque vix patitur de grege captus equus.

### 179. To fail in the beginning.

In portu impingere, in carcere titubare: in limine offendere: in ipso ingressu operis peccare.

—— Principiis omen inesse solet. Cùm exires foribus, Pes tuus offenso limine signa dedit.

### 180. From the beginning of the world.

Ab ipso mundi, orbis conditi, rerum, temporis ortu, exortu, exordio, initio, principio. Ab ævo primo. A tempore conditi

orbis. Ab orbe, mundo condito, creato. Ab ipsis naturæ rerum, mundi incunabulis. Unà cum naturâ, tempore, generéque hominum prodiit. Post homines natos. Post hominum memoriam. Ex quo primùm cœpit rerum natura, universitas. A seculo mundi primo.

——A primâ nascentis origine mundi. ——Primâ repetens ab origine mundi.

### 181. From the beginning to the end.

Ab initio ad finem, à principio ad exitum. Ab ovo ad mala. A prologo fabulæ ad epilogum. Ab exordio orationis ad conclusionem. A proœmio ad perorationem. A primo ad postremum. A carceribus ad metam. A capite ad calcem. Ab introitu ad exitum.

*To relate from the beginning.* 1064.
*To suppress an evil in the beginning.* 124.
*To beguile or deceive.* 396.
*To be beguiled.* 397.
*Of good and fine behaviour.* 58.

### 182. To behave or bear himself well.

Benè, optimè, præclare se gerere. In eo munere optimè se paravit, comparavit, virum se præclarum, egregium, integerrimum præstitit; omnibus probavit se; virum bonum, civem optimum implevit.

### 183. To behead.

Decollare, detruncare, obtruncare. Securi percutere, ferire. Securim infligere. Capite multare, plectere, orbare. Collum, caput præscindere, præcidere. Cervicem cædere. Caput amputare, auferre; ense metere, demetere, decutere. Capitali pœnâ afficere, extinguere, tollere. A cervice caput rescindere, recidere, avellere, revellere; abscindere cervicibus.

Ferro colla rapit. ——Dividuum trans corpus hiantes Truncum oculi quærunt, animus caput. —— Falcato vulnerat ense, Qua collo est confine caput. Decutit, abstulit ense caput. Caput cervice recessit. Jacet ingens truncus, Avulsúmque humeris caput, & sine nomine corpus. Sejungere corpore colla, Qua cervix humeros continuata tegit.

### 184. To behold, view, or see. 611.

Videre, cernere, spectare, aspicere, conspicere, intueri, inspicere, speculari, contemplari, conspicari, advertere, animadvertere, obtueri. Oculis rem haurire, percipere, obire, prosequi, lustrare, perlustrare, contrectare, intueri, contemplari. Oculos in aliquam rem conjicere, convertere; alicui rei admovere. Obtutu oculorum diligentiùs observare. Collustrare oculis abunde.

Lumina, oculorum orbes, aciem aliquò vertere, advertere. Oculo,

culo, prospectu metiri aliquid. Huc illuc volvens oculos, totúmque pererrat. Orbem luminibus tacitis. Singula visu percurrit.

——Totum lustrabat lumine corpus. —Ad surgentem conversa lumina solem.—Cuncta perlegere animis oculisque sequacibus.

*Behold he is come.* 285.
*Beholding for courtesies.* 363.

185. **It behoveth, it is fit.**

Oportet fieri, convenit, expedit, competit, interest valde. Par, æquum, utile, necesse, necessarium, peropus, operæ pretium est. Maximè fieri conducit. Decet, commodum & consentaneum est.

*To beleaguer a Town.* 193.
*To help one.* 38.

186. **To believe or credit.**

Alicui credere, assentiri, fidem dare. Rei fidem, firmissimam fidem dare, habere, adhibere, tribuere, attribuere, addere, adjungere. Aliquid certâ fide complecti: persuasum, persuasissimum habere. Dicentis autoritatem revereri. De fide, integritate autoris non dubitare. Hanc opinionem imbiberunt. Certissimâ fide, argumentis indubitatis persuasum est mihi, adducor ut credam, ut non ambigam, ut mihi dubium non sit.

Fidem dictis addere. Prona venit cupidis in sua vota fides.

187. **Not to believe, to distrust.**

Alicui minimè, parum credere, confidere. Alicujus fidem suspectam habere; in dubium, in suspicionem vocare, adducere. Ea fidem apud me oratio non habet. Nec Homerum audio, &c. Fabulis, rebus minimè probabilibus, supra communem opinionem fidémque naturæ demere, negare, detrahere, derogare, nullam habere fidem. In numero fabularum reponere, habere. Adjungere fidem rebus commentitiis nullam debemus. Omnia mihi sunt suspecta. Diffidere.

Judicio fidem negat. Ne citò credideris. Tarda solet magnis rebus adesse fides. Tarda venit dictis difficilísque fides. Tardè quæ credita lædent Credimus.

188. **Bellerophon.** Sisyphi nepos.

—— Sanguine cretus Sisyphio. — Glauci certissima proles. Tetricæ domitor Chimæræ: Exitio facies cui sua penè fuit. ——Penè exitio cui sua forma fuit. Isthmiacus juvenis. Eques Pegaso dignus.

189. **Bellona.** Enyo.

Thressa virago. Bello metuenda virago. Belli civilis Enyo: furialis, navalis, Martia. ——Sanguineum quatiens Bellona flagellum. ——Tristis Enyo sævit, & horrendo bacchatur torva flagello.

190. **To bellow.**

Mugire. Mugitum, mugitus edere, dare.

— Mugitibus æthera complent. Locum variis mugitibus implent. Raucos, diros, rauco sono mugitus

edere. Taurus ciet terrificos mugitus.

*Well beloved, or in great favour.* 543.

*One generally beloved.* 544.

*To bemoan or pity.* 965.

*To benefit, or do good to a man.* 101.

*To confer benefits or courtesies.* 362.

### 191. To bequeath by will.

Testamento, voluntate ultimâ legare alicui omnia sua bona; hæredem ex asse facere, constituere, scribere, hæredem relinquere; aliquid dare, assignare, deferre.

— Hunc tabulis hæredem, stulte, supremis scribis. Nil tibi legavit. Hæredem fecit me Numa, convaluit.

### 192. To beseech or pray earnestly.

Aliquem impensè, studiosè, obnixè, pluribus verbis, suppliciter, demisse, vehementer, iterum atque iterum orare, rogare, obsecrare, obtestari, precari, implorare, summopere, magnâ obsecratione interpellare. Precibus cum aliquo agere, apud aliquem contendere; indefessus poscere; prostratus, provolutus ad pedes, acriter, vehementer petere; acriùs, vehementiùs instare. Omnes admovere machinas. Summo, acerrimo studio; maximopere; majorem in modum ab aliquo petere. Ita te rogo ut majore studio rogare non possim. Votis ardentibus, incredibili contentione poscere, exposcere, flagitare. Humillimè alicui supplicare. Maximâ ope niti, ambire. Per amicitiam, amorem; per ego hanc te dextram oro, obsecro. Per genu tuum obtestor. Per tuam fidem comprecor.

Preces descendere in omnes. Supplice voce rogant. Te pauper ambit sollicitâ prece. Per omnes te deos oro. Domini pedes supplice dextrâ stratus adorat.

### 193. To besiege or beleaguer a Town.

Urbem, oppidum circunsedere, circunsidere, circunvallare, castris circundare; coronâ cingere; ferro obsessam tenere; obsidione, oppugnatione, vallo tenere. premere, cingere; maximâ militum copiâ, multis firmisque præsidiis obsidere & oppugnare. Muros obsidione claudere. Hostes exercitu, armatis copiis sepire, vallo, aggere circunsepire, circuncludere, concludere, continere, prohibere ab egressu. Ad muros castra promovere, vineas & turres admovere mœnibus.

——Celsam magnis oppugnat molibus urbem. Bello oppida quatere, tentare. Muro imminet hostis. Circundant undiq; muros. Urbem densâ includere coronâ. Montana sedit circum castella sub armis. Septena muros castra Thebanos premunt. Muris agmen, exercitum advertere, admovere: Ingenti urbem obsidione teneri.

*To bestow, or lay-out charges.* 1200.

*To betray one treacherously.* 1305.

194. To

194. To betray a Town or Countrey.

Patriam, civitatem, salutem publicam, civium prodere. Urbem venalem habere, in hostium manus tradere. Pretio depacisci excidium patriæ. Perduellionibus patriam venditare. Proditionis in patriam reum teneri.

—Æratas hosti recludere portas.

195. It is better, more convenient, fit.

Satius, rectius, melius, utilius, commodius, præstantius, tutius, præstabilius est. Multo potius, optatius, optabilius videtur. Præstat, magis convenit, conducit nostris rebus, magis aptum, accommodatum, idoneum, opportunum, commodum est.

196. To bewail a Friends death. 770.

Amici familiaris, hominis conjunctissimi obitum, jacturam, mortem lugere, deplorare, deflere, lamentari: dolore, mœrore & lachrymis prosequi, excipere, ægrè, ac dolenter ferre; ferre, sustinere toleranter, æquanimiter, sine fletu ac dolore maximo non posse. De amisso altero se vehementissimè conqueri. Hominis perfamiliaris desiderium ferre non posse. Morti alicujus illachrymare.

Tu semper urges flebilibus modis amicum ademptum. Quis desiderio sit pudor aut modus tam clari capitis? Socium suspirat ademptum. —Da lachrymas, lugubriáque indue, nec me Indeploratum sub inania Tartara mitte.

Amici calentem debitâ sparges lachrymâ favillam.

197. To beware or take heed. 503.

Sibi cavere, providere, timere, prospicere, ne rationes suas ad eos scopulos appellat, ad quos afflictam aliorum navem viderit. Diligenter, studiosè, magnâ cum diligentiâ præcavere, animadvertere. Cautionem quandam in omni re adhibere. Omnia consilio experiri. Providere ne quid periculum eveniat. Consilia instructa habere, quibus mala possis avertere. Cautè observare ne quid accidat. Quæ consilio provideri poterunt cavebo, ne imprudentiâ labar. Vide, cave quid agas, ne temere facias. Quod cavere possis stultum est admittere. Cautio & provisio incommodorum.

198. To bewitch or inchant.

Fascinare, effascinare, incantare. Veneficas, maleficas, magicas artes, artis magicæ præstigias exercere. Cantilenam aliquam magicam insusurrare. Veneficiis atq; cantationibus; carminibus; magicis artibus; fascinis patrare maleficia; damna dare, perniciem afferre. Circæo poculo, cantationibus Thessalis naturam invertere; homines in bestias feráque mutare. Cantibus magicis sopitus anguis, Omnem ei mentem excantavit.

Magicas accingier artes, &c. *Virg. Æneid.* 4.

— Carmen magico demurmurat ore. Carmina vel cœlo possunt deducere Lunam. *Horat. Epod.* 5. & *Virg. Eclog.* 8.

— Cantatæ leges imponere Lunæ. Carmina Thessalica, Colchica.

—— Quam deduxisse canendo Sæpe reluctanti constabat cornua Lunæ. Carmina valent Refixa cœlo revocare sidera. Cùm volui, ripis mirantibus amnes. In fontes rediêre suos, &c. *Ovid. Met.* 7.2. *Medea,* &c. 151.5,6,7,8. *Circe.* Illa reluctantem cursu deducere Lunam Nititur, & tenebris abdere solis equos, &c. *Ovid. Epist. Hysip.* Quæ sidera excantata voce Thessalâ, lunámque cœlo diripit.

—— Carminibus quæ versant atque venenis Humanos animos.

— Movere cereas imagines.

——Polo diripere lunam vocibus possum meis ; possum crematos excitare mortuos, desideriiq; temperare poculum, *v. Ovid. de Remed. Amor.* Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos. Carminibus Circe socios mutavit Ulyssi.

## 199. To betray secrets. 432. 315.

Res arcanas, fidei commissas, commendatas prodere, indicare, effundere; foris effutire ; foras efferre ; divulgare, promulgare, aperire, notas facere, in medium producere, patefacere, detegere, retegere, in vulgus dissipare, edere, spargere, efferre, denudare, prædicare, enuntiare, vulgare, declarare, pandere. Arcana, occulta consilia apud omnes exponere, palam facere ; in publicum emittere, proferre ; in solem educere, producere. Rem patefacere, & in forum proferre. Quæ clam audivi palam edere. Plenus rimarum es ; huc atque illuc diffluis, profluis : Tibi tradita non retines, contines, effluunt omnia. Incontinentis linguæ.

Cribro, dolo pertuso incontinentior, infidelior. Laternâ pellucidior.

—— Dare facta latentia luci.

— Opera recludit—— Furtóque silentia demit.—— Cæcúmque domûs scelus omne retexit, nudavit.

— Latentem detexit culpam non exorabilis index. In apricum proferre. Aurem habere rimosam. Ne fidos inter amicos sit qui dicta foras eliminet. – Omnia ferre sub aures, Si qua latent. Sub dium rapere. In auras efferre. Cereris arcanæ sacrum vulgare. Arcani fides prodiga, perludicior vitro.

— – Gravis est culpa tacenda loqui. Commissa tacere qui nequit —— Hic niger est.

## 200. To bid or command. 289.

Jubere, mandare, præcipere, imperare. Mandatum, in mandatis dare. Imperio, autoritate suâ, suo jussu poscere ut aliquid fiat, agatur. Committere, imponere alicui quod agat. Edicere, decernere, sciscere publicè dicuntur. Prætor edixit, Senatus decrevit, Plebs scivit. Edicta, decre-

ta,

ta, ſive Senatuſconſulta, plebiſcita. *Proclamations, Ordinances, Laws.*

*To bind faſt.* 1288.

## 201. To go a Birding, Hawking, Fowling.

Aucupari. Aves pedicis, tendiculis, retibus captare, illaqueare: avibus, aviculis inſidiari, inſidias facere, ſtruere, moliri; pedicas ponere. Aucupio voluptatem quærere. Aucupio indulgere. In aves mitiores accipitres immittere.

Fallere aves viſco. Retia cum pedicis, laqueóſque artéſque doloſas exercere. —Volucres viſcatâ fallere virgâ. ——Alite capta Aut lino aut calamis præmia parva ſequi. Sequaci viſco aves corripere. Volucres laqueo ducere. Volucres petendo exercere ſpicula. —Sylvâ volucréſque fatigat. Aut tramite lævi rara tendit retia, Turdis edacibus dolos: Aut advenam laqueo gruem, jucunda captat præmia.

*One of baſe birth.* 163.

## 202. To bite.

Mordere. Morſu, dentibus occupare, invadere, divellere, laniare, dolorem exprimere. Dente carpere. Dentes infigere in aliquid. Morſus inferre. Mordicùs tenere, auferre aliquid.

——Ferus immani laceravit viſcera morſu —Morſis in corpora roſtris Dilacerat. ———Confert in corpore dentes.—Fero conſumere viſcera morſu. — Miſeros morſu depaſcitur artus.

## 203. Black. 1409.

Niger, ater, piceus, furvus. Quovis carbone atrior. Obſcura ferrugo.

— Color eſt contrarius albo. Quæ nigrior eſt cadente moro. — Moro coma nigrior caducâ. Atrâ pice, undâ Stygiâ nigrior.

*To blame or find fault.* 537.
*A blameleſs honeſt man.* 683.

## 204. To Blaſpheme.

Deum verbis ferocioribus increpare; contumelioſis laceſſere; contumelioſiſſimis appellare. Dei gloriæ detrahere; de gloriâ derogare. In optimum numen contumelias infandas edere, dicere; nefanda fundere convitia.

Procaci lædere voce Deum. Ora nefanda, impia in Deum ſolvere.

*To blaze abroad.* 1036.
*To blemiſh or ſtain.* 209.
*To blemiſh ones good name.* 405.
*Bleſſed or happy.* 949.

## 205. A blind man. 1150.

Cæcus, lumine, oculis, luminibus, ſenſu luminis, viſu, aſpectu captus, caſſus, orbus, orbatus, deſtitutus, privatus, expers, carens. Viſu oculorum privatus. Qui circumfusâ ſempiternâ nocte in tenebris ruit. Qui in ſummâ obſcuritate, caligine; in altiſſimis, denſiſſimis tenebris; in umbrâ perpetuâ verſatur, vivit; caligine perpetuâ circumfuſus. Qui aſpectum, lumen oculorum, beneficium & amœnitatem lucis omnino, prorſus amiſit; oculorum jacturam

ſturam fecit. Talpâ cæcior. Cui ſunt oculi eruti, occæcati & caligine oppleti; ſublata lumina cæcitate; adempta eſt lucis uſura. Exoculatus. Caligant oculi, & parum abſunt à cæcitate. Cæcutire.

Lumine cæcus, caſſus. Hiſpeâ cæcior. —— Æternâ damnatus lumen nocte. Orbus viſu, ſpoliatum lumine corpus; cui lumen ademptum eſt. Tireſias, Polyphemus.

206. To make one blind.

Excæcare, occæcare, exoculare. Oculos, viſum, aſpectum, lumina, lumen oculorum, uſuram lucis adimere, auferre, eripere alicui. Viſu, oculis, &c. privare. Oculos effodere, eruere, excalpere. Sempiternam alicui noctem, caliginem, tenebras perpetuas, denſiſſimas oculis offundere; Cæcitatem inferre, inducere. Unguibus in oculos involare.

Digitos in lumina condit. Expilátque genis oculos. ——Æternâ damnavit lumina nocte. Sævâ ſcrutari lumina dextrâ.

*Blockiſh or dull.* 463.
*A bloody cruel man.* 366.

207. To let blood.

Venam alicui ferire, aperire, incidere, ſolvere; ſanguinem nimium, corruptum, vitioſum, fæculentum, aduſtum detrahere, elicere. Sanguine impuro, exuberante, inflammato corpus levare, exonerare.

Sanguinem; fluxum ſanguinis ſiſtere, cohibere. *To ſtop the blood.*

208, To blot out.

Maculam, labem, mendam diluere, eluere, obliterare, detergere, abſtergere, funditus delere. E tabulis eradere. Maculam quæ penitus inſedit, atque inveteravit, delere, emendare, liturâ deformare. — Noſtros emendare jocos una litura poteſt.

209. To blot or ſpot.

Maculare. Maculâ, labe, lituris aſpergere, conſpergere, contaminare, inficere, fœdare, inquinare, deformare. Vitium, turpitudinem, fœditatem, maculam, labem offundere.

*Blunt or dull.* 463.
*To bluſh.* 122.

210. To boaſt or brag.

Glorioſè, immodicè, magnificè, nimiùm, plenis buccis, arroganter, arrogantiſſimè venditare, oſtentare, laudare, efferre ſe, ſuas laudes crepare, prædicare; ſua narrare facinora; ſuas geſtas, præclaras res, ſuas vires oſtentare. Majora narrare quàm præſtiteris. De rebus ſuis glorioſiùs prædicare. Jactantiâ, jactatione, oſtentatione nimiâ rerum geſtarum uti. Verbis magnificis in Cœlum ſuas res geſtas efferre, tollere. Crebram, frequentem recordationem, commemorationem ſuarum rerum geſtarum uſurpare. Magnopere de ſuis rebus, inſolenter, impudenter, intoleranter, immodicè, immodeſtéque impudenti ore de ſuis præclaris facinoribus gloriari.

ri. Magniloquos flatus edere. Frequenti ſermone, non ſine audientium faſtidio facta ſua jactare. Falsâ gloriâ exornare ſe. Arrogantiùs, tragicè, grandia, maxima quæque de ſe loqui. Labore alieno partam gloriam verbis in ſe tranſmovet. Thraſo; Sui inſolens prædicator; ſuarum laudum præco, tubicen. *A Braggadochio.* Stultitiæ hinnitus jactantia eſt. Deforme eſt de ſeipſo prædicare falſa, præſertim & cum irriſione audientium imitari militem glorioſum.

Grandiloquus. Te nimiùm laudas.

Et genus, & proavos, & regia nomina jactas.

*A boy or child.* 1468.
*To ſpeak boldly.* 1199.

## 211. A bold fellow.

Homo audax, audaculus, confidens; ſtolidè ferox; longè audaciſſimus; ſummâ, effræni; projectâ audaciâ. Qui plus animi quàm conſilii habet. Audaciâ elatus. Qui nimiâ, procaci libertate loquendi ſe venditat: non dubitanter, titubanter, timidè, verecundè, modeſtè: ſed præſenti animo, liberè, liberiùs, liberrimè, ſine metu & verecundiâ, audaciâ & impudentiâ fretus dicit, facitque omnia.

## 212. To bring into bondage or captivity.

Aliquem in ſervitutem, in ſervilem conditionem dare, redigere, rapere, conjicere, corripere, adducere, abducere, abſtrahere, mittere: jugo ſervitutis premere, opprimere: ſuo dominio ſubigere, ſubjicere: ſervituti addicere: libertate privare, ſpoliare: in ſuum dominium redigere, ſub jugum mittere: Impoſuiſtis in cervicibus noſtris ſempiternum dominium, jugum.

Alicui ſervitutem, dominium, jugum ſervitutis imponere: libertatem eripere, adimere, præcidere.

Servitio premere. ——Humili ſub pede colla premit, tenet.

In ſervitutem adjicere. *To judge one for a ſlave.*

## 213. To be in bondage or captivity.

Servire. Servitutem, ſervitutis jugum, domini potentiam, imperium, dominatum alterius: Dominum ferre, ſuſtinere, pati. Domino potenti, imperioſo; Domini poteſtati, tyrannidi, imperio ſubjici, parere. In ſervitute, mancipii, ſervitii loco, conditione ſervili eſſe. Libertatem amittere. In ſervitutem, captivitatem venire, adduci, redigi, &c. Dare cervices crudelitati alienæ. Servus eſt qui captus bello vitam libertate redemit, non ſui juris jam, ſed arbitrii & nutûs alieni.

Grave ſervitium, ſervitii jugum ferre, pati.

Triſti ſervitio ſubjectus. Barbara vincla pati. De lapide empti.

pti. —Eversâ corpora capta domo. Qui lora restrictis lacertis sensit iners, timuitque mortem. —Ibericis perustus funibus latus, & crura durâ compede.

*To deliver from bondage.* 1059.
*To set one free from bondage.* 586.
*To write Books.* 1443.
*To print Books.* 1011.
*To ply his Book.* 1222.

## 214. Places bordering or confining.

Loca finitima, contigua. Regiones conterminæ, confines, adjacentes. Fines alterius regionis contingere. Fines habere communes, conjunctos. Convenire finibus. Oceanum attingunt. Proximi Caribus sunt Lycii.

—Domus domui contermina nostræ. Contiguas habuere domos.

## 215. To be born.

Nasci, oriri. Matris utero, ex utero in auras, sub auras cœli prodire. In viam; in lucem hanc edi, ingredi, prodire, suscipi, venire, advenire, procedere, introire, emitti. Ad sidera & cœlum & vitæ lumen accedere. Qui simulac pedem limine extulerat, &c.

In vitam, in lucem emergere. Æthera videre. —— Prodire in luminis auras. Infans maturus —— communes exit in auras.

## 216. To borrow. 801.

Mutuari. Mutuò, commodatum sumere, accipere. Aliunde petere mutuò quod opus est, quod sibi deest. Pecuniam mutuam sumere. Ære alieno se implicare. Utendum aliquid accipere, usum rei ad tempus rogare, impetrare, habere. Nomina, æs alienum facere. Vestem, librum commodatum sumere.

*To play on both sides.* 453.

## 217. To bound or limit.

Terminos, limites, cancellos præscribere, præstituere, circundare. Terminis, limitibus definire, sepire. Finibus quibusdam, certis spaciis, regionibus terminare, continere, circumscribere, includere. Intra cancellos coercere. In gyrum ducere. Constituere sibi certos fines & terminos. Limitare, limitari, determinare, fines terminare.

—Limitibus discreverat omnia certis. Signare & partiri limite campum. Hic terminus hæret.

*Bound for courtesies.* 363.
*Bountiful, liberal.* 802.
*To brag.* 210.

## 218. To brawl or scold.

Rixari, litigare, altercari, jurgare, cavillari. Jurgia, lites, rixas movere, creare, exercere. Jurgiis, verbis, dictis mutuis contendere, certare, pugnare, dimicare, digladiari, velitari. Ad rixam concitari. Altercationem, rixam cum aliquo habere, facere. In jurgium descendere. Jurgio excidere. Strepitu pugnâque verborum concertare. Pugnâ contentioneque vocali perstrepere. Homo litigiosus, rixosus: controversus naturâ. Cavillator, genere moroso. Inurbanus, rabiosus, rabula. *A brawling wrangling fellow.*

—— Ora,

—Ora, linguam in jurgia solvit. —Infestâ meditari jurgia linguâ. In litem studio certaminis ire. ——Sunt, O sunt jurgia tanti? Profeci quid enim toties per jurgia, dixit.

## 219. To break into an house.

Fores effringere. Ædes expugnare. In ædes alienas irruere, invadere. Fores insultare calcibus. Vasto impetu fores toto cardine demoliri, convellere. Graviter fores pulsare. Parietes perfodere. Alieno vires suas ostentare ostio. Pulsando assulatim foribus exitium affero. Vecticularius.

——Nocturnâ frangatur janua rixâ. Concussæ patuere fores. Moras frangere portarum.

*To break a wild Horse.* 1265.
*To break all good Laws.* 787.
*To break friendship.* 593.
*To break promise.* 1024.
*To break a league.* 791.
*To breed up children.* 224.

## 220. To bribe.

Pollicitationibus, muneribus; largitione, donis, præmiis, munusculis, auro, argento, pretio, spe lucri, lucelli, quæstûs, mercedis, mercedulæ; nummo, pecuniâ judicem tentare, oppugnare, solicitare, illicere; animum judicis captare, invitare, corrumpere, conciliare, occæcare, à vero abducere; mentem cæcare, flectere, pervertere, labefactare, delinire, inducere, adducere, allicere: integritatem, fidem, sanctitatem judicis corrumpere, labefactare, expugnare, adulterare, constuprare: moliri corruptelam judicii, emere sententiam: rem, causam suam agere: quidvis impetrare, obtinere. Traducere ad mala consilia corruptum largitionibus animum. Argenteis hastis pugnare, propugnare causâ. Spe prædæ transversos egit. Judicium donis solicitare.

## 221. To be corrupted with Bribes.

Munerum gratiâ legibus inferre vim, judicia pervertere. Addictam pretio habere fidem. Quæstui habere Rempublicam. Crimine repetundarum, pecuniarum repetundarum teneri. Mercenarius Prætor, cui bos in linguâ: qui Argentanginam patitur.

——Qui leges figit pretio atque refigit. Corruptus Judex.

## 222. To speak briefly. 771.

Leviter, breviter, strictim, carptim, succinctè, paucis, paucis verbis, quasi præteriens attingere, perstringere, decurrere, percurrere, absolvere, transire. Cursim ac leviter pertransire. Minimè multis morari. Verbis non multis, parsimoniâ, compendio verborum: Laconicâ breviloquentiâ uti. Verbo expedire. Quid multa? Ad pauca redi. Quid multis verbis opus est? quin uno verbo dic. Ne sim prolixus: ne quæ sunt infinita persequar: quò parcam aurium fastidio, & satietati occurram, quàm potero in verba conferam paucissima. Ne tædio sit

prolixitas, ne in re perspicuâ multus, nimius, insolens, molestus sim, cætera quàm paucissimis expediam. Laconicè loquar, ut multum nil moror. Uno verbo complecti. Paucis dabo, docebo. Paucis accipe. Pressè & angustè rem definire. Breviùs & angustiùs concludere. Pauca ac modicè dicere. Astrictè facta oratio.

—— Pauca canam, frondes ut si quis ab Idâ, Aut summam Libyæ per mare carpat aquam. Ne longo sermone morer tua tempora. —— Multi placent brevitate loquendi. Quicquid præcipies, esto brevis: ut citò dicta Percipiant animi dociles, teneántque fideles. ——— Brevis esse laboro, Obscurus fio.

## 223. A brief or short kind of speaking.

Pressum, compressum, breve, strictum, succinctum, compendiarium, compendiosum, concisum, angustum, Laconicum, contractum, coarctatum, coactum, circumscriptum genus dicendi: non Asiaticum illud, verbosum, copiosum, fluens, redundans, Laconica loquendi ratio. παῦρα μὲν ἀλλὰ μάλα λιγέως.

Non sunt longa, quibus nihil est quod demere possis, &c. *Mart.* 2. 77.

*A brief or abridgement.* 6.
*To bridle the peoples fury.* 958.

## 224. To bring up children virtuously.

Liberos, filios, natos, pueros, rectè, honestè, liberaliter, sanctè, piè, religiosè educare, educere, instituere, erudire, informare bonis artibus, honestis disciplinis: ad æquabilem, temperatam vivendi rationem; ad humanitatem, pietatem, virtutem instruere, instituere, in viâ virtutis manuducere: in scholis perpolire, arctè cohibere. Puerilem ætatem rectis, piis documentis imbuere. Teneros puerorum animos doctrinâ & pietate ab incunabulis excolere. Puerorum ingenia ad omnes artes, virtutes stimulare, allicere, provocare. Ingeniis puerilibus, ingenuæ filiorum indoli veram Dei venerationem quàm primùm inserere, instillare. Animos, ingenia, mores liberorum artibus, disciplinâ, rectâ institutione, consilio & ratione ad humanitatem, omnémque virtutem formare, informare. Rudibus annis documenta salutaria præcipere. Primis annis eximenda vitia: sed pudore & liberalitate retinere satiùs, quàm metu.

Sic me formabat puerum dictis pater. —— Tuam Dum custode eges, vitam famámque tueri Incolumem volo. —— Teneræ nimis mentes asperioribus Formandæ studiis. Angustam pauperiem pati robustus acri militiâ puer condiscat, &c. *Horat. Carm.* 3. 2.

*To bring one asleep.* 1180.
*To bruit abroad.* 1036.

225. To

225. To buy. 1152.

Emere, mercari aliquid. Rebus contractis dare argentum: solvere, persolvere pretium. Pretio, ære, pecuniâ, nummo, argento aliquid acquirere, parare, comparare, ex alieno suum facere.

—— Librâ mercatus & ære est.

226. To build a fair House.

Amplam, amœnam, præclaram & plenam dignitatis Domum ædificare, exædificare. Domicilium, habitaculum excultum atque ornatum, illustre & nobile; ædes magnificas; habitandi sedem, locum cultissimum, ornatissimum extruere, erigere, excitare, condere, fabricare, fabricari, fabrifacere, componere. Bellè, lautè, eleganter ædificare. Ædificium amplum extruere. Ædium regiarum magnificentiam æmulari. Cavendum si ædifices, ne extra modum sumptu & magnificentiâ prodeas.

Ambitiosam, egregiam, delicatam, splendidam domum extruere.

—— Muri ingentes, æquatáque machina cœlo. Regia moles.

Domum exscindere, disturbare, prosternere; ex imo, funditus verrere, evertere, &c.

*To overthrow a house.* 1301.

227. To build a Town.

Oppidum, urbem, mœnia ædificare, condere, struere, construere, constituere, ponere, componere, extruere, moliri.

Urbem præclaram statui. ——
Muros optatæ molior urbis. ——
Littore curvo Mœnia prima loco.

Urbis altæ fundamenta locas, & pulchram construis urbem. Fundere arces ac tecta novare. —— Urbem designat aratro. —— Humili designat mœnia fossâ. Mole sub ingenti turris fundamina ponunt, Excelsæq; urbis componunt mœnia læti. Fundabántque domos & amictas aggere fossas. O fortunati quorum jam mœnia surgunt.

*To buffet.* 170.

*A Bulwark or fort.* 583.

228. To burden or load.

Onerare. Sarcinam, pondus, onus imponere alicui. Onera in humeros reponere. Oneribus aliquem urgere, premere, opprimere, subigere, gravare; oneribus, ponderibus, impedimentis gravissimis cumulare. Onus ponderosum, maximum, Ætnâ gravius; molem ingentem, Colossæam; pondus grave, ingens, immensum, immane, magnum, cui vix plaustrum ferendo par sit, in bajuli, geruli, servi tergum, humeros conjicere, collocare.

—— Humeris imponere pondus vix tractabile.

229. To carry or bear a burden.

Onus, sarcinam, &c. portare, ferre, gerere, gestare, sustinere, tollere, subire, bajulare. Tergum, humeros oneri submittere, subjicere.

Oneri

Oneri succedere. Valido sub pondere niti. Membra gravabat onus. Gemuit sub pondere cymba. Leve fit quod bene fertur onus.

### 230. To cast or put off a burthen.

Onus, pondus, sarcinam deponere; tergo, humeris excutere, abjicere. Se, humeros onere levare. Pondera ferre negant humeri.

### 231. To bury. 602.

Corpus, cadaver mortuum humare, sepelire, cumulare: tumulo mandare, tradere, dare, imponere; sepulchro claudere, condere, componere; terrâ, humo tegere, obruere, operire; terræ parenti reddere, commendare. Sepulchrum ut portum corpori quo recipiat se, ubi requiescat, dare. Corpus monumento recondere: sepulturæ tradere, inhumare; honorificâ sepulturâ donare, afficere.

Ossa sepulchrali contumulare domo. Corpora dant tumulo. Extremo, supremo sepulchri, tumuli honore decorare. Exportant tectis & tristia funera condunt. Corpúsque exangue sepulchro Reddimus. Aggeritur tumulo tellus, animámque sepulchro Condimus. Dare supremo corpus inane rogo. Tumuli saxum venerabile.

### 232. Not buried, unburied.

Supremi diei celebritate privari, carere. Spoliari exequiis, inhumatum projici feris avibúsq; prædam. Mortis honore carere. Ducit supremos nænia nulla rogos. Insepulta membra differunt lupi & esquilinæ alites. Indeploratum projicere caput, &c. *Ovid. in Ibin.*

Igne vetat, Stygiæque à limine portæ Summovet, &c. *Stat. Thebaid.* 12. *v.* 570. Inhumatum projicere. *To cast out unburied.*

### 233. To burn or set on fire.

Urere, comburere, cremare, concremare, incendere, inflammare, exurere. Flammâ, igne, ignibus, incendio, incendiis vastare, delere, populari, consumere, abolere, sepelire, in cineres redigere. Flammis, ignibus, incendio dare, committere, tradere. In ignem mittere, conjicere, projicere. Ignem, faces ardentes ædibus, tectis inferre, subjicere, fundere. In tecta faces ferre, servos cum facibus immittere.

Subjectis urere flammis. Vulcano tradere. Flammâ crepitante cremare.

### 234. To be burnt or set on fire.

Ardere, flagrare, conflagrare, deflagrare, incendi, uri, &c. Domus & res familiaris in fumum & cineres abiit. Hausit omnia incendium. Flamma ædes populata est.

Rapidis abolere flammis. Regia tota Concidit in cineres; in tenuem favillam soluta est. — Dedit alta ruinam Vulcano superata domus. — Ignis edax summa ad fastigia vento Volvitur, exuperant flammæ, furit æstus ad auras.

ras. — Vaga per veterem delapso flamma culinam Vulcano summum properabat lambere tectum. Flammæ furentes culmina perque hominum volvuntur, pérque deorum. ——Immissis furit Vulcanus habenis. Agilis altas flamma percurrit trabes.

Gravis admodum periculi, summi damni exarsit incendium.

*A dangerous fire.*

*To busie or imploy a man.* 490.

## 235. To effect or perform a business.

Prosperè, feliciter, ex animi sententiâ, rem, negotium aliquod efficere, perficere, conficere, exequi, peragere, transigere, expedire, absolvere & ad exitum perducere. Ego hoc tibi effectum dabo. Pertexere quod exorsus est, & usque ad extremum exequi. Ad optatos exitus provehi, pervehi. Opus meum, ut volui, omne perpetravi. Defunctus jam sum.

Jámque opus exegi.

## 236. To busie himself, or be imployed in many weighty affairs.

Animum negotiis multis, plurimis simul implicare, distinere, immiscere, degravare. Se temerè ingerere in plurimas simul res. Industriam suam in plurima studia distrahere. Molestis se involvere negotiis. Negotia sibi facessere, exhibere. Susceptarum rerum oneribus magnis premi, deprimi, opprimi. Occupationibus maximis, gravissimis impediri, distineri, detineri. Negotiorum undis fluctibúsque obrui, immergi: mole urgeri, onerari, defatigari. Laboribus assiduis & concursationibus confici. Plurimis negotiis contrahendis implicari.

Magna tenent illum ——molimina rerum. Diversæque vocant animum in contraria curæ.

## 237. A busie-body, or a medler in other mens matters. 844.

In alienâ Republicâ curiosus. Falcem in alienam messem immittere. In alienum Officium irrumpere. In alienam se rem intrudere. Ea curare quæ ad se nihil attinent, pertinent. Alienis rebus vacare, se ingerere, immiscere, implicare, interponere. Homo inquies, ingenio agili & inquieto. Tantúmne ab re tuâ est otii tibi ut cures aliena?

*A troublesome business.* 658.

*To buzze or whisper.* 1408.

238. Cadmus

C.

### 239. Cadmus, Agenorides.

AGenore natus. Sidonius hospes. Tyrius exul. Cui pater perquirere natam (Europam) Imperat, & pœnam si non invenerit addit Exitium, facto pius & sceleratus eodem, &c. *Ovid. Metam.* 3. 1. Qui Exul Hyantæos invenit regna per agros.

### 240. To pitch a Camp or Tents.

Castra, tentoria figere, ponere, locare, collocare, facere, habere. Castrametari. Signa defigere. Exercitus consedit. Stativa habere. *A standing Camp.*
Considere castris. Latè loca milite complet.

### 241. To remove a Camp or Tents.

Castra movere, removere, refigere. Colligere papiliones. Exercitus aliò deductus, translatus est.

*Of a good capacity.* 1422.
*To bring into captivity.* 212.
*To be in captivity.* 213.

### 242. A Carcase.

Cadaver. Corpus exanimum, exangue ; animâ privatum, spoliatum vitâ, defunctum. Corpus inane animæ, spoliatum lumine, æterno perfusum frigore lethi. Sine nomine corpus.

*To card and spin.* 1202.
*Careful or diligent.* 428.
*To have care of his health.* 662.
*To drink away cares.* 456.

### 243. To take care, or be careful.

De re aliquâ solicitum esse : anxiè, vehementer laborare : assiduè cogitare : curam habere præcipuam. Rem aliquam probè, sedulò, diligenter curare. Rei alicujus rationem diligentissimè habere. Totâ mente, toto pectore in cu[illegible]aliquam incumbere. In aliquâ re cogitationes versare : omne suum studium ponere : omnes vigilias, curas, cogitationes configere : omnia studia, omnem operam, curam, industriam, cogitationem, mentem deniq; omnem figere & locare. Hæret in animo meo assidua cogitatio de hac re. Erit mihi curæ vel maximæ. In hoc versantur, hoc spectant, huc spectant curæ, cogitationésq; meæ.

### 244. To be much disquieted with cares. 236.

Solicitudine, curis angi, distineri, discruciari, confici, enecari. Excubare animo, nec partem ullam capere quietis. Solicitudine gravissimâ noctes atque dies cruciari. Molestiarum magnitudine, anxi-

anxietate multâ, curarum acerbitate frangi. Molestiarum mole opprimi : æstu, curísque variis jactari, in diversa distrahi. Continuâ, perpetuâ molestiarum vicissitudine exagitari. Molestiis, curis multis, plurimis, infinitis impediri, urgeri, implicari, dilacerari, divelli, distrahi, detineri, conteri, involvi. Nullam diurnæ vel nocturnæ quietis partem sibi impertire. Cujus in vitâ nulla est intercapedo molestiæ. Omnes in unum spectant, unus omnia gubernat ; tot tantísque molestiis distentus, districtus atque distractus est, ut respirare liberè non possit ; ut sine curâ ne punctum temporis respirare possit ; ut ne respirandi sit locus ; ut liberum respirandi spacium vix habeat, vix reperiat.

——— Magno, vario curarum fluctuat æstu. Curis mordacibus uri. Pondere curarum ; curis ingentibus æger. Tristes agitat mens anxia curas——— ——Mea perpetuis liquefiunt pectora curis. Vario turbidus æstu Angitur. —— Multa fatigant pondera curarum. ——Patet in curas area lata. Cura ——— Te coquit & vexat sub pectore fixa. Quid æternis minorem Consiliis animum fatigas. Pectora sunt ipso turbidiora mari. Nec fruitur somno, vigilantibus excita curis. Versare graves mœsto sub pectore curas.

245. To ease cares and troubles of mind with musick.

Curis & angoribus Musarum, musicæ adhibere solatia.

Ad strepitum citharæ cessatam ducere curam. —— Fide Cylleniâ lavare diris pectora sollicitudinibus. —— Minuuntur atræ carmine curæ.

246. Put alway cares, hang sorrow, take a good heart.

Bono animo sis, esto. Animum recipe, releva. Ad ingenium redi. Solve curas. Omitte tristitiam. Animus redeat. Virili præsentíque sis animo. Ne time. Quid trepidas ? Dolorem minue, Luctum absterge. Ejice animi anxietatem. Depone, omitte solicitudinem. Ne te afflictes, crucies, excrucies, laceres. Quæ te res solicitat, excruciat ? Quid tristis es ? Curas adime. Omnis evanescat dolor. Cura ex corde excidat. Valeant curæ.

247. All my care and trouble of mind is eased and gone.

Omni onere, pondere curarum levata mens est. Evanuit dolor. Cura corde excidit. Depulsæ curarum sunt nebulæ.

Mens reponit onus. ——Sedatis requierunt pectora curis. ——Omnis corde resedit Tristitia, affixique animo cessere dolores.

248. Careful of a friends business.

Summam in amici rebus curam adhibere. Amici rebus summo studio, diligenter prospicere, invigilare. Omnes tuæ res non minori mihi curæ sunt quàm meæ. De te tuisque rebus vehementer solicitus sum. In cogitatione curáque rerum tuarum totus sum, excubo animo, versor studiose. Rerum tuarum cura me maximè intentum habet. Quod præcipis diligenter curabo.

249. To be carelefs or negligent.

In otio considere parum de re solicitum. Oscitanter, indiligenter, solutè, dissolutè, incuriosè, parum attentè, parum considératè, supinè, negligenter, lentè omnia agere, gerere suas res. Nullâ adhibitâ diligentiâ suas res administrare. Nullâ de re solicitum, susque deque habere omnia. Omni curâ, solicitudine, molestiâ vacuum in otio desidere. Quasi Lethæo rore soporatum; quasi de flumine Lethæo biberit, ita rerum suarum oblivisci omnium. Omnem curam & solicitudinem remittere, deponere, abjicere. Securè otioséque in utramque dormire aurem. Quasi veterno laboret, ita nihil meminit suarum rerum. Homo incuriâ & oscitantiâ summâ; somnolentiâ & torpore mirabili; socordiâ segnitiéque singulari, incredibili. Soluto, misso esse animo. Temere præterire quod facto fit opus, de rebus suis ut habeant se nihil moratur, non magnopere laborat.

250. To carouse or quaff.

Permultum, largiùs, intemperantiùs, Græco more bibere, potare. Exhaurire, exsiccare ingentia pocula. Plenas vini amphoras ingurgitare. Majoribus, capacibus poculis: æqualibus haustibus certare, poscere, provocare, invitare, respondere. Magnitudine poculorum bibendóque decertare, concertare, contendere. Usque ad fæces potare. Potationibus, poculis indulgere. Flore Libyco se complere. ——Multis urgere culullis. —— Impiger hausit Spumantem pateram, & pleno se proluit auro. Nocturno certare mero, putere diurno. Certando plenos evacuare cados. Ducere multa pocula lunæ. Immodico venas distendere Iaccho. Threiciâ vicit amystide. Bacchi tibi sumimus haustus. *Drink healths.* Siccat inæquales calices conviva solutus Legibus. *Drink every man what he list.*

*To carp at.* 537.
*To carry a burthen.* 229.
*To cast off or abandon.* 1.
*To cast off his burden.* 230.
*To cast in his mind.* 329.
*To cast accompt.* 26.
*To cast in ones teeth or upbraid.* 1362.
*A Castle or Fort.* 583.

251. Castor and Pollux. Tyndaridæ.

Dioscuri. Castores. Gemini. Fra-

Fratres Oebalii, Ledæi, Amyclæi, Tyndarei, Therapnæi. Oebalidæ gemini. Sidus Amycleum.——Fratres Helenæ, lucida sidera. ——Pueri Ledæ, Hic equis, ille superare pugnis nobilis : Quorum simul alba nautis stella refulsit, &c. *Hor. Carm.* 1. 12. ——Tyndaridæ sidus ab infimis Quassas eripiunt æquoribus rates. ——Præstantes cæstibus alter, alter equo.

252. To catechise, or teach grounds of Religion.

Rudiores religione verâ imbuere ; in pietate instituere, erudire. Christi sacris atque mysteriis initiare. Religionis Christianæ fundamenta ponere, omnes tenuissimas particulas, atque omnia minima mansa, ut aiunt nutrices infantibus pueris solere, sic indoctis quasi in os ingerere. Voce vivâ & reciprocâ, seu repercussâ per quæstiunculas & responsa, per colloquium familiare, doctrinæ salutaris initia, elementa, principia adducere, tradere.

*Rich in Cattle.* 1084.
*A Cave or Den.* 411.

253. For good cause or reason.

Hoc non temere, injuriâ, immeritò ; sed jure, jure optimo ; justis, justissimis, gravissimis de causis factum est. Optimo consilio feci. Causæ me graves impulerunt.

*To defend ones cause.* 407.

254. To cease or leave off. 1434.

Cessare. Inceptum, inceptum opus ; rem inchoatam, propositam sistere, dimittere, intermittere, mittere, omittere, deponere, in medio relinquere, suspendere. Incepto desistere, supersedere. Ab incepto sistere. Desinere, conquiescere, considere : Operæ suæ, labori parcere. Ultrà, ulteriùs non progredi. Rejicere in aliud tempus. Finem modúmque ad tempus ponere, facere. Anchoram jacere. Receptui canere. Manum de tabulâ tollere. Studia remittere. Rem imperfectam, in suspenso relinquere. Incepto desistere.

Sistere opus præsens. Intermittere labore. Ludum incidere. Cursum sistere. Gressum comprimere.

255. To censure. 537.

Censorem, animadversorem, Aristarchum, Magistrum disciplinæ ; exagitatorem culpæ acrem, asperum, gravem, austerum, admodum se verum agere. Censorium supercilium distringere in aliquem. Censuris criticis, criminationibus, obtrectationibus, increpationibus severè & acriter insequi, verberare, cædere. Acri censurâ in aliquem animadvertere. Tertius è Cœlo cecidit Cato Censorius.

256. Cerberus.

Canis inferus, Stygius, Echidneus Ditis, Avernalis. Anguineâ redimitus terga catervâ. Cui tres sunt linguæ, tergeminúmque caput ; insopitus, pervigil, impavidus. Janitor Orci, inferni, lachrymosæ aulæ. Ossa super recu-

bans antro semesa cruento; qui —antra Æternum latrans exangues territat umbras. Bellua multiceps; Tartareus, Plutonius, Liminis inferni, aditûs Stygii, atrii Plutonii custos. Monstrum triforme, triceps, tergeminum, trifaux, Medusæum. Qui latratu gravi loca muta terret; regna trifauci personat infera.

257. **Ceres.**

Frugum dea, genitrix. Eleusina mater. ——Flava comas, frugum mitissima mater. Prima Ceres ferro mortales vertere terram Instituit. Prima Ceres unco terram dimovit aratro. Prima dedit fruges, alimentáque mitia terris. Prima dedit leges; Cereris sunt omnia munus. Ennæa, flava, rubicunda, spicifera, Eleusinia, legifera, Thesmophora, Dea tædifera.

*To certifie.* 41.
*To Cess or lay Taxes.* 1270.
*To challenge to himself.* 105.
*It chanceth well for me.* 521.

258. **To challenge, or dare to fight.**

Ad pugnam, certamen, duellum, in arenam, palæstram vocare, provocare, excire, irritare, lacessere, evocare, poscere. Alicui duellum, singulare certamen indicere.

Poscere cum quo concurrat. Voce lacessere ad pugnam. Minimo me provocat. Vis ergo inter nos quid possit uterque experiamur? Ancipitis deposcit munera Martis.

Ex provocatione dimicare. *To fight upon a challenge.*

259. **To change or alter things.**

Rem mutare, immutare, commutare, novare, innovare, variare, invertere, transformare; variam & diversam facere, alterare. Aliud ex alio facere. In lupum transfigurare. Vocem variare & mutare. Variat fortuna, variat sententia: *It is changed.* Mutari, & in alias formas transire.

—Nomen faciémque novavit. Verte omnes te in facies. Omnia transformat sese in miracula rerum. Quos hominum ex facie dea sæva potentibus herbis, Induerat Circe in vultus ac terga ferarum.

260. **My state is changed, the case altered.**

Diversa nunc mea ratio. Non eadem est, mutata est ratio rerum mearum. Alius est rerum mearum status. Aliter se meæ res habent; non eodem loco sunt. Novata, innovata, mutata, immutata mea sunt omnia.

261. **A man much changed or altered.**

Qui alius planè factus est; à seipso, à consuetudine suâ longè discessit, recessit, descivit; sui longè se dissimilem præbet: eum se qui hactenus fuit, sui similem non præstat. Non ejus hic mos, hi mores fuerunt. In virum transiit alium, diversum, plane novum. Multùm à se discrepat.

Heu

Heu quantum hæc Niobe, Niobe distabat ab illâ, &c.

Sui semper similis. Antiquum obtinet.

Eodem more senex utor, quo sum usus adolescens. *Never changed.* 331.

262. To undertake a charge.

In se negotium, munus suscipere. Oneri alicujus muneris se subjicere, submittere. Munus impositum subire, sustinere. Rempublicam capessere. Provinciam cepisti duram.

263. To neglect his charge, duty, or Office.

Muneri suo deesse. Officium susceptum, quod cum fide impositum est, aut propter perfidiam abjicere, aut propter infirmitatem deponere. Officii partem non implere, deserere. Suscepti negotii molem, molestiam subtergere.

264. To commit a thing to ones charge. 490.

Negotii conficiendi curam alteri deferre, designare: alterius fidei, potestati committere, permittere, concredere, delegare, mandare, commendare; in alterius fide deponere. Alium rebus præficere, rei curatorem constituere. Alteri provinciam demandare, imperare, tradere, causam tuendam, defendendam, agendam committere, credere: rei gerendæ, muneris obeundi potestatem, facultatem facere. Quibus in rebus interesse ipsi non possumus, in iis operæ nostræ vicariam fidem amicorum supponimus. Hanc mihi Spartam legavit, quasi legato suo tuendam atque ornandam commendavit. Has mihi partes imposuit.

*To charge, or lay to ones charge.* 35.
*To lay out charges.* 1200.

265. Charon, Porthmeus.

Stygius navita, portitor, senex Avernus, tristis, squalidus. Portitor has (Stygias) infernas aquas, & flumina servat Terribili squalore Charon, &c. *Virg. Æneid.* 6.

Torvúmque novitius horret Porthmea.

266. Chaste, pure.

Castus, purus, integer, pudicus, continens, mundus. Pudicitiæ, castitatis, continentiæ summæ, singularis; laude celebris; incorruptæ, illibatæ, intemeratæ, inviolatæ, immaculatæ. A Venere alienus, ab illicitis voluptatibus temperans, pudicitiæ inexpugnabilis. Hippolyto, Bellerophonte castior. Spectatum satis & magnum continentiæ exemplum. Ducit vitam alienam ab omni mulierum consortio, Venere abdicatâ. Castè puréque vivere. Se integrum castúmque; pudicitiam illibatam servare. Pudicitiam colere. ——Pudicus ab omni non solùm facto, verùm opprobrio quoque turpi. —Me natura pudicum Fecerat, & casto pectore durus eram. Constanti juvenis fide.—— ——Laudem de me nullus adulter habet.

habet. Tenor vitæ est sine labe meæ. Fama (velim quæras) crimine nostra vacat. ——Scopulis surdior, Icari Voces audit adhuc integer. — Mihi vel tellus, optem, prius ima dehiscat, &c. Ante, pudor, quàm te violem, aut tua jura resolvam. *Virg. Æneid.*

*To chastise.* 346.
*To check or chide.* 1051.
*Chief of all.* 1010.
*To chear one in sorrow.* 286.
*To look chearfully.* 811.
*To be chearful.* 851.
*A Child.* 1468.

267. Great with child.

Mulier gravida, prægnans; uterum ferens, gerens, gestans; utero gravis, gravi; quæ utero ingravescit. Uxori tumet uterus. Jamque tumescebant vitiati pondera ventris, Ægráque conceptum membra gravabat onus. Jam gravibus justo pondere venter erat. ——Tulit, vexit gravem maturo pondere ventrem. Cùm jam prope partus adesset. Utero tumente laborare.

268. From my childhood.

Ab ætate ineunte, primâ; infante, infantiâ primâ; ortu primo; ætatis initio, annis primis; Ipso vitæ exordio; ineunte primâ pueritiâ; ipso statim lacte. A teneris (ut aiunt) unguiculis; puero, puerulo, pusillo; pueritiâ, parvulo, tenero, teneris crepundiis, cunabulis primis; temporibus primis ætatis. Jam inde à puero. Ex quo primum natus; primum spiritum hausi; vitæ limen attigi. A pueritiâ huic me doctrinæ dedi; hæc studia colui, hanc studiorum rationem inivi, secutus sum, in hæc studia incubui. Ad hoc literarum genus me contuli puer.

269. To bear children, or be delivered.

Filios, liberos, prolem, sobolem parere. Partum eniti. Fœtum educere. Liberos, partum, &c. edere, dare, ferre, producere; in lucem dare, proferre. Ventris onus ponere. Semen utero conceptum, uteri pignus, ventris onus reddere. Puerperii laboribus defungi.

Uteri pignora dare. Fœtum nixibus edere. Fœtus enixa jacebat. ——Geminam partu dabit Ilia prolem. Conjux me fecit pulchrâ prole parentem, auxit sobole.

Abortire; abortum, aborsum, abortium, abortivum facere. Immaturum fœtum, in utero corruptum, enectum, medicamentis abactum edere, ejicere: *To bring forth before the time; in Beasts we say, To cast their young.*

270. Cholerick or testy, 86.

Homo iracundus, paulò iracundior, difficilis, morosus, asper, Impotens sui. Qui de nihilo irascitur, facillime quovis minimo facto verbove exasperatur, exacerbatur, scintillâ quavis accenditur. Ingenii irritabilis. In

iracundiam præceps. Proclivis, pronus, propensus ad iram. Immodicus iræ.

271. To choose, or make choice of.

Eligere, deligere. Delectum agere, habere, facere. Bona quæque, commodissima seligere. Quod in quaque re optimum excerpere. Populi suffragiis, omnium calculis deligi, asciscì, designari, allegi, constitui : *To be chosen.* Optio datur, defertur, *we have the choice of.* Ad munus eligere.

272. Christ, Christus.

Vera Dei soboles. ——Cœlesti stirpe creatus. Qui Deus humanâ lustrat sub imagine terras.

— Non mortali semine cretus. Jam nova progenies cœlo demittitur alto, Chara Dei soboles, magnum Jovis incrementum. Te duce siqua manent sceleris vestigia nostri, Irrita perpetuâ solvent formidine terras. Ille Deûm vitam accipere, &c. *Virg. Eclog.* 4. Vera Jovis proles, decus abdite Cœlo.

*To write a Chronicle.* 685.

273. Marcus Tullius Cicero.

Arpinas, homo novus, at orator summus.

Romani maximus autor Tullius eloquii. Disertissimus Romuli nepotum. Optimus omnium patronus. Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit. Gloria Romanæ togæ. Varicosus Arpinas.

274. To study Cicero above all.

Uni Ciceroni suum studium dicare, suam operam, studia, vigilias dare, dedere, tradere, addicere. Ad unum Ciceronem suam operam conferre. Summum in uno Cicerone studium ponere, collocare, consumere. Unius lectione pasci, unico capi, delectari, teneri.

*To cite to appear.* 1235.

*Some like the City life best.* 1135.

275. A City great and mighty.

Urbs, civitas amplissima, ornatissima, celeberrima, copiosa, munitissima, florentissima, ampla, & potens : Et situ loci, & descriptione ædificiorum elegantissima, inprimis nobilis. Oppidum præclarum, & ingenio loci & solerti operâ permunitum.

*Civil wars.* 1382.

276. To clamor or make an outcry.

Magnâ contentione clamare, exclamare, vociferari. Plenis faucibus ejulare. Ingenti clamore obstrepere. Magnâ vociferatione uti, strepitu turbas dare, turbare, perturbare, complere omnia.

Altissimâ voce, tragicè, quàm potest maximè, altissimè, exclamare. Magnos, ingentes clamores tollere, edere. Vocem contentiùs emittere, nimis intendere, contendere. Stentore clamosior. Quantum

tum potero voce contendam, ad ravim usque.

——— Jactare ad sidera voces. Magno clamore fremebant. Clamas ut Stentora vincere possis. Fertur ad astra sonus. It clamor Cœlo. Sublatus ad æthera clamor. ——Ferit ardua sidera clamor, ingeminat, se tollit ad auras.

——Resonant magis clamoribus ædes. —— Cavæ clamoribus ædes Fœmineis resonant.

*To clap hands.* 113.

277. To cleanse or make clean. 1230.

Purgare, expurgare, mundare emaculare. Sordes, labes, maculas abluere, eluere, detergere, auferre, delere.

Sentinam magnam, perniciosam exhaurire. Purgatum, purum, mundum reddere, facere. Maculis, sordibus liberare.

——Maculas læsis de vestibus aufert.

*To cleanse or scour.* 1130.

278. A clear day. 1398.

Cœlum mire serenum, nec ullâ usquam nubeculâ offuscatum. Vide ut blandiatur Cœlum. Dies clara, nitida, pura, placida, amœna, &c.

*It is clear or manifest.* 835.

*To make clear or manifest.* 834.

279. To clear or purge himself. 51.

Crimina sibi objecta, criminationem diluere, dissolvere. Se noxâ, culpâ eximere, exolvere: innocentem probare, criminis accusatione, judiciorum pœnâ liberare, reum à crimine, à culpâ expedire. Criminis suspicionem à se amoliri. Ingenii præsidio innocentiam suam tueri, ad salutem vocare: quod objectum est, vitio datum, propulsare, refellere, nihil tale factum ostendere. Calumniam obterere, obtundere.

*To keep close.* 702.

*To cloath or apparel.* 95.

*Cloathed richly.* 97.

280. A Clown, Rustick, or Peasant.

Rusticus. Villanus. Rusticanus vir. Homo rusticus, incultus, horridus, sordidus, agrestis, inhumanus, inurbanus, animo agresti & duro. Qui ruri assiduus semper vixit. Ex harâ productus. Abest non minùs ab urbanitate, quàm ab urbe procul. Cui nihil fere inest humanum præter formam. Moribus inconditis, incultis, impolitis. Malè moratus, tornatus. Qui assiduâ consuetudine cum pecoribus atque jumentis in brutum ferè animal transiit, degeneravit.

Corydon. Hirsutus, & durâ rusticitete trux.

*To be cloyed with.* 808.

*To cocker too much.* 447.

281. To fight a Combat or Duel.

Ferro, armis gladiis, ensibus, inter se cominus pugnare, certare, decertare, depugnare, confligere, decernere, dimicare. Manus conserere.

ſerere. Ad manus venire. Ex provocatione dimicare. Duellum committere.—Inter ſe paribus concurrere telis. Poſcentem cum quo concurreret unus ſuſtinui — Hectoreis ſolum concurrere telis.

282. To comb or dress the hair. 981.

Capillum, comam, crines pectere, pexere, ornare, componere. Calamiſtrata coma.

Caput comere: pectine eburneo componere, percurrere. — Cytoriaco deducit pectine crines. Et quid ſe deceat ſpeculum conſulit. Colere arte capillos: torquere ferro. Ordine, in ſtatione capillos, crines ponere. Turbatos pectere crines. Auro ornare capillos. Pectine compta Venus.

283. To combine, confederate, or join together. 132.

Inter ſe conſtringi, conciliari, colligari, implicari, conjungi, conglutinari, teneri, connecti, cohærere, devinciri, conſociari, mutuo quodam fœdere, pactione, arctiſſimo ſocietatis vinculo. Mutuam pactionem, ſocietatem, confœderationem inter ſe conflare, inſtituere, inire.

284. To come opportunely.

In tempore venis. Opportunè te mihi, in ipſo tempore oſtendis. In tempore eccum ipſum obviam. Optatò, peroptatò, exoptatò, commodè, percommodè, peropportunè, per tempus, in ipſo tempore, opportunè advenis Opportunè te offers. Non potuiſti magis per tempus advenire quàm advenis. Ipſa opportunitas non potuit opportunatiùs advenire. Attemperatè hodie venit in ipſis nuptiis. Præ temporis articulo optimè te offers mihi. Gaudeo; bene eſt me te jam vidiſſe; ſalve, ad te ibam; adventum gratulor. Teipſum quæro; expectabam, opperior, præſtolor: nemo eſt quem mallem omnium, quem omnium magis viderem. Te optimè video.

285. Behold he is come. 645.

Eccum ipſum. Lupus eſt in fabulâ. Intervenit, intercedit, præſtò eſt, adeſt, aſtat, inſtat, in præſentiâ eſt. Vox viſa eſt, vocem audio, ipſum video. Ipſe adeſt. Ipſum videre lætor. In conſpectum dari, incolumem rediiſſe gaudeo. Præſentem ſe ſiſtere, exhibere, negotio intereſſe.

——— Coram quem quæritis adſum.

286. To comfort one in sorrow.

Suavitate verborum alicujus dolorem minuere, delinire; moleſtiam levare, allevare; mœrorem mitigare, luctum removere; dolores lenire; fletum abſtergere; mœſtitiam excutere; triſtitiam laxare; ægritudini remedium, curationem, medicinam ferre, afferre, adhibere; animum demiſſum,

missum, depressum erigere, sustentare; mœstum à tristitiâ ad jucunditatem, hilaritatem, lætitiam, gaudium reducere, deducere, revocare; anxium à solicitudine avocare, vindicare, à curis liberare, obducere, vulnus animi sanare, mitigare. Calamitate oppressos, dolore confectos, ægritudine exhaustos, mœstitiâ contabescentes, consolatione permulcere, sustinere; erigere, reficere, recreare, replere gaudio. In summam miseriam redactos consolari. Animo laboranti, ægro, pessimè affecto mederi, medicari; solatium, consolationem præbere, adhibere, dare, offerre; remedium invenire; pristinam æquitatem restituere. Aliquem jacentem excitare, inducere in spem; languentem, afflictum, diffidentem rebus suis, in miseriis constitutum solatio sublevare, confirmare; expectatione bonarum rerum erigere; à mœrore ad cogitationem bonorum revocare. Aliquid levationis misero afferre.

Lenire dolentem solando, — & dictis avertere curas. Mœrenti solatia dicere. Erigere, respicere & solari jacentem; Alloquio levare, sustinere.

— Dictis mœrentia pectora mulcet. Dolorem verbis moderari. Solatur, minuitque metus.

287. To be comforted or receive comfort.

Amicorum solatiis, consolatione in maximis doloribus recreatus sum; ad spem bonam reductus, revocatus, non mediocriter confirmatus, erectus; luctus mihi levatus est. In multis & variis molestiis, hæc una consolatio fuit; unicum erat solatium; non mediocrem consolationem attulit, magnæ consolationis debet esse. In adversis casibus, in maximo meo luctu hâc consolatione sanor; solatio utor, fruor; hæc sunt solatia, hæc fomenta summorum dolorum.

——Deficiens sic ad tua verba revixi, Ut solet infuso vena redire mero. His ille auditis, mentémque animúmque recepit: Ut cum sole malo, &c. *Stat. Thebaid. 7. vers. 222.* Cujus ab alloquiis anima hæc moribunda revixit, Ut vigil infusâ Pallade flamma solet.

288. Comfortless.

Ab omni consolatione exclusus, consolationis expers; omnibus solatiis orbatus, omni spe spoliatus, ab omni spe derelictus. Est omnino vix consolabilis dolor. Omnia me solatia deficiunt. Cujus luctus nullo solatio levari potest. Meo laboranti, ægrotanti animo, meis animi vulneribus remedia inutilia reperiuntur omnia; nullum est quod mederi possit remedium. Nullus est qui meo dolori facere medicinam possit. ——Inconsolabile vulnus Mente gerit.

*To coin a lye.* 126.
*To counterfeit coin.* 358.

289. To command. 220.

Aliquid mandare, jubere, præcipere, imperare, edicere. Negotium

um alicui dare, tradere, demandare, injungere, imponere. Dare alicui in mandatis. Cum mandatis aliquem mittere: præceptis onerare.

Mandatum, in mandatis habere, accipere.

*To receive commands, or be commanded.*

*To command by Edict.* 483.

### 290. To command hard impossible things.

Mandare, jubere, &c. nimis dura, gravia, difficilia: res gravissimas, perdifficiles, difficillimas: laboris immensi, intolerandi; operæ infinitæ: difficultatis summæ, inexpugnabiles, supra vires, quæ vires exuperant, negotii maximi. Graviora sunt, majora, difficiliora quæ imperantur, quàm ut præstari, perfici possint. Onera imponuntur graviora, quàm sustineri possunt: quæ humeri non valent, recusant ferre. Non est mearum virium ea præstare, exequi, efficere quæ præcipiuntur. Imperia Manliana. *Cruel Commands.*

*To perform commands.* 445.

*To commend one highly.* 998.

### 291. To commend or praise. 1197.

Laudare. Verbis, laudibus ornare, exornare. De meliore notâ commendare. Suo calculo probare, comprobare. Omnia bona de aliquo dicere.

### 292. To commend one by Letters.

Literarum significatione, caussam alicujus gravissimè commendare. Petere per literas, ut aliquem aliquis officiis persequatur, humanitate tueatur, protegat: in fidem, gratiam recipiat. Mirifico genere commendationis ornare, juvare aliquem, omni studio, solicitudine, animi contentione, orare per epistolam, ut quis quem amore complectatur, juvet re. Non vulgari commendatione uti pro aliquo, alicujus gratiâ. Studiosè per literas, magnopere, etiam atque etiam, diligenter commendare.

—— Alicui laudare & tradere dignum, &c. *Hor. Epist.* 19. Quem tu commendes etiam atque etiam inspice, ne mox Incutiant aliena tibi peccata pudorem, &c. *Horat. Epist.* 1. 18.

### 293. To commit a thing to one unfit therefore.

Furenti gladium committere. Tyranno exercitum credere. Impio, imperito clavum imperii tradere. Ignavo, stulto, Reip. administrandæ potestatem facere. Lupo ovem committere. Præclarum verò custodem ovium (quod aiunt) lupum. Asinus ad lyram.

### 294. The common people.

Plebs, plebecula, vulgus hominum & quisquiliæ. Multitudo promiscua, imperita, vaga, indocta, levis. Civitatis, populi, vulgi fæx ima, infima.

Ventosa

Ventoſa plebs, ——Populi pars infima noſtri.

295. To have all things common.

In commune vivere, emere, vendere, agros dare colendos: honores vocare, conferre omnia. Privatum nihil, nullum cenſum privatum, peculium nullum habere: ſed omnia omnium, omnibus communia. Ubi Meum & Tuum, privatæ res jucundiſſimam vitæ ſocietatem querimoniis atque litigiis non dirimunt, diſtrahunt, corrumpunt. Saturno regnante nemo quicquam privatæ rei habuit, ſed omnia communia & indiviſa omnibus fuerunt, veluti unum cunctis patrimonium eſſet. Communes utilitates in medium afferre.

Nec ſignare quidem aut partiri limite campum Fas erat: in medium quærebant, &c. *Virg. Georg.* 1. — In medium quæſita reponunt ut rigidi Getæ. Immetata quibus jugera liberas Fruges & Cererem ferunt, dabant. Nec cultura placet longior annuâ: Defunctúmque laboribus Æquali recreat ſorte vicarius. Nam propriæ telluri horum natura neque illum, nec me, nec quenquam ſtatuit, &c. *Hor. Serm.* 2. 2.

296. An excellent Commonwealths man both in Peace and War.

Civis tam in togâ, quàm in armis illuſtris, inſignis: tum domeſticâ fortitudine, tum militari præſtans. Es togatus & paludatus patriæ defenſor, propugnator. Conſiliis & armis Remp. adjuvare, communire. Et foris & domi præſidia ſtabilitatis, ornamenta dignitatis patriæ procurare. Vir tam domi conſilio clarus, quàm fortitudine foris admirabilis. Tam in pace quàm in bello bene, optimè de Republicâ mereri. Cujus ut in bello administrando, conficiendo foris prædicanda eſt fortitudo, ita in tranquillitate procurandâ, in conſtituendâ Repub. domi prudentia eſt ſingularis. Qui in rebus pacis & belli cum ſummis hominum utilitatibus verſatus eſt: neque in rebus exteris, forinſecis magis laudandus, quàm domeſticis inſtitutis.

Juſtitiâ dubium, validíſne potentior armis. Clarum militiæ togæque decus. - Quo juſtior alter Nec pietate fuit, nec bello major & armis. Res patrias armis tutatur, moribus armat, Legibus emendat. — Quem Marte togâque Præcipuum, non bella magis finita triumphus, quàm res domi geſtæ extulerunt. Pace datâ terris, animum ad civilia, &c. *Ovid. Metam.* 15. 15. Janum Quirini clauſit, & ordinem Rectum & vaganti fræna licentiæ Injecit, &c. *Horat. Carm.* 415. Famáque & imperii porrecta majeſtas in ortum ſolis, &c. *Ibid.*

297. To love the Commonwealth, State, or his Countrey.

Fidem & animum singularem habere in Remp. Insigni in patriam benevolentiâ & pietate vir. Patriam, terram natalem, altricem, antiquissimam & sanctissimam, parentem clarissimam habere; omni amore, benevolentiâ, charitate amplecti. Rep. patriâ nihil habere charius, jucundius, gratius, antiquius. Salutem publicam civium suis opibus, rebus omnibus anteponere. Communis salutis studiosissimus. Salutem patriæ rationibus suis præferre. De Reip. salute magis quàm de suâ solicitum esse. Utilitate civium sic teneri, ut quicquid agit ad eam referat, oblitus commodorum suorum.

298. I take care of the Commonwealth.

In omni voluntate meâ quid rationes publicæ ferant, quid Resp. postulet, id unum specto, intueor, attendo. Nihil ago, molior, volo, quod Reip. rationibus non conducat, expediat, utile sit. Toto animo de publicis commodis ornamentisque cogito. Publicam utilitatem assiduè specto. Hæret in animo meo de communibus commodis assidua cogitatio. Publicæ mihi res, fortunæ civium curæ vehementer sunt. Omnis mihi de civitate civibúsque cogitatio & cura est. Utilitatem communem meæ spectant curæ omnes & lucubrationes. Meas vigilias curásque ad causam publicam contuli; animus meus in civium meorum utilitate communi fixus & locatus.

299. To maintain the safety of the Commonwealth, &c. 406.

Reipublicæ pacem, salutem, decus, dignitatem, felicitatem, felicem, florentémque statum sustinere, procurare, tueri, suâ prudentiâ communire; suâ virtute constituere; suâ vigilantiâ conservare. Manere in custodiâ, in vigiliis, excubiis pro communi salute. Patriæ commodis egregiè consulere. Ad civium salutem omnia referre. Optimè de universis promereri. Egregiam Reip. operam navare. Beneficus & salutaris patriæ. Patriam innumeris beneficiis obstringere, obligare. Communi utilitati inservire. Homo singularibus, excellentissimis meritis in Rempublicam. Se totum & animo & corpore in salutem Reip. conferre. Omnes cogitationes, curas, vigilias in Reip. salute configere. Rempublicam cervicibus suis, ut Cœlum Atlas, sustinere.

Tu Civitatem quis deceat status, curas, & Urbi solicitus times.

300. To help the Commonwealth, &c. in trouble. 406.

Rempublicam suis rebus diffidentem confirmare; opem imploran-

plorantem adjuvare, suffulcire, defendere, amplecti; affectam, bello confectam reficere; afflictam erigere, labefactatam restituere; perditam recreare, armis obsessam ab exitio vindicare, in angustias abductam liberare, oppressam miseris temporibus ac perditis moribus, in libertatem veterem & nitorem asserere. Reipublicæ concidenti dextram porrigere, jacenti opem afferre, laboranti succurrere; præcipitanti subvenire. Omnes Reipublicæ ægras, laborantes partes sanare, confirmare. Populi sui labentem fortunam sustinere. A Republicâ, à civium cervicibus pericula, perniciem avertere, propulsare. Pro Republicâ se periculis omnibus offerre, objicere; tempestates adire: pugnas capessere. Civitatem fractam malis, mutam, debilitatam, abjectam metu, ad spem libertatis & pristinæ dignitatis erigere. Gladios in Remp. strictos retundere. A patriâ pestem, perniciem, pestiferam flammam arcere, repellere. Patriam ab interitu, ex maximis periculis liberare. Operâ, consilio, virtute, incredibili studio Reip. difficillimo tempore subvenire. Se, fortunasque suas pro salute patriæ, otio, concordiâq; devovere. Non modò labores excipere communis commodi causâ, ad tutandam Remp. liberandæ Reip. causâ, sed etiam vitam profundere, amittendam putare. Ferre præsidium labanti, occidenti, inclinatæ Reip. Afflictam & prostratam Remp. tuis opibus extulisti.

### 301. To rob the Common-wealth, &c.

Publicam pecuniam dilapidare, avertere, dissipare, effundere, ex Reipublicæ visceribus eripere. Ærarium exhaurire. Vectigalia, minuere. De communi utilitate multum detrahere. Peculari. Peculatûs reus, damnatus. Peculator, cui pecunia ex ærario publico erogata quæstui fuit. Remp. expilare, compilare, diripere, prædari, expoliari, quæstui habere, spoliare. Publicam rem conficere.

### 302. To oppress or hurt the Commonwealth, &c.

Remp. patriam vulnerare, labefactare, lacerare, dilacerare, evertere, prosternere, convellere, contrucidare, vastare, affligere, perturbare, exscindere, inflammare, perdere, prodere, oppugnare, delere, extinguere, conquassare, infirmare, incendere, violare, opprimere, pessundare: in discrimen, ad vastitatem vocare: omni scelere vexare. Reip. mortiferam plagam, vulnus insanabile infligere: faces injicere: exitio esse: vastitatem, incendium, ruinam, cædem, flammas, pestem, interitum, perniciem, ferrum, exitium, excidium minitari, inferre, denunciare, immittere. Vim suscipere contra Remp. Civium vulneribus Remp. cruentare. Reip. salutem oppugnare. Nefario patriæ se parricidio obstringere. Patriæ infesta signa inferre: bella facere: funus miserum, acerbum indicere.

Patriæ

Patriæ peſtis, præda, parricida, lues,fax, furia, calamitas, flamma, funus, buſtum, labes & pernicies, ruina, tempeſtas, occaſus, interitúſque.

Urbi ruinam, Funus & imperio parare.

303. The Commonwealth, &c. is utterly ruined, or undone.

Reſpublica periit omnino; interiit funditus, planè concidit, nulla prorſus eſt. Actum eſt de publicâ re. Reipublicæ nullum extat, ſupereſt veſtigium. – Fuit Ilium, & ingens gloria Dardanidum. Fuit Reſp. averſa jam deletáque. Fractæ ſunt opes, afflictæ vires, amiſſa dignitas, extincta ſalus Reipublicæ.

304. It is profitable for the Commonwealth. 1015.

Reip. conducit, expedit, prodeſt, intereſt: utile, ſalutare, commodum: uſui, auxilio, emolumento, adjumento, præſidio, ornamento eſt. Pertinet, ſpectat, facit ad Reip. emolumentum, commodum, utilitatem. Ex uſu Reip. futurum eſt. Multum adjumenti, multas utilitates rebus communibus affert, importat. Ex hoc Reſp. uberem meſſem demetet: magnum fructum percipiet: commoditatem feret: compendium parabit. Nihil ad communem ſalutem utilius.

305. To commune, confer with, or together.

Sermones, capita, conſilia conferre, miſcere, mutuò conferre, communicare. De re aliquâ aliquem convenire, compellare, alloqui, cum altero communicare, agere, colloqui, ſermocinari, conſultare, deliberare, diſceptare, diſputare, diſſerere: inter ſe verba complura facere: colloquia, ſermones mutuos agitare. Rem aliquam mutuis ſermonibus agitare.

306. To communicate, or make one partaker.

Benignè communicare quid cum altero. Aliquem impertire aliquâ re. Impertire, impertiri alteri aliquam rem. Partem dare, tribuere, elargiri de ſuo. Omnium conſiliorum participem facere, communi jure utrique rem utendam dare: utrique communem facere. Communicabo te menſâ meâ.

307. To delight in Company.

Societatem tueri, appetere, celebrare. Familiaritate, congreſſu, collocutione familiari gaudere, lætari, delectari, oblectari, capi, libenter uti. In hominum societate, congreſſu, magnam voluptatem, jucunditatem percipere. Ad vitæ conſuetudinem accommodatiſſimus.

308. To abhor ones Company.

Conſuetudinem, ſocietatem, familiaritatem, congreſſum, conſpectum, præſentiam alicujus vitare, aſpernari, fugere. Aliquem fugere, vitare tanquam peſtem per-

Perniciosam: tanquam viperinum sanguinem, tanquam belluam immanem. Animo, studio, voluntate abhorrere ab aliquo. Alicujus aspectum oculis fugere: nomen auribus fastidire, respuere: memoriam animo execrari; ipsam recordationem nominis perhorrescere. Ab alicujus consuetudine, familiaritate sejungere, segregare, alienare, semovere se. Voluptas rationi inimica nullum habet cum virtute commercium. Tanquam auspicium malum detestari.

309. To long for his friends company or presence.

Amici adventum expetere magnopere: quotidie expectare: exoptare ardentissime. Amici absentis studio flagrare, cupiditate incendi. Solicitum esse indies de adventu conjuncti sibi familiariter amici: ex desiderio amici laborare. Torqueri, cruciari vehementer de reditu familiaris sui. Sui amici, necessarii desiderium, absentiam, moleste, graviter ferre. Consuetudinis animi fructum uberrimum, delectationem summam, voluptatem incredibilem magnopere desiderare & requirere. Longinquitate locorum & desiderio suorum commoveri, desiderio amici absentis oblanguescere.

Ut mater juvenem cunctantem, &c. *Horat. Carm.* 4. 5. Quaeris me tibi dare; utque tui mihi, sic fiat tibi copia nostri. Excepto quod non simul esses, caetera laetus.

*To keep company with good men.* 22.
*To keep company with wicked men.* 21.
*To keep company with one.* 20.

310. A merry companion.

Comes festivus. Congerro, confabulator, combibo, compotor suavissimus, jucundissimus; adeò festivis moribus ut possit vel ipsum Catonem, Heraclitum, Crassum illum ἀγέλαστον exhilarare.

Parum commodus comes, convictor. *No good company.*

311. To compare together, or liken things.

Comparare, conferre rem cum re. Inter se res conferre. Rem rei assimilare, aequare, exaequare. Similitudines rerum comparare, componere, conferre. Rebus praesentibus annectere, adjungere praeteritas, futuras.

*To compass his desire.* 235.
*To have compassion.* 965.

312. To compel or constrain.

Repugnantem, invitum, renitentem, volentem nolentem, vi, armis, metu, minis cogere, compellere, adigere, adducere, torquere, trahere, pertrahere, protrahere, impellere, protrudere, urgere; necessitate constringere, ad aliquid agendum propellere, obtorto collo pertrahere. Omnem recusandi libertatem eripere, adimere, tollere. Eò nos adegit, detrusit necessitas.

313. To

313. To complain against one.

De alicujus injuria queri; gravissimè, graviter, non mediocriter conqueri, querelam, querimoniam deferre ad Judicem, deponere apud Prætorem. Apud Judices de vi sibi oblata conqueri. Aliquem injuriarum postulare. Damnum sibi datum autorémque ad Prætorem deferre.

*Complete or perfect.* 960.

314. To conceal or keep secret. 1140.

Aliquid celare, tegere, abdere, silere, supprimere; taciturnitate, silentio tegere, præterire; tacitum, occultum, reconditum, tectum, obtectum, tacitè habere; tacitum quasi mysterium tenere; quasi secretum, arcanum, mysteria Cereris silentio supprimere. —Alitur vitium vivitque tegendo.

315. To conceal secrets or keep counsel. 199.

Arcana celare, continere audita; non efferre, proferre foras. Taciturnus & arcanorum tenax. Quicquid est, depone tutis auribus. Harpocrati dictum esse puta; vel lapides citiùs loquentur. Liberè dixeris. Verba sine pennis erunt. Quod scio nescio. Occultè ferto, verbum saxis cave; religio sit tibi dicere. Vide, cave ne quicquam dixeris; ne temere apud aliquem effundas.

316. It concerns not me, but you.

Nihil ad me attinet, pertinet; sed tua unius refert. Quid ad me? quid mihi? Mihi nec obest, nec prodest. Tibi verò & commodare plurimùm & incommodare potest. Mea omnino nihil refert, tua verò plurimum. Hoc meâ nullam in partem interest, tuâ multum. Mea res in hoc nulla, tua verò agitur maxima. Hoc ad meas res momenti nihil, nullam vim habet, minimum valet; ad tuas valet in omnes partes; multum habet ponderis.

—Hoc ad te pertinet Ole: Sed quid agas, ad me pertinet, Ole, nihil, &c. *Mart.* 7. 9. Jam tua res agitur, non mea.

*Well conceited of himself.* 1151.

317. To conclude a Speech.

Perorare. Finem dicendi facere. Vela orationis contrahere, complicare. Orationem terminare, claudere, concludere. Ad calcem pervenire. Orationi colophonem addere; finem statuere, imponere. Ut aliquid extremum habeat oratio.

Finierat —nec plura locutus.

318. To condemn. 9.

Reum sententiis, suffragiis opprimere; capitis damnare; judicio condemnare; supplicio, morti addicere, adjudicare. Sonti, reo mortem denunciare, pronunciare. In aliquem judicium dare, judicium capitis constituere. Ni-

grum lapillum, calculum injicere. Nigram, tristem literam apponere. Nigrum præfigere theta. Insontem —— demisere neci.

Judicum sententiis ad mortem mitti. Tristis sententia lata est.

*To be condemned.*

319. To accept of conditions offered.

Ad alterius conditiones accedere, descendere. Oblatam conditionem, conditiones datas non repudiare, detrectare; accipere, libenter accipere, æqui bonique consulere.

*Of a base or mean condition.* 33.
*To condole.* 695.
*To conduct or guide.* 642.
*To confederate, combine together.* 283.
*To confer together.* 301.

320. To confess or acknowledge.

Ingenuè, libenter, liberè fateri, profiteri, confiteri, agnoscere, præ se ferre. Concedere. Non occultare, silere, supprimere, dissimulare, negare, inficiari. Palam, apertè, coram omnibus prædicare, dictitare, recognoscere. Factum non nego. Hoc meâ culpâ fateor figere.

*To confide in.* 1320.
*To be too confident.* 1005.
*Confining places or bordering.* 214.

321. To confiscate a mans Goods, or to make forfeit.

Alicujus bona, facultates, fortunas proscribere, publicare; in regium fiscum redigere; auctione constitutâ vendere; sub præcone, sub voce præconis subjicere; agros, prædia in publicum committere, addicere: bona omnia publicè possidenda invadere: in ærarium publicum tradere. Cessere fisco bona.

322. To confute or disprove by Argument. 1029.

Alicujus sententiam, opinionem, verborum gravitate, oratione gravitatis plenâ, disputatione nervosâ reprehendere, reprobare, rejicere, minuere, coarguere, expugnare. Subtilitate dicendi irretire, disputationis laqueis constrictum, irretitum tenere adversarium, argumentorum copiâ obtueri; rationibus, argumentis validis, efficacibus evertere, labefactare, verberare, percellere, cogere, figere, fundere, jugulare, constringere, mutum & elinguem reddere. Argumentis agere, & signis omni luce clarioribus refellere.

——Pauca accipe contra.

323. To congratulate ones good success or fortune.

Dignitatem, victoriam, prosperas res amico, de dignitate, pro dignitate amici gratulari, congratulari amico, quàm sibi grata sit amici gloria, quàm sibi accepta sit dignitas, gaudio, lætitiâ summâ testari, indicare, profiteri. Honoribus, prosperis rebus amici non minùs lætari quàm suis; æque gaudere ac suis. Ex amici

bene-

bene gestâ re, non minorem voluptatem capere quàm ex sua. Omnes omnia bona dicere, & laudare fortunam meam qui haberem, &c.

324. **To congratulate ones safe return.**

Salvum, incolumem, sospitem advenisse, rediisse te gaudeo, lætor, voluptati est mihi; salutem & incolumitatem redeunti, felicem reditum vehementer tibi gratulor. Quòd vivum valentémque te recipiamus, est cur magnopere lætemur. Magno est amicis gaudio tuus reditus.

*To assemble a Congregation.* 128.
*To conjecture.* 615.
*To conquer.* 835.

325. **To be wounded or troubled in conscience.**

Conscientiæ malæ, mordacis, mentis malè sibi consciæ, desperati animi stimulis acribus, acerbissimis pungi, agitari, graviter excruciari, divexari; aculeis perpetuis stimulari, exulcerari. Ex reatu peccatorum, ex conscientiâ scelerum, turbulentissimis terrorum procellis perturbari; furiarum facibus, tædis ardentibus terreri, torreri. Sceleratæ mentis carnificinam pati; intemperiis agi. Sensu, conscientiâ peccatorum, maleficiorum exhorrescere, vexari, morderi, angi, opprimi, obrui; in magnâ perturbatione animi esse. Memoriâ criminum torqueri. Angore conscientiæ & cruciatu tanquam domesticis furiis assidue vexari, agitari. Grave ipsius conscientiæ pondus est. Suum quemque scelus agitat, amentiáque afficit. Id mihi fodicat animum.

Conscia mens sceleris pavido sub pectore semper Ultrices patitur furias. Cui frigida mens est Criminibus, tacitâ sudant præcordia culpâ. Animo fera regnat Erynnis. Occurrunt misero falsæ perjuria linguæ. Illum assiduis circumvolat alis Sæva dies animi, scelerúmque in pectore diræ. ——Surdo verbere cædi. ——Exige pœnas Nisæ pater.

326. **A good conscience.**

Cui mens quieta, pacata, placida, optimè sibi conscia; instar perpetui, assidui convivii est; nullius sceleris conscientiâ terretur, perturbatur. Cui conscientia sua non obloquitur.

Conscia mens recti famæ mendacia ridet. Hic murus aheneus esto Nil conscire sibi, nullâ pallescere culpâ.

327. **To consecrate to Divine use.**

Sacrare, consecrare, dicare, dedicare. Deo addicere, tradere, dedere, donare, vovere. Sacris, usui sacro, divino; cultui divino destinare, addicere. Ab usu communi, profano, humano eximere; religione & sacris devovere, consecrare quid. In Dei peculium referre, reponere.

Deo proprium dicare, sanctum vovere.

*To consent.* 129.

328. A matter of great Consequence.

Res est non levis, magni, permagni, maximi momenti & ponderis; multæ cogitationis & diligentiæ. Non exigui ponderis negotium; non levis, non minimi momenti, cui diligentissimè providendum est. Res grandis admodum, gravis & seria, expectationis magnæ, summæ, nullo modo contemnenda. Causa illustris & præclara. Plurimum, infinitum ad omnia momentum est in hoc positum. Res ejusmodi, à quâ maxima pendent rerum gravissimarum momenta, cui publicæ rei salus nititur, quæ non mediocre habet pondus, magnum affert pondus, cui gravitatis ponderisque multum inest.

329. To consider or think upon. 53.

Rem animo diligenter, attentè, accuratè expendere, considerare, volvere, agitare, pertrahere, contemplari, lustrari, librare, trutinare, æstimare, metiri, intueri, versare, ponderare, cum animo suo reputare, volvere, in animo secum; secum animo volutare, diu multúmque animo evolvere; apud se ultrò citróque agere; acriùs & attentiùs, etiam atque etiam, veris rationibus expendere, studiosè meditari, summo studio pensitare, ad rationem revocare: altiùs commentari, ruminare, perlustrare, perscrutari, perspicere: solicitè, attentiùs secum cogitare: In animi penetralibus perpendere, examinare, observare: spectare penitus, excutere, mentis acie despicere, propiùs intueri, suo momento, judicio gravi tanquam trutinâ ponderare. De re toto pectore cogitare, deliberare. Animum advertere, & in aliqua re cogitationes omnes altiùs defigere, acriùs intendere, in rei contemplatione studiosè versari, solicitè morari, hærere, habitare.

——Tacitâ pervolvere mente.
——Partes animum versabat in omnes. Sub pectore volvit. Secum ita corde volutat. ——Cæcósque volutat Eventus animo secum. Mente, animo metiri, versare, agitare. Animo mecum ante peregi.

——Huc illuc diversâ mente volutat.

*To do considerately.* 53.

330. To conspire against one. 162.

In alicujus exitium, necem, perniciem conspirare, conjurare, incumbere. Alicujus sanguini, vitæ, saluti, conjunctis, communibus consiliis insidiari, insidias, laqueos ponere, tendere, intendere. Contra aliquem inire, capere consilium sceleris plenum. Contra salutem alterius nefario fœdere, pactione se obstringere: agere inter se clanculum: clandestina consilia agitare, miscere: insidiosè moliri. Conjurato moverunt fœdere bella.

331. Con-

331. **Constant, Immutable.** 722.

Nihil in eo levitatis aut inconſtantiæ, nihil varium, mutabile. Homo admirabili, incredibili conſtantiâ, ſtabilitate; magnâ gravitate præditus. Nullam ſententiæ varietatem, variationem; nullam conſiliii mutationem in eo deprehendes. Ægrè, non facilè à ſeipſo, à ſententiâ diſcedit: nullâ ratione ab inſtituto movetur. Quem nulla res facilè abducat, avellat à ſententia. Qui ſibi conſtat, ſuum illud ſemper idem ad extremum tenet: antiquum obtinet. In propoſito, ſententiâ conſtans, firmus, ſtabilis, fixus, immotus, immobilis, immutabilis, certus. Idem ei vultus, eadem ſemper frons. Eodem more ſenex utor, quo ſum uſus adoleſcens.

Ille velut pelagi rupes immota reſiſtit, &c. *Virg. Æneid.* 7. Ac veluti antiquam quercum, &c. Mens immota manet, &c. *Virg. Æneid.* 4. Juſtum & tenacem propoſiti virum, &c. *Hor. Carm.* 3. 3. Pars hominum vitiis gaudet conſtanter, & urget propoſitum.

*To conſtrain.* 312.
*To conſult an Oracle.* 928.

332. **To conſume or ſpend rio-touſly.** 1014.

Summo labore conquiſita, & ſolicitudine congeſta, præcipiti effuſione dilapidare; voragine quadam abſorbere. Quod per ſcelus adeptus eſt, id per luxuriam effundere, profundere atque conſumere. Opes præclaras atterere, diſpergere. Luxurioſè habere, vivere. Luxuriæ indulgere. In luxum effuſus, in ſumptibus profuſus; infinitâ luxuriâ. Nihil reliqui in ædibus, nec vas, nec veſtimentum; corraſi omnia. Ancillas produxi; ſervos vendidi, inſcripſi ædibus mercedem. Quod habui perdidi, profudi, effudi. Rem amiſi. Maximas largitiones feci. Pecuniæ illudere. Quæ Charybdis tam vorax? Oceanus vix videtur tot res tam citò abſorbere potuiſſe. *Cic. Philip.*

Jam luxu patrias, altíque voragine ventris attenuârat opes.

333. **To be in a Conſumption, to pine away.**

Phthiſi, tabe, macie, marcore, morbo lento laborare, confici, conſumi, abſumi, oblangueſcere, liquefieri, contabeſcere, intabeſcere.

Ut intabeſcere flavæ Igne levi ceræ, matutinæque pruinæ Sole tepente ſolent; ſic attenuatus ——Liquitur & tecto paulatim carpitur igni. —— Dolore occulto mordetur, & anxia nocte. Anxia luce gemit, lentâque miſerrima tabe Liquitur, ut glacies incerto ſaucia ſole, &c. *Ovid. Met.* 2. 12. —— Tenuant vigiles corpus miſerabile curæ; Abducitque cutem macies, & in aera ſuccus corporis omnis abit. Supremâ macie confectus, pereſus. Horrida, ſqualida macies miſeros obduxerat artus. — Macie confecta ſuprema Forma viri.

334. To contemn or despise. 32.

Aspernari, temnere, contemnere, spernere, despicere, negligere, despicari, fastidire, dedignari. Nullo loco aliquem numerare; in nullo numero, in minimis, postremis; despicatui, contemptui, neglectui, fastidio habere; fastidiosè, magno cum fastidio prætcrire.

Res tibi pro vili, sub pedibúsque jacet.

335. To grow into contempt.

Vilescere indies & minoris fieri. Gratiâ populi excidere. Studium, studia populi amittere, à se alienare. Ignominium, dedecus contrahere. Invidiam suscipere. In reprehensionem incurrere. In discrimen existimationis venire. In offensionem, odium populi irruere. In maximam invidiam pervenire. Aliquid apud populum de existimatione deperdere. Autoritatem apud populum amittere, minimam habere.

—Sordent tibi munera nostra.

336. To bring into contempt. 656.

Aliquem in odium populi trahere, pertrahere, odio & contemptui subjicere, exponere; invidiæ objicere; gratiâ, autoritate apud multitudinem privare, spoliare.

*To contemplate heavenly things.* 667.

*To take content in a thing.* 978.

337. Content with his present state.

Præsentem rerum statum boni consulere. Rebus præsentibus contentum acquiescere. Sui status, fortunæ, conditionis non pœnitere. Cujus ea quæ habet, quæ adsunt, præsentes res animum satiant, sitim restinguunt, explent desiderium. Cui placent, perplacent, gratæ acceptæque sunt suæ res. Qui præsentia animo grato, læto, lubenti, æquo, lubenter amplectitur. Collecto vivere. Majora non expetere. Cui cum fortunâ convenit, dives est.

——Quam tribuit sortem fortuna tueri. Lætus sorte tuâ vives sapienter. Sorte tuâ contentus abi. Quod satis est cui contigit, hic nihil amplius optet. In propriâ pelle quiescere. Quod adest memento Componere. æquus, &c. *Hor. Carm.* 3. 29. & 26. *Serm.* 2. 6. Nemo quam sibi sortem Seu ratio dederit, seu sors objecerit, illâ Contentus vivat.—— Optat ephippia bos piger, &c. *Horat. Serm.* 1. *Epist.* 1. 14.

338. Content with a mean Estate.

Ultra medium fortunæ gradum non ascendere, aspirare. Quā multa non desidero? inquit *Socrates*.

Rectiùs vives ——neque altum semper urgendo, neque dum procellas cautus horrescis, nimium premendo littus iniquum. —Dat securos vilis lecticula somnos. Auream quisquis mediocritatem Diligit,

Diligit, &c. *Horat. Carm.* 2. 10. — Qui tantulo eget quanto est opus, is neque limo Turbatam haurit aquam, &c. *Horat. Serm.* 1. 1. ——Fuge magna ; licet sub paupere tecto Reges, & Regum vitâ præcurrere amicos, &c. *Hor. Epist.* 1. 20. Inter utrumque tene. Medio tutissimus ibis. Non ebur neque aureum meâ renidet in domo lacunar, &c. *Horat. Carm.* 2. 18. Sit mihi mensa tripes, —— ——& concha salis puri, & toga quæ defendere frigus, quamvis crassa, queat. —Multa petentibus desunt multa. Bene est cui Deus obtulit parcâ quod satis est manu. Quod fuit ut tutas jactaret Dædalus alas ? &c. *Ovid. Trist.* 3. 4. Desiderantem quod satis est neque Tumultuosum sollicitat mare, &c. *Hor. Carm.* 3. 1. Serviet æternum qui parvo nesciat uti. Pauperies, immunda domus procul absit. Ego utrum Nave ferar magnâ an parvâ, ferar unus & idem. Non agimur tumidi velis Aquilone secundo ; Non tamen adversis ætatem ducimus austris. Viribus, ingenio, specie, virtute, loco, re. Extremi primorum, extremis usque priores. Ille dapes laudat mensæ brevis. Cui pauca relicti Jugera ruris erant, &c. Regum æquabat opes animus. *Virg. Georg.* 4. Hoc petit esse sui, nec magni ruris arator, &c. *Mart.* 1. 56. Tuta me mediâ vehat Vita decurrens viâ, &c. *Sen. Oed. Act.* 4. *Chorus.* Felix mediæ quisquis turbæ sorte quietus Aura stringit littora tuta, &c. *Sen. Agam. Act.* 2. *Chorus.* Quisquis medium defugit iter, stabili nunquam tramite curret, &c. *Sen. Herc. Oet. Act.* 2. *Chorus.*

*To continue or last.* 772.

*To continue in a place.* 15.

339. **To contradict or gainsay.** 926.

Alicui contradicere, adversari, repugnare, reclamare, refragari, verbis resistere, obstare, obsistere, opponere se, obnunciare, obstrepere, occinere, obloqui. Aliquem verbis oppugnare.

*To contradict himself.* 1329.

*Contrary to my opinion.* 934.

340. **Contrary things.**

Contraria, pugnantia, sibi opposita, adversa. Res valde, maximè diversæ, & prorsus alienæ ; alienissimæ & maximè disjunctæ ; disjunctissimæ ; Ex diametro sibi oppositæ. Quæ toto genere dissident, maximè inter se pugnant ; plurimùm à se invicem distant, discrepántque. Ignis aqua. Ortus occasus. Albus niger. Agnus lupus.

Frontibus adversis pugnantia.

*To controul.* 1051.

*To decide a matter in Controversie.* 405.

*It is convenient.* 185.

341. **To convert or bring one to amendment.** 1060.

Ad suam, saniorem, meliorem mentem, ad sanitatem animi reducere. Ad virtutis tramitem, à vitiis ad frugem bonam ; revocare. Animum alicujus maximis vitiis,

erroribus teterrimis levare, liberare. A pravitate morum in viam virtutis reducere. A pravis opinionibus moribusque ad bene beatéque vivendi rationem traducere. Animum multimodis depravatum, pietate, religione, sanctitate verâ imbuere. Animi labes repurgare, errores corrigere; integritatem concussam & labefactatam reparare, restituere, instaurare, redintegrare, revocare.

342. To convince or convict.

Perspicuis testibus aliquem tenere; crimen intentatum probare; criminis aliquem arguere, coarguere, convincere. Testimoniis convictum cogere; à convicto extorquere ut fateatur, confiteatur, concedat. Crimen quàm multis suspicionibus coarguere. Inexcusabilem reddere. Nullum diverticulum aut tergiversationem relinquere.

*Coarse fare.* 521.
*To cozen or deceive.* 396.
*To be cozened or deceived.* 279.

343. Corn plenty.

Fructum, proventum uberem protulit, edidit fœcunda tellus. Abunde gratus ager centuplum reddidit. Messis opima, beata.

— Immensæ ruperunt horrea messes. Illa seges votis respondet avari Agricolæ. Ipsa suas mirantur Gargara messes. Aurea fruges pleno diffundit copia cornu. Copia manat ad plenum benigno Ruris bonorum opulenta cornu.

344. Corn fails. 38.

Depositum negat ingrata, sterilis tellus. Fruges deficiunt. Magnâ sterilitate soli; calamitate, penuriâ frugum; rei frumentariæ inopiâ laboratur. Multò malignior hujus anni proventus est, quàm solet esse.

Sternuntur segetes & deplorata colonis Vota jacent, longíque perit labor irritus anni. —Steriles exurere Syrius agros; Arebant herbæ, & victum seges ægra negabat. Intereunt segetes, subit aspera sylva, Lappæque tribulíque, &c. *Virg. Georg.* 1. Arva depositum fallunt. Anni spes intercepta est. Primis segetes moriuntur in herbis. Et modò sol nimius, primas modò corripit imber, &c. *Ovid. Met.* 5. 8. Non reddit sterilis semina jacta seges. Expectata seges vanis elusit avenis. —— Area frustra & frustra expectant promissas horrea messes.

345. To correct or polish a work.

Opus ad limam, sub incudem revocare, reducere, corrigere, castigare, retractare, elimare, emendare, retexere, recoquere, recognoscere, perpurgare, perpolire, expolire, limare politiùs, à mendis repurgare, nævis, mendis purgare. Mendas tollere, expungere, eradere, delere, expurgare. Fœtum lambere.

Malè tornatos incudi reddere versus. Ne desit scriptis ultima lima tuis. Non catulus partu

quem

quem reddidit ursa recenti, Sed malè viva caro est; lambendo mater in artus Fingit & in formam qualem cupit ipsa reducit. Sic *Aristarchus*.

346. **To correct or chastise.**

Aliquem castigare, corrigere, multare, punire, plagis afficere, pœnâ coercere, supplicio plectere, flagris cædere, malè multare, pro meritis accipere, tractare ut meritus est. Liberos delinquentes severiùs excipere, animadversione severâ plectere, castigare. Verberibus animadvertere in aliquem. Pro peccato magno paululum supplicii satis est patri.

Verberibus jussas præbuit ille manus: *He was corrected.*

347. **To corrupt or entice to evil.**

Aliquem illecebris, blanditiis, lenociniis ad nequitiam, flagitium, scelus allicere, invitare, provocare, abducere, allectare, pellicere, solicitare, trahere, rapere, accendere; promissis inducere ad patrandum nefas; facibus quibusdam ad malefaciendum inflammare; stimulis incitare, commovere; ad facinus aggrediendum, suscipiendum exstimulare; corruptelarum laqueis implicare, illecebris irretire. Animum adolescentum nondum ratione & consilio confirmatum pellicere, blanditiis voluptatum depravare, delinire, corrumpere; à virtute detorquere, transversum agere. Admovere machinas adolescentiæ, quibus ab humanitate, à virtute deducatur. Ad audaciam, furtum, ad libidinem facem alicui præferre. Corruptelâ, labe, lue vitiorum inficere, inquinare, depravare, polluere, pervertere, vitiare, contaminare, conscelerare, deteriorem reddere. Vitiis imbuere.

—— Pudicam donis sollicitare fidem.

*To corrupt with Bribes.* 220.
*To be corrupted.* 221.
*To covenant or bargain.* 159.
*To make a covenant or league.* 790.

348. **Covetous or greedy of wealth.** 610. 1017. 1285.

Inexplebili, inexhaustâ, insatiabili divitiarum siti, desiderio flagrare, ardere, terreri. Pecuniæ, argenti cupiditate inflammari, cæcum esse. Nullum pecuniæ cupiditati modum statuere, constituere; nullum terminum præfinire. In opibus augendis, congerendis versari, occupari totum. Magno studio ad rem augendam incumbere. Omnia ad suum questum, commodum, utilitatem referre, traducere, quasi sibi tantùm natum, & suis commodis. Suis vitæ commodis, opibus, lucro studere, inservire, se totum dare. Undique lucrum captare per fas nefásque. Turpi pecuniæ studio, & infinitâ lucri cupiditate duci, transversum agi. Ad opes, divitias congerendas, coacervandas, cumulandas, inflammato animo, studio rapi, ferri. Homo avarus, sui nimium tenax,

tenax, appetens & rapax alieni. Animus vaſtus, avaritiâ æger, qui nihil ſatis putat, aliquâ re eget, aliquid ſibi deeſſe putat ſemper, omnes res ad lucrum prædámque revocat; ſuis commodis, ſuâ utilitate metitur ſummum bonum, omnia; ita pecuniis inhiat, ut humanitatis obliviſcatur; uſque eo fervet fertúrque avaritiâ, tanto divitiarum ſtudio tenetur, ut opplendæ cupiditatis gratiâ nihil ſibi non licere putet.

Quem tenet argenti ſitis importuna faméſque. Qui ——— Semper in augendâ feſtinat, & obruitur re, argento poſt omnia ponit. Cui fervet avaritiâ miſeráque cupidine pectus.

Quem tenet opum furioſa cupido, auri ſacra fames, amor ſceleratus habendi; triſtis avaritiæ rabies; Sola parandarum cura fatigat opum. Nil obſtat tibi dum ne ſit te ditior alter, &c. *Horat. Serm.* 1. 1. Cui lucri bonus eſt odor ex re qualibet. Non Tarteſſiacis illum ſatiaret arenis Tempeſtas pretioſa Tagi, non ſtagna rubentis Aurea Pactoli: totúmque exhauſerit Hermum, Ardebit majore ſiti. Habet millies & tamen captat.——— Per mala præceps Fertur uti pulvis collectus turbine, ne quid Summâ deperdat metuens, aut amplicet ut rem. Creſcunt divitiæ tamen Curtæ neſcio quid ſemper abeſt rei. O ſi angulus iſte accedat, &c. *Horat. Serm.* 6. —— Fluctibus auri Expleri calor iſte nequit. Cupit hic gazis implere famem, &c. *Senec. Herc. Oet. Act.* 2. *Chorus.* Creverunt & opes & opum furioſa cupido: Et cùm poſſideant plurima, plura petunt.

### 349. Covetousneſs doth rule every where.

Avaritia latiſſimè per orbem terrarum dominatur; ampliſſimum regnum obtinet; ubique locorum, nuſquam non regnat; animos omnium pervaſit, occupavit, tenet. Avaritiæ morbo quis ferè, quàm pauci, pauciſſimi non laborant? Quotuſquiſque eſt, qui ſaluti, famæ divitias, lucrum, munera non præferat? Pecuniæ obediunt omnia.

### 350. To aſk counſel or advice.

Amicos conſulere, in conſilium adhibere, admittere, advocare. Cum aliquo deliberare: conſilium conferre, inire, agitare, communicare. In rebus obſcuris, dubiis, incertis, poſitis in controverſiâ, ambiguis conſilium poſtulare, capere, exquirere, quærere, expetere, adhibere. Conſulendi, conſultandi causâ, conſilii capiendi gratiâ ad amicos rem deferre, confugere: amicos adire. Exquirere, ſciſcitari, velle cognoſcere quæ ſententia, qui ſenſus aliorum ſit: quid ſapientiſſimis videatur: quid experientiſſimi ſtatuant, prudentiſſimi cenſeant. Alterius ſententiam opinionem tentare, rogare, explorare.

rare. Amicos advocabo ad hanc rem. Amicorum consilio rem permittere.

351. To give counsel or advice.

Amicis consulere prudenter: consilium dare, præbere, offerre, impertire, communicare: autorem consilii esse: oraculum esse: consilio adesse. Aliquem consilio juvare, ex incerto certum reddere quid agendum sit. Quid facto sit opus in medium conferre, proferre. Concilium sanctius; A privatis, arcanis, ab intimis consiliis: *The Privy Council.*

——Labantes consilio patres Firmavit.

352. To reject good counsel or advice.

Commonitiones salutares, benevolas; consilium rectum, honestum, utile, bonum negligere, contemnere, repellere, recusare, repudiare. Amici benevolentiam optimè consulentis, admonentis, aversari, aspernari, despicari. A rectis monitis animum avertere. Optimè, amicissime monentis consiliis saluberrimis aures occludere.

Impatiens animis, &c. Respuit, atque odio verba monentis habet. Me quoque quod monui bene multa fideliter odit. Consilium ne sperne meum. ——Non voces ullas tractabilis audit. Consilii satis est in me mihi.

353. I did it by your counsel or advice.

Te autore, auspice, suasore, suadente, consulente, consultore, hortante, adhortante, impellente, impulsore, hortatore, instigante: tuo ductu, inductu, suasu, hortatu, consilio, impulsu; de tuo consilio: à te persuasus feci. Tu mihi autor fuisti ut facerem. Tuo hac in re usus consilio sum.

354. To follow a friends counsel.

Amici consiliis acquiescere. Amicis rectè consulentibus assentiri, auscultare, parere, aures patefacere. Alterius consilium probare, sequi, sequendum sibi proponere. Amicos consulentes lubenter audire. De alterius consilio aliquid facere. Huic consilio palmam do: *Thus is the best counsel.*

355. Ruled by other mens counsel not his own.

Aliorum consiliis auferri, regi, rapi. Non suo consilio duci, sed abduci alieno. Non suo judicio niti, non audire se, non sibi parere, obtemperare, obsequi, assentiri, morem gerere; sed ab alienis consiliis pendere. Non se in suis rebus, verùm alios sequi duces. Non seipsum adhibere in consilium; sed aliorum voluntates, opiniones, sententias expectare. Alterius judicio stare potiùs quàm suo.

*To seduce by evil counsel.* 148.
*To keep counsel.* 315.
*You have no need of my counsel.* 887

356. To counterfeit a resemblance or likeness.

Formam alienam, speciem, similitudinem falsam, fictam, commentitiam, ementitiam, mendacem, fallacem gerere, imitari, repræsentare, referre. Vultum alterius fingere. Personam alienam simulare, præ se ferre, effingere, assumere, induere.

357. To counterfeit or forge a Hand, Seal, or Writing.

Syngraphum, chirographum, signum, sigillum alienum fingere, confingere, imitari, simulare, comminisci, ementiri, adulterare, supponere. Syngraphum mendacem, fictam, falsam, suppositiitiam, commentitiam, ementitiam, fictitiam, adulterinam, pro genuinâ, germanâ proponere, producere, ostentare, supponere. Testamentum supponere. Falsas tabulas imponere.

358. To counterfeit Coin.

Monetam, nummum vitiare, corrumpere, adulterare. Nummum vitiatum, adulterinum signare, excudere; in vulgus edere, spargere. Argentum auro confundere. Aurum subæratum, ære permixtum, corruptum, adulteratum.

359. To die for his Country.

Pro patriâ, Rep. pro salute, libertate patriæ, Reip. pro fortunis, vitâ civium mortem oppetere, cupide mortem expetere: hostium telis caput objicere, offerre, nullos impetus, nullum vitæ discrimen vitare, refugere, deprecari; se in medios hostes ad perspicuam, non dubiam mortem injicere, immittere; in flammas irruere; se in hostilem impetum, ad mortem objicere; vitam amittere, contemnere, deponere, reddere, sanguinem profundere; nullum periculum sibi fugiendum putare. Salutem patriæ vitæ suæ præponere. Reip. gratiâ se victimam præbere; caput suum vovere, devovere. Patriæ largiri suum sanguinem. Suam vitam communi bono posthabere. Duci se immolandum jubet, ut hostium sanguis eliciatur suo. Gratâ memoriâ eorum virtutem prosequamur, qui pro patriâ vitam effuderunt.

Dulce & decorum est pro patriâ mori. Non ille pro charis amicis, aut patriâ timidus perire. Codrus pro patriâ non timidus mori.

*To love his Country.* 297.
*To maintain his Country.* 299.
*To help his Country in distress.* 300.
*To oppress his Country.* 302.
*Some like the Country life.* 1135.
*To take care of his Country.* 298.

360. Couragious or valiant.

Audax, intrepidus, impavidus, acer, ferox, animosus, magnanimus, strenuus. Ad quodvis facinus promptus, paratus, audax. Animo alto, magno, erecto, invicto, præsenti, infracto, constanti,

ſtanti, excelſo, generoſo, virili; elato, forti, ſtabili & parato ad omnem fortunam, ad omnes temporum motus viciſſitudineſque. Virtute, fortitudine ac vigore animi præſtans. Incredibili quodam robore animi ſeptus; animo maximo; Magnâ animi excellentiâ, invictâ animi præſtantiâ, magnitudine, vi, altitudine, conſtantiâ, gravitate, firmitudine; robore animi invicto; inviolabili virtute animi præditus. Nullo hoſtium aſpectu, nullo diſcriminum metu perculſus, territus, perterritus. Vir præter cæteros magnanimus; animi magnitudine inſignis; unicum fortitudinis ſpecimen; humana contemnens omnia. Hac in re ſtrenuum hominem præbuit, viri officio functus eſt.

Cui —— ineſt virtus & mens interrita lethi. Acer erat, bellóque ferox, ad vímque paratus. —Impiger hoſtium venari turmas, & frementem mittere equum medios per ignes. Quem —ſi fractus illabatur orbis, Impavidum ferient ruinæ, &c. *Hor. Carm.* 33. Ad horrida promptior arma. Qui valido fultum robore pectus habet. Magnæ ſubnixus robore mentis. Sidera qui mundúmque, poteſt ſpectare cadentem, Expers ipſe metus. Cui — invictum pectore robur, fortia bello pectora.

361. To take courage again, and put away fear.

Metum, pavorem, terrorem, formidinem exuere, deponere, ponere, expellere, excutere, ſiſtere. Animos, ſe ex timore colligere, recipere. Calamitate acceptâ meliores, majores animos habuit, quàm unquam rebus ſecundis. Non infracto animo propter magnitudinem calamitatis, ſed conſirmato & renovato fuit. Animi ſuſcitare jacentem vim, ad fortitudinem revocare. Remigrat animus nunc demum mihi.

Pallor abit, ſubitæ veniunt in corpore vires. Quondam etiam victis redit in præcordia virtus. —— Revocare animos mœſtúmque timorem Mittere. Solvere, excutere corde metum. Pavor oſſa reliquit.

*By courſe or turn.* 1325.

362. To do courteſies or good turns.

Alicui gratificari: bene, benignè, rem gratam facere: plurimùm benignitatis, humanitatis impertire: operam fidelem peramanter tribuere: pergratum quid, gratiſſimum facere: ſtudio, conſilio, autoritate adeſt. Aliquem beneficentiâ, beneficiis proſequi, devincire, obligare, demereri, juvare plurimùm: meritis obſtringere: arctiſſimo meritorum vinculo ſibi adſtringere: omnibus officiis, plurimis muneribus ornare. Beneficium apud aliquem collocare, ponere, in aliquem conferre. Bene, præclarè, optimè de aliquo mereri, commereri. Nullum officii genus aut ſtudii prætermittere: Nullam rem quæ ad utilitatem, dignitatem alicuius ſpectat,

ſpectat, omittere. Gratiam ab aliquo inire.

—Mei causâ permulta rogatus fecit. Exceſſit fidem meritorum ſumma tuorum. Satis ſupérque me benignitas tua ditavit. Qui —ſui memores alios fecere merendo.

363. **To be obliged for courteſies received.**

Alicui multis nominibus obligari, obſtringi, omnia accepta referre, obſtrictum teneri, devinctúmque plurimum debere. Magnis alicujus beneficiis ornatum, auctum, arctiſſimè devinciri. Alicujus meritis maximis ita opprimi & onerari, ut pares referri gratiæ non poſſint, ut ſolvendo non ſis.

Quod loquor & ſpiro, cœlúmque & lumina ſolis Aſpicio, ille dedit. Quod ſpiro & placeo, ſi placeo, tuum eſt. ——Ego te quæ plurima fando Enumerare vales, nunquam negabo promeritum.

*Courteous in ſpeech.* 58.

364. **A coward, faint-hearted.** 1106.

Homo ignavus, timidus, meticuloſus, puſillanimus, formidoloſus, effœminatus & mollis, animo humili, demiſſo, abjecto, imbecilli, languido, muliebri, victo, impotenti. Vir haud fortis es, te haud hominem puto. Ubi periculi metus invadit, animus in pedes decidit. Cervo fugacior. Domi leones, linguâ fortes & pugnaces, foris & ipsâ re nihil audent. Urſæ præſentis quærunt veſtigia: Diſſimulant callidéque declinant pericula. Injuriarum incus immobilis.

——Teneróque fugacior agno.

*To run away cowardly.* 1106.

*A crafty knave.* 1021.

*It is credible.* 1013.

*To credit.* 186.

*Not to credit.* 187.

*Of great credit.* 31.

*Of no credit.* 33.

*To be credulous.* 1005.

*To cry out.* 276.

365. **Crete, Candie, Creta.**

Arva Dictæa. —Puero cognita terra Jovi.

Gnoſſia regna. Oræ Cretææ. Creta Jovis magni medio jacet inſula ponto. Centum urbes habitant magnas, uberrima regna. Centum nobilis Creta urbibus. Centum digeſta per urbes. Tellus, terra Curetis, Gnoſſiaca, Gnoſſia, Cretæa, Dictæa, Mincia, Gortyniaca. ——Antiquis Curetum allabimur oris.

*To croſs or contradict himſelf.* 1329.

*To crucifie.* 646.

366. **Cruel, bloody, ſevere.** 554.

Tyrannus crudelis, immitis, ferus, immanis, inhumanus, ſævus, rigidus, tetricus, aſper, truculentus, importunus, ſanguineus, ſanguinarius, ſanguinolentus, cruentus, funeſtus, dirus & atrox, teter, auſterus, trux, ferox, durus, crudus, nefarius, implacabilis. Fera

&

& immanis bellua. Homo insigni, immani feritate, sævitiâ. Centauro, Gorgone immanior. Busiride, Phalaride crudelior; qui ad summam imperii potentiam, naturæ acerbitatem adjungit; summo jure agit omnia, levissimásque offensas pœnis gravissimis affligit; cujus teterrimâ crudelitate omnis barbaries superata est.

Efferus. Cupidus cruoris. Multâ cæde cruentus. Violentior æquo. Nimium feritatis in illo est. Mitius inveni quàm te genus omne ferarum. Violentus sævæque cædis avidissimus. Sævior es tristi Busiride, sævior illo, Qui lento falsum torruit igne bovem. O mites Diomedis equi, Busiridis aræ Clementes! Jam Cinna pius, &c.

*To punish one cr..elly.* 1038.

367. A cunning crafty knave.

Homo astutus, callidus, versutus, vafer, obscurus, dolosus, fraudulentus, versipellis, subdolus, insigni, summâ calliditate, astutiâ, versutiâ. Veterator callidus, variis instructus artibus & dolis, dolo plenus malo, ingenio versatili. Chamæleonte, Proteo mutabilior; Sisypho astutior. Egregius dolorum, technarum, fraudum, imposturarum, insidiarum, præstigiarum, fallaciarum artifex. Simulator & dissimulator egregius, eximius. Ad fucos faciendos, ad tractandos homines arte natus. Annosa vulpes.

—Fronte politus Astutam vapido servat sub pectore vulpem. Fallunt animi sub vulpe latentes.

*Cunning or skilful.*

368. Cupid, Cupido, Amor.

Amor cæcus, aliger. Veneris natus, filius, proles. Deus amoris ales, alatus. Cæcus & alatus, nudus puer & pharetratus. Sancte puer curis hominum qui gaudia misces. Nate, meæ vires, mea magna potentia solus. *Venus ad Cupid. Æneid.* 1. Nate patris summi qui tela Typhoëa temnis. Arma manúsque meæ, mea magna potentia, &c. *Ovid. Met.* 5. 6. Aureus, volucer, parvus, mollis, lascivus, blandus, sævus.

369. To cure and heal wounds or sores.

Vulneribus, ulceribus mederi, medicari. Vulnus obligare, deligare, alligare, fovere oleo, medicamento sanare, inducere, curare ac fovere usque dum conducatur, contrahatur in cicatricem. Cutem, carnem ulcerosam, vulnera, ægros artus, ulcera consolidare, in integrum restituere. Vulneri, ulceri, ægræ parti curationem, medicamentum adhibere, sanitatem conferre, reddere. Corpori saucio firmitatem reddere, dare.

Ille fovet vulnus lymphâ spargitque salubres Ambrosiæ succos, & odoriferam Panaceam. Medicas ad vulnera manus adhibere. Vomicas curare patentes. Medicari cuspidis ictum.

Vulneri auxilium ferre. Opem ferre vulneribus.

*To cure the sick.* 659.

370. To curse or ban.

Aliquem execrari, devovere, detestari : manibus, diis inferis devovere : diris, furiis addicere : diris omnibus atrocissimis configere, prosequi. Alicui malè precari, diras, pestem, exitium, omnia mala imprecari, exoptare. Omnes execrationes, imprecationes contra aliquem fulminare, in aliquem congerere, conferre. Execrationibus incessere, prosequi. Diris contra aliquem agere. In aliquem virus omne acerbissimæ execrationis evomere.

Verba execrantia edere, dicere. Mittere Thyesteas preces. Diis Stygiis sancire feralia vota contra aliquem. Diris agam vos, dira detestatio. Nulla expiatur victima. Capiti alicujus dira canere.

371. Antient forms of cursing. Execrandi formulæ.

Dignum factis Dii tibi exitium dent. Dii deæque te perderint, perdant, oderint. Superi, inferi perdant te. Dii te eradicent : tibi malefacient, malè vertant. Abi in malam rem. Abi hinc in malam crucem. Te perdat, tibi malè vertat magnus Jupiter. Quin tu abis in malam pestem, malúmque cruciatum. Abi quo dignus es.

Dii te summoveant orbe suo. —— Dii talem terris avertite pestem. Quod nec bene vertat. Terra tibi fruges, amnis tibi deneget undas, &c. *Ovid. in Ibin.*

372. It is a custom, or usual.

Ita more, usu fit, comparatum est, moribus hominum receptum, confirmatum. In consuetudinem, usum, morem abiit, venit. Est hoc in more, in usu positum, institutóque majorum. Serpit hæc consuetudo per omnes homines. Invaluit, obtinuit hac in re consuetudo, usus inolevit, incessit mos. Nihil usu magis tritum, receptum. Hoc usitatè, frequentissimè fit ; solet fieri vetere instituto, vulgari more, de more antiquo ; pro more, more majorum, ut plerumque fit. Non hoc insolens aut novum, sed veteri, antiquâ consuetudine usitatum & factum sæpius ; Usus recepit. In mores receptum.

373. Cybele, Rhea, Dindymene, Ops.

Mater magna, Pessinuntia, Phrygia, Deûm ; Idæa, Pylena. Dea turrita, turrigera, Mygdonia, Berecynthia. Sancta Deûm genitrix. Magna Deûm mater, materque ferarum ; Et nostri genitrix hæc dicta est corporis una. Hanc veteres Graiûm docti cecinêre poetæ, Sedibus in curru bijugos agitare Leones, &c. *Lucret.* 2. Qualis Berecynthia mater Invehitur curru Phrygias turrita per urbes, &c. *Virg. Æneid.* 6.

Dainty

D

*Dainty or nice.* 484.
*To fare daintily.* 529.

### 374. To dance.

SAltare, tripudiare, choros ducere. Choreis indulgere, dare operam. Saltatione, tripudio & choreis oblectare se. Pedes in numerum movere. Choreas agere. Tripudio gestire. Orbem saltatorum versare. Camelus saltat.

Exercere, agitare choros. —— Leves celebrare choreas. Ad numerum motis pedibus duxere choreas.

Alterno terram quatiunt pede. Pedibus plaudunt choreas. Nunc pede libero pulsanda tellus. —— Pede candido. In morem Salium ter quatiunt humum. Gaudet invisam pepulisse fossor Ter pede terram. In numerum ludere.

### 375. To be or fall in danger. 1219.

In extremo discrimine, in maximis periculis, insidiis, summo in timore esse, versari. In summum vitæ discrimen, in mortis periculum venire, incidere, conjici. In brevia & scopulos offendere, inter media hostium tela versari. Omnes suas fortunas in extremo habere. In præcipiti, in loco lubrico & ancipiti pendere. Res in extremum est deducta discrimen: ad triarios rediit. Vita in dubium venit. Tua salus agitur. In scopulum incidere quâvis Maleâ periculosiorem. In extremis penè, gravissimisq; temporibus.

——Ego perditus ensem Hæsurum jugulo jam puto jámque meo. Magnis jactari periculis: Periculosæ plenum opus aleæ tractas, & incedis per ignes suppositos cineri doloso. —Insidiis hominum pelagíque laboro.

### 376. To bring into danger.

Aliquem in salebras, in rerum angustias, in difficultates, in discrimen fortunæ, vitæ, salutis, in summum periculum compingere, compellere, cogere, conjicere, adducere, inducere, perducere, vocare, intrudere: periculis, difficultatibus subjicere, objicere, exponere. Alicui periculum creare, conflare, conficere, moliri, inferre, periculum mortis injicere. Alicujus vitam, fortunas omnes tentare, convellere. In Syrtes, scopulos, brevia, flammas, procellosum mare; Scyllam & Charybdin, hostium tela, insidias impellere, conjicere, &c.

### 377. To run into danger. 457.

Extremum periculum adire; Pericula, incertam aleam, fortunam subire; in periculum, procellas, flammas, tempestates irruere, ingredi, irrumpere, incurrere, præcipitare se ultro, sponte, volentem libentémque. Dimicationes & pericula capitis appetere ultro. Se difficultatibus involvere, temere in discrimen conjicere, in angustias redigere prudentem, in medios hostes, in media hostium

tela devovere, telis hostium objicere in præcipitium, vitæ periculum dare. Ut in fabulis Amphiaræus, sic ego prudens & sciens in pestem ante oculos positam sum profectus. Leonem stimulare; irritare crabrones. Serpentem in sinu fovere. E nassâ escam petere. Sibi periculum accersere, creare. ——Caput objectare periclis. Animas in aperta pericula mittunt, se conjiciunt, projiciunt.

### 378. To escape danger.

Periculum, pœnam, calamitatem, malum, impetum hostium, arma, tela, vim, insidias, laqueos declinare, avertere, effugere, subterfugere. Procellam temporis devitare. Ex insidiis, mucronibus hostium eripi, elabi, ex laqueis avolare, evadere, se expedire, explicare, exuere. E salebris, vadis emergere, eluctari, enavigare. Exitum reperire ex angustiis. De manibus hostium elabi, latere, tecto abscedere. Cum sarcinis enatare. Ex malis emergere. Modico flexu corporis ictum fallere, frustrare. Periculis defunctus. Scopulos prætervectus. Posthac incolumem sat scio fore me, nunc si devito hoc malum.
—Cervice securim excutere.

### 379. Out of all danger.

In tranquillo, in vado, in tuto esse. Extra periculum, telum, metum constitutus. Ab omni periculo abesse. In portu navigare. Omnis res est in vado. Nihil est quod metuam mali, quod vereâr periculi. Duabus anchoris niti. Incolumis, tectus, tutus, præsidiis septus atque munitus.

Excellere metum mea jam bona. Carminibus metus omnis abest.

### 380. To deliver one out of danger.

Malum, periculum ab aliquo, inimicorum impetus ab honore, famâ, fortunis alicujus propulsare, depellere, avertere. Periclitanti succurrere, subvenire. Aliquem ex periculis, angustiis educere, eximere, exsolvere, extrahere, expedire, ex omni hostium impetu, ex belli totius ore, ex faucibus fati eripere & conservare, cinctum periculis explicare. A gente suâ calamitatem vel suis privatis commodis redimere. Faces jam accensas ad incendium extinguere. Tectis subjectos prope jam ignes circumdatósque restinguere.

### 381. Both in the same danger.

Ambo in eadem sunt navi, in iisdem fluctibus navigant, eodem jactantur vento, in eodem versantur discrimine. Eadem utrique mala impendent. Eadem fortuna imminet, eadem periculum calamitásque instat. Æque utriusque res, salus agitur, fortunæ periclitantur, vita in discrimen venit. Eodem loco res utriusque sunt. Par, similis conditio utriusque.

*To dare one to fight*. 258.
*Dark or obscure*. 909.

## 382. To darken or make dark.

Rei tenebras, nebulas, caliginem, umbram, noctem, obscuritatem offundere, obducere, inducere, afferre, lucem eripere, obstruere. Rem obscurare, offuscare, tenebris, caligine obducere, effundere, occultare, tegere, abscondere. Tenebræ plusquam Cimmeriæ. ——Tenebras inducere terris ——Inductâ latas caligine terras occuluit. Noctem peccatis, & fraudibus objice nubem.

## 383. To hurl or throw Darts.

Intorquere jaculum. Torquere adductis hastilia tenta lacertis. ——Valido torquere hastile lacerto. Tincta venenis, scelerata succis spicula; præfixum ferro jaculum, telum vibrare, torquere in hostes, mittere, remittere, jacere. — Trementia forti Tela manu torsit. —— Lenta lacertis spicula contorqueat. ——Contortam viribus hastam Quantis ira dabat — misit in hostem. —— Jaculo quamvis distantia misso Figere doctus erat. —— Telúmque coruscat Ingens arboreum. — Tremulum excusso jaculum vibrare lacerto. ——Toto connixus corpore telum Conjicit. Intorquet summis connixus viribus hastam; viribus magnis emittit. Jaculo insignis. Jaculum excusso volat in sublime lacerto.

*A Dastard or Coward.* 364.

## 384. Day and Night.

Nocte diéque. Noctu interdiúque. Diu noctúque. Pernox, perdius. Sive die laxatur humus, seu frigida lucent Sidera. Noctes atque dies. Totis diebus.

## 385. On a set day.

Die certo, præstituto; ad constitutum, præfinitum, destinatum, præfixum, præscriptum, pactum diem, ea quæ inter nos convenit, constitutum est, pacti sumus die; quam constituimus, præfiximus; numeranda pecunia est. Rato tempore. Stato die. Hic dies dictus est nuptiis.

*All day long.* 27.
*The next day.* 874.

## 386. Deaf or hard of hearing.

Surdus, captus auribus, auditu hebeti. Qui aures hebetiores habet; audiendi sensu caret, orbatus est; nihil auribus percipit, surdet, surdescit, obsurdet, surditate laborat. Freto, æquoribus surdior. Surdaster erat M. Crassus, sed illud pejus quod malè audiebat.

Surdior ille freto, Icariis scopulis. Non saxa nudis surdiora navitis. Obseratæ aures.

## 387. A great dearth or scarcity of Provision. 344.

Propter siccitatem & sterilitatem hujus anni; propter calamitatem frugum exiguúmque proventum, magnâ rei frumentariæ inopiâ, annonæ caritate magnâ, difficultate summâ affligitur, premitur, laborat, urgetur Anglia. Annona ingravescit. Rerum omnium

Omnium caritas indies crescit. Gravi annonâ confli&amur. Tanta rerum omnium inopia est, ut non procul absit à fame. Propolarium. Dardaniorum opera qui flagellant annonam præmercando, ut cariùs vendant, retinendis frugibus, comprimendo frumentum, diligentius asservando & studiosiùs recondendo uberioris lucri spe, rerum pretia intenduntur, augentur, accenduntur triplo plus quàm æquum est; graviora justo, rei præsertim frumentariæ pretia imponuntur. Res frumentaria nos deficere cœpit.

— Sanguine multo Luxuriata fames — inattenuata manebat.

### 388. The Dearth mended, prices fallen.

Annona levatur, laxat se; Pretium remittit se, immutatum est. Largior, uberior frumenti copia provenit, suppetit. Aliunde importato frumento, uberiore novi anni proventu sublevatur fames.

### 389. To put to death. 1031.

Aliquem morte, extremo supplicio afficere, multare; capitis damnatum plectere, neci dedere; vitâ, luce communi privare; ad mortem ducere; è carcere ad palum atque necem rapere.

—Stygiæ demittere morti.

### 390. Near to death, or his end. 919.

Ætas illi ferme exacta, peracta est. Prope decursum illi vitæ spatium est; ad metam decursum est. Vitæ cursu confecto morti proximus; capulo vicinus. Extremam vitæpartem agit. Fabulam ætatis penè peregit, & tanquam histrio in extremo vitæ actu versatur. Alterum pedem in tumulo, foveâ, in cymbâ Charontis habet.

### 391. Worthy of death, or of the Gallows.

Dignus pistrino; non uno suspendio, qui non simplici suspendio pereat, cruce. Meritus es crucem.

*To raise from death.* 1048.

### 392. To debase or vilifie. 32. 334.

Alicujus dignitatem, honorem, laudes, gloriam obscurare, deterrere, minuere, diminuere, elevare, extenuare, obterere. Aliquem in tenebras, in ordinem infimum deprimere, conjicere, facilè contemnere, & ludibrio habere.

*To debate or argue.* 109.

*To set or make debate between.* 431.

### 393. To run or be in debt.

Grande æs alienum contrahere, facere, conflare. Ære alieno teneri, opprimi, obrui, immergi, deprimi, degravari, obstringi, obligari, devinciri. Pecuniam mutuam datâ fide, constitutâ die sumptam, acceptam habere, debere. In

ære alieno, in alicujus nominibus esse. Nomina facere, contrahere. Pecunias grandes creditas habere. Certis nominibus magnam pecuniæ vim alteri debere. Ex ære alieno laborare. In Scyllæo isto æris alieni freto navigare, agitari, obrui. Æris alieni magnitudine inundat. Animam debet. Debitor chirographarius.

Qui puteal, Janúmque timet, celerésque Calendas.

Quémque æris torquet mutua summa sui.

## 394. To pay his debts.

Ære alieno se expedire, levare, exonerare, exire. Nominibus suis, creditoribus satisfacere. Nomen suum creditorum tabulis eximere, de tabulâ tollere. Pecuniam debitam, creditam; æs alienum quo est astrictus, rependere, dependere, restituere, reddere, numerare, solvere, persolvere, dissolvere. Argentum creditum, nummos ad diem cumulare, optimâ fide præstare, reponere. Diem pactam, fidem sancitam propter concreditos nummos constantissimè colere, servare. Debita solvere, dependere quod debet. Nomina dissolvere, expedire, expungere. Versuram facere: *To borrow of one to pay another.*

## 395. To decay or perish with age.

Ætate, longo situ, temporis diuturnitate, longinquitate, morâ, vetustate, spatio temporis longo, ævi diuturnitate, annorum longâ serie, multis seculis, ætatibus, senio, ipso vetustatis vitio quasi exactâ periodo perire, interire, intermori, labi, collabi, dilabi, deperire, disperire, cadere, ruere, corruere, senescere, consenescere, inveterascere, occidere, desinere, labascere, mutari, dissolvi, flaccescere, evanescere, defluere, deflorescere, fatiscere, pessum abire, contabescere, deleri, aboleri, consumi, ruinam minitari, deficere, vitium facere, imminui, atteri. Ævo cedere. Morbo aut vetustate deflorescit formæ dignitas. Opere aut manu factum nihil est, quod aliquando non conficiat & consumat vetustas.

——Monumenta fatiscunt. Mors etiam saxis nominibúsque venit. Tempus edax rerum, túque invidiose vetustas, Omnia destruitis: vitiatáque dentibus ævi Paulatim lentâ consumitis omnia morte, &c. *Ovid. Met.* 15. 3. Quid non longa dies, quid non consumitis anni? Damnosa quid non imminuit dies? Omnia fert ætas. Ista decens facies longis vitiabitur annis, &c. *Ovid. Trist.* 3. 7. Edax vetustas abolevit. Innumerabilis annorum series & fuga temporum elicuit. Clara fuit Sparta, magnæ viguere Mycenæ, &c. *Ovid. Met.* 15. 42. Longis intercidit annis. Marmora Messalæ findit Caprificus, &c. *Mart.* o. 1. Tantum ævi longinqua valet mutare vetustas.

*To decay in their estate.* 989.

396. To deceive or beguile.

Aliquem astutè fallere; insidiosè supplantare, perfidè fraudare, callidè circumvenire, vastè eludere, præstigiis, sutelis; consutis, consarcinatis dolis, fraudibus, technis, omni fraude, perfidiâ decipere, illudere, ludificare, ludificari, irretire, deludere, oppugnare, in fraudem allicere, inducere, impellere, phaleratis dictis ducere. Alicui fabricas, fallacias, dolos tendere, ponere, componere, collocare, facere, struere, intendere, admovere, invenire; verborum præstigio fucum facere, imponere, verba dare. Subdolè, malitiosè ac dolosè, de insidiis, ex insidiis agere, facere quid. Cuniculos agere. Dolo malo uti. Arte tractavit hominem. Tragulam injicere, sublinere os, palpum obtrudere alicui.

——Varias innectere fraudes. Animo versare dolos. Omnibus ille dolis, atque omni nititur arte. Fallere mille modis, componere fraudes, insidiis hominum deludere mentes.

397. To be deceived or beguiled.

Astu, astutiâ, calliditate, fabricâ, blanditiis, dolis, fraudibus, fuco, promissis, imagine falsâ, specie veri, vanâ spe, technis, perfidiâ, imposturis, insidiis, fallaciis, artibus, fictis verbis, dictis fucatis, phaleratis capi, falli, decipi, eludi, deludi, fraudari, irretire, in fraudem induci: Hallucinari. Frustra, falsum haberi, esse. Impostorum artibus veteratoriis circumveniri, defraudari.

398. To deceive a deceiver.

Captatorem capere. Cum vulpe vulpinari. Imponere impostori. Malo nodo malus cuneus. Pulchrè fefellit vulpem.

399. They are deceived or mistaken. 500.

Totâ viâ, toto cœlo, vehementer errant, turpiter hallucinantur, in errore magno versantur. In errorem maximum inducuntur, impelluntur. A viâ, à veritate, à vero aberrant, digrediuntur, declinant, deflectunt, divertunt, longissimè absunt. Decipiuntur multùm, plurimùm. Opinione falluntur maximé. Aliter longè se res habet, quàm illi opinantur. Aliter sentiunt ac res est. Gravissimo errore ducuntur, tenentur. Graviter impingunt. Cæcutiunt hac in re. A recto veritatis tramite præcipites eunt. In eâ sunt hæresi ut credant, &c. Eorum vagatur animus errore. Hallucinatio crassa.

400. To ensnare or intrap one by deceit or falshood. 330. 1305.

Aliquem incautum, imprudentem insidiis, subdolis artibus aggredi, obsidere, petere, irretire, opprimere: cuniculis oppugnare, retibus implicare, in insidiis intercludere, in casses inducere, in nassam, in laqueos attrahere, insidiossimè tractare. Vitam alicujus

cujus appetere insidiis. Alicui clam insidiari; dolum, mala, insidias, periculum, perniciem nihil suspicanti machinari, nec opinanti moliri. Vitæ alicujus insidias ponere, tendere, parare, texere, comparare, componere, facere, struere. Retia distendere capiendæ prædæ. Aliena malis artibus intercipere, invertere. Emunxit pecuniâ senem.

### 401. To be ensnared or entrapped by deceit.

Per imprudentiam in fraudem duci, trahi. Perfidorum dolis, insidiatorum laqueis, adversariorum consiliis, insidiis implicari, capi, teneri, irretiri, illaqueari, impediri. Callide, astutè ab inimicis circumveniri. Alicujus perfidiâ, insidiis, artibus, fraude opprimi, in angustias cogi, in extremum discrimen adduci.

—— Captíque dolis lachrymísq; coactis. Quos neque Tydides, &c. *Virg. Æneid.* 2. Tam sæpe nostrum ——decipi quid miraris? Semper bonus homo tyro est.

### 402. A deceitful false knave. 1318.

Veterator, impostor callidus. Homo perfidus, mendax, fallax, subdolus, malitiosus, mendaciis compositus, constans, concretus lubricâ, nullâ, Punicâ, Græcâ fide, malâ fide agens omnia, fidem sanctissimam fallens.

—Dolis instructus & arte Pelasgâ. Dolorum fabricator, Qui facere assueverat candida de nigris, & de candentibus atra.

*To speak deceitfully, or equivocate.* 498.

### 403. To decide matters in controversie.

Controversiam, litem, causam, rem dubiam, controversiam ancipitem, difficilem, in quæstione positam decidere, decernere, dirimere, æstimare, expedire, finire, definire, explicare, judicare, dissolvere, componere, concludere, transigere, enucleare, enodare, dijudicare, determinare. Dubitationem omnem tollere. Nullum dubitandi locum relinquere. Nodum expedire, explicare, solvere; Tenediâ bipenni dissecare. Quod in dubium, in controversiam adducitur, vocatur, absolvere. Controversiam minuere, tollere. Locum aliquem perpurgare. Justè sapientérque disceptare aliquid.

Quo multæ magnæque secantur judice lites. Arbitrio res dirimenda meo. Magnas componere lites. Ad exitum quæstio adducta est.

*To deck or trim.* 46.
*To declare or explain.* 517.
*To decline or eschew some evil.* 909.

### 404. To dedicate a Book.

Librum, libellum in lucem, in vulgus proditurum, nomini alicujus viri præcellentis inscribere, magnæ autoritatis patrono dedicare, viri alicujus aut magnifici,

aut imprimis dilecti patrocinio, humanitati commendare. Libri prodituri primitias honoris ergo, vel amoris eximii, viro alicui aut nobilissimo, aut amantissimo sui tradere. Munus, munusculum literarium alicui consecrare, ut in ejus magni nominis autoritate acquiescat. Patere obsecro, tui celeberrimi nominis titulum operi meo velut facem prælucere

*To dedicate to holy use.* 327.
*To deface or blot out.* 208.

### 405. To defame or discredit. 151.

Aliquem traducere, defamare, infamare, diffamare, dedecorare, vituperare, onerare invidiâ, per ora hominum traducere: gravare detractationibus; linguâ venenatâ sauciare. Nomen, famam, laudem, honorem, splendorem; bonam, meritam existimationem alicujus rodere, vexare, violare, lacerare, lædere, depeculari, petere, involare, invadere; labe, maculis, ignominiâ, insigni turpitudine, dedecore, infamiâ, vituperatione, probris afficere, maculare, notare, deformare, inquinare, contaminare, aspergere, sordibus deturpare, ignominiosè notare; gravissimè, acerbissimè verbis oppugnare. Laudem alicujus criminibus proterere. In famam alterius incurrere, invehi, invadere. Alicui, alicujus existimationi, honestæ famæ, splendori conflare infamiam, dedecus offundere, imprimere, infligere turpitudinem, decus adimere, turpitudinis, infamiæ, dedecoris notas labes, maculas inurere, aspergere; famam calamitosam inducere, ignominiam inferre. Famâ iniquissimâ optimum virum onerare. De aliquo fœdissimos rumores in vulgus spargere, famosos libellos dissipare.

— Nigro carbone notare. Qui alterius famæ denigrat honorem.
—— Procul à cæcis infamia sibilat antris.

### 406. To defend his Countrey. 299. 300.

Patriam, Remp. omni conatu defendere, tueri, servare incolumem. Civium suorum incolumitatem, salutem, pacem vehementer optare, fortiter propugnare, summo studio prosequi. Pro salute Reip. magna pericula subire. Suæ gentis saluti omnem suam vim atque vitam devovere. Patriæ præsidio, subsidio esse. Patriæ patrocinium suscipere. Civitatem suam sartam tectam conservare, summis viribus protegere, ab hostium impetu armis vindicare. Saluti civium servire.

### 407. To defend ones cause. 976.

Alicujus patrocinium accipere; defensionem suscipere; fortunas defendere, partes tueri, causam recipere, sustinere, agere. Reo jacenti patrocinari, succurrere, subvenire, adesse, opitulari. Crimen ab altero propellere, amovere, avertere, propulsare. Reum, in judicium vocatum, in periculo capitis, summo

summo studio defendere. Ad causam alicujus accedere. Innocentiæ alicujus opem ferre, subvenire. Causæ alicujus præstò esse, omni diligentiâ atque studio operam dare. Clientem in suam fidem recipere.

—— Ancipitem magno discrimine causam protegere. Difficilem tenui sub iniquo judice causam. Causam rei agere, peragere.

### 408. To defend or guard.

Aliquem sartum tectum (ut aiunt) ab omni incommodo, detrimento, molestiâ, injuriâ sincerum integrúmque conservare, in fidem & clientelam recipere, suscipere, magno studio, suis opibus, autoritare sustentare, fovere, tueri, defendere, protegere, propugnare, tutari; ab injuriâ, periculo vindicare, asserere. Alicui præsidio & propugnaculo esse. Firmo præsidio & custodiâ sepire, fulcire, communire aliquem. Alicujus tutelam & patrocinium suscipere; fortunas propugnare, à partibus stare. Ab aliquo periculum propulsare, injuriam depellere. Tenuiores ab injuriis prohibere. Acerrimus propugnator & patronus.

### 409. To defile or pollute.

Contaminare, inquinare, polluere, fœtare, maculare, commaculare, coinquinare, turpare, deturpare, conspurcare. Labem afferre, aspergere. Labe, maculis aspergere, inficere. Maculam imprimere. Sordibus inquinare, corrumpere, deformare, vitiare, violare, &c. spurcum, fœdum, turpem, immundum reddere.

### 410. To be defiled.

Labe, maculâ, sordibus, turpitudine fœdari, inquinari, obduci, infici, corrumpi, sordescere, deformari, &c. Inquinamentum, vitium, maculam, labem, sordes contrahere, concipere. Maculis suffundi. Squalore obduci.

*To deflower a Maid.* 132.
*Deformed or ill-favoured.* 711.
*To degenerate from his Ancestors.* 81.

### 411. To degrade or depose from dignity.

Ex honoris possessione ejicere. Honore, dignitate, ornamentis, munere, officio, magistratu abdicare, privare, spoliare, deprivare, orbare, exuere. Ab imperio, à præfecturâ, ordine, tribu, gubernaculis, dignitate, gradu, sede, loco, Rep. movere, removere, amovere, summovere, deponere, repellere, dimittere cum ignominia. De Reip. præsidio, de summo gradu, fastigio dimovere, deturbare, dejicere. Ab excelso loco deturbare, detrudere. Magistratum, imperium, potestatem & autoritatem alicui eripere, adimere, abrogare, detrahere. Albo Senatorum eradere. Statu movere atque deprimere. Ex Senatu, ex curiâ ejicere. In ordinem cogere, redigere. De superiore in inferiorem locum movere. Sceptris excutere. Regno pellere.

## 412. To be degraded. 522.

Ex altiſſimo dignitatis gradu, ſummo honoris faſtigio, culmine deturbari, præcipitari, delabi, dejici, decidere ad infimam conditionem. Omni honore, omnibus dignitatis ornamentis quibus antea fruebatur privari, ſpoliari, orbari, carere. Capite minui, diminui. Principatus, imperii jacturam facere. Majeſtatem regni amittere.

*To dehort.* 442.

## 413. To delay, defer, proceed ſlowly. 653.

Negotium, rem quotidie procraſtinare, proferre, longiùs ducere, prorogare, producere, protrahere indies, extrahere, differre, prolongare. Morari, cunctari. Moras quærere, nectere, injicere. Moram interponere, facere. Procraſtinare. Lentiùs, ſegniùs agere. In craſtinum, in poſterum, in aliud tempus rejicere, referre, remittere. Suſpenſo, teſtudineo gradu, tardiùs moveri, progredi, procedere, ire. Differre de die in diem. Diem de die, ex die ducere, prolatare. Nihil promovere. Parum procedere. Dilationibus, prolatationibus negotium retardare, ſuſpendere, ampliare. Comperendinare. Remorari: Mora ubi trahitur, trahit periculum. Podagroſi eſtis, & viciſtis cochleam tarditudine.

Moliri moram. Ne te venturas differ in horas. Ire velut qui Junonis ſacra ferret. Quæ vos tam ſera moratur ſegnities? tam ſegnis retinet mora? Morandi cauſas innectere. Da ſpacium, tenuemque moram.

## 414. To yield one delight or pleaſure.

Magnopere, valde delectare, oblectare. Animum alicujus ſuavitate, jucunditate, voluptate demulcere, oblectare, explere, afficere, perfundere, reficere. Summam jucunditatem, non mediocrem voluptatem alicui afferre, objicere: Oblectamento, voluptati eſſe. Magnâ dulcedine ſenſus movere. Delectatione ſumma retinere. Literæ tuæ me incredibiliter delectârunt.

*To do deliberately.* 53.
*To delight in pleaſures.* 979.
*To deliver out of priſon.* 1012.
*To demand or ask.* 123.
*To demoliſh a houſe.* 695.

## 415. To deny a thing, or diſaffirm.

Præcisè, liquidè, palam negare, denegare, abnegare, pernegare, inficiare, refragari, inficias ire. Nullo modo concedere, dare, agnoſcere. Diffiteri, fortiter negare. Quâ linguâ abjurat, quæ dudum confeſſa eſt mihi? Minimè gentium. Notitiam pars eſt inficiata mei.

## 416. To deny ones requeſt.

Aliquid alicui negare, denegare, abnuere, renuere. Petitioni, precibus, votis alicujus refragari, reſiſtere, minimè aſſentiri, cedere, repugnare. Alicujus petitionem; preces repellere, repudiare, non audire, averſari, non concedere. Orantem à ſe dimittere triſtem;

re infectâ, minimè voti compotem præterire. Expectationem petentis, supplicantis frustrari. Surdas aures oranti præbere.

Obseratis auribus fundis preces. Dare repulsam. Non saxa nudis surdiora navitis. Votísq; tuis tua forma repugnat. — Mea dicta negat duras demittere in aures. ——Tristi damnavit vota repulsa.

## 417. To be denied.

Precibus apud aliquem nihil proficere. Repulsam ferre, pati. Non impetrare quod petiit.

Precibus, blanditiis agitur nihil. Deum invocat heu frustra. Non profecturas tendebat ad æthera palmas. Quis non altaribus illis irrita thura dabit? *Ovid.Met.* 7. 35. Talia nequicquam toto Venus anxia cœlo Verba jacit superósque nihil movet. —— Deus opposuit nostris sua numina votis. ——Nulli exaudita deorum vota precésque meæ. – Mea pro nullo pondere verba, vota cadunt.

## 418. A Den or Cave.

Antrum, specus, spelunca, lustrum, caverna, cavea, spelæum. Latebrosa rupium cavamina. Latibulum, latebræ ferarum. Metuenda ferarum spelæa. Horrendum, invisum cœlo specus. Specus latebrosa. Specus — Efficiens humilem lapidum compagibus arcum, uberibus fœcundus aquis; Sylvis & vimine densus. Spelunca alta fuit, vastóque immanis hiatu, magno submota recessu; facies quam dira tegebat solis inaccessam radiis. Antrum – Arte laboratum nullâ; simulaverat artem ingenio natura suo: nam pumice vivo, & levibus tophis nativum duxerat arcum. Excisum Euboicæ latus ingens rupis in antrum: Quo lati ducunt aditus centum, ostia centum, &c. *Virg. Æn. 6. de antro Sibyllæ.* Deserta ferarum lustra. Cæcæ, ingentes cavernæ. — Domus ardua montem perforat, & longo suspendit Pelion arcu. Subter — cavis grave rupibus antrum. It vacuum in montem.

## 419. To depart or go from a place.

A loco decedere, recedere, abire, migrare, digredi, proficisci, secedere, commigrare, se movere, commovere, corripere, subducere, pedem efferre.

Aliò, in alium locum commeare, demigrare, concedere, se recipere, conferre. Sedem, locum mutare, deserere. Alium locum, alias sedes petere, quærere. Sarcinas colligere, componere. Solum vertere. Habitaculum, domicilium commutare, movere; alibi, alio in loco constituere, figere. Sedes notas relinquere. Auferte hinc. — Terras alio calentes sole mutamus. Invitus, Regina, tuo de littore cessi.

Discessum, reditum alicui prohibere, præcidere, intercludere, obstruere. Impedire nequis discedat: *To hinder ones departure.*

## 420. To depend or rely upon. 1320.

Ab aliquo pendere. Aliquo,

aliqujus fide, opibus, autoritate niti, quasi adminiculo niti. Tuo fretus auxilio sum. Te, in te spectamus unicum, te perfugium, aram quò confugiamus; positam in te spem, repositam habemus. In tuâ autoritate, fide acquiescimus. Sub umbrâ tuâ delitescimus. Tuis fulti, suffulti opibus ac potentiâ sumus. In te omnes nostræ spes opésque sitæ sunt. Cujus humeris, cervicibus Resp. ut Atlante cœlum sustinetur.

*To depose or degrade.* 411.
*To be deposed.* 412.

## 421. To depopulate or spoyl a Countrey.

Oram aliquam, tractum, agros hostium, omnem regionem, omnia hostili more, bello, flammis, ferro, cæde, incendiis, rapinis populari, depopulari, vastare, devastare, vexare, delere. Ferro & flammâ longè latéque grassari. Agrum cultissimum in solitudinem, in fumum & cineres redigere, vertere, ad exitium, ad vastitatem vocare. Omnem terram, loca omnia spoliis exinanire, rapinis exhaurire. Prædas ex hostico maximas agere: conterere, atterere, affligere, pessundare, conculcare & dissipare, diripere omnia.

*To desire much, or long for.* 809.
*To grant ones desire.* 634.
*To fight desperately.* 557.

## 422. To despair, or be out of all hope.

Despondere animo. Ab omni spe derelinqui, destitui. Rebus suis penitus diffidere. Nullâ spe niti. Animo demisso, fracto, extrema expectare omnia. Animo dejici, deficere, frangi, elanguescere, cadere, succumbere & cedere fortunæ. Non habere ne spei quidem extremúm & commune solatium. Se abjicere, ac veluti desperatione perculsum humi jacere. Spe deploratâ confici, nihil spei est reliquum. Spes omnis abiit, evasit, decessit, erepta, adempta est, me frustrata est. Ad restim, ad laqueum res rediit planissimé. Ne in fundo spes. Clypeum, hastam abjecit. Simul animus cum re concidit. Desperatio animum occupavit, invasit. Ad summam desperationem res pervenit. Efflavit animam spes.

*To despise.* 334.
*To be despised.* 335.
*To make one despised.* 336.
*To despise worldly things.* 1431.

## 423. It is or was destined.

Fatorum legibus decretum, ita sancitum est.

Esse quoque in fatis reminiscitur. ——Ratus ordo Deûm miscere, &c. ——Sic fata mihi nigræque sororum Juravere colus: Manet hæc ab origine mundi Fixa dies bello. ——Duris sedet hæc sententia Parcis. Sic Jovis imperium & nigræ voluere sorores. Non hoc mortalibus actum Credite consiliis; hos ferrea neverat annos Atropos. Finis adest juveni non hoc mutabile fatum.

## 424. The three Destinies.

Parcæ. 3. *Clotho, Lachesis, Atropos.*

Parcarum numina. Adamantina jura sororum. Deæ, sorores fatales, fatidicæ, faticinæ, triplices, lanificæ, severæ, immites, tristes, rapaces, veraces, nigræ. Ruperunt tetricæ cum mala pensa Deæ. — Rumpere divi Ferrea non possunt veterum decreta sororum. Non ventura vincere fata præmoniti potuere Deum. Quæque ratum triplici pollice netis opus. —Quæ dispensant mortalia fata sorores: Stamina —impresso fatalia pollice nentes.

*To work or procure ones destruction.* 862.
*To determine or purpose.* 172.
*To detest or hate.* 655.
*To detest or abhor.* 4.
*To destroy a Town.* 130.

## 425. To detract from, or lessen ones worth or merit. 392. 405.

Injuriosè aliquid de famâ alterius detrahere: de laudibus, de fide derogare. Alicujus laudes obterere; res gestas verbis extenuare, elevare; splendori tenebras offundere; celebritate nominis invidiam conflare; honorem debitum detrahere; famam, autoritatem, existimationem minuere, diminuere; laudibus, & laudes obtrectare. Malignè laudare. Vellicare, mordere, obloqui. Dignitatem alicujus violare, lædere, imminuere, oppugnare, offendere; injuriâ, damno afficere. De honore alicujus, dignitate adimere, minuere, auferre. Probitatis opinionem alicui detrahere. De laude alicujus parciùs dicere, malignè loqui. In laudando pro meritis malignus. Benefacta malignè detrectare. Dente Theonino circumrodere.

*To devour.* 478.

## 426. Diana, Phoebe, Cynthia.

Delia, Trivia, Titania, Latonia, Latois, Dictynna, Lucina. Rite maturo aperire partus lenis Ilythia. Tu Lucina dolentibus Juno dicta puerperis, Sylvarum potens. Nemorum custos, cultrix lucidum cœli decus, &c. *Hor. Carm. Sæc. & lib. Carm.* 1. 21. O Latonia maxima, magna progenies Jovis, *&c. Catull. hymn. in Dianam.* Dea venatrix, jaculatrix; succincta, pharetrata, casta, innupta, noctivaga. Virgo potens nemorum. Latonigena. Diva, dea Thoantæa; Orestæa, id est, Diana Taurica.

*To defer or delay.* 413.
*Very different or unlike.* 1350.

## 427. To digress from the purpose, impertinent. 1042.

A re, à proposito, à propositâ re, à causâ, à scopo, ab instituto sermone digredi, recedere, aberrare, declinare, deflectere, delabi, dilabi, divertere, vagari. Extra propositum divagari. Transilire suos limites. Extra chorum saltare. Extra callem. Nihil ad Mercurium,

ad

ad Bacchum, ad versum, (quod aiunt) ad rem. Extra oleas ferri; Aliena tractare. Longiùs ab instituta re discedere. Causæ cardinem non attingere. Deerrare ab eo quod cœpimus exponere. Terminos præscriptos transgredi. Institutum deferre. Proposito aberrare. Latiùs expatiari, quàm propositæ rei angustiæ patiantur. Ultra præscriptos terminos expatiare. Ultra septa transilire. Ea nugari, de iis multum verborum effutire, quæ ad rem præsentem nihil attinent, quæ à re quam proposuit quis, aliena sunt; quæ longè discrepant ab iis quæ sunt proposita. De re vehemēter absurda atq; aliena, quæq; nullâ vicinitate pertinent ad id de quo agitur, verba permulta facere. Oratio longiùs provecta est, quam proposita ratio postulet. Sed quò feror? quò rapior? quò delapsus sum? quò me rapuit ardor? quid ad illas ineptias abis? Non est hujus temporis aut loci. Nunc non est narrandi, dicendi locus. Neque cœlum neque terram attingit.

Quò nunc se proripit ille? Aliquid interponere. Quod non proposito conducat & hæreat apté.

*To dilate.* 771.

## 428. To be diligent or careful in a business. 243.

In re aliquâ summan, omnem diligentiam, industriam, sedulitatem præstare, adhibere; multum, plurimum studii ac diligentiæ impendere collocare. Summâ cum vigilantiâ, curâ, assiduitate, studio, negotium, opus aliquod administrare, perficere. Diligenter, studiosè, sedulo rem gerere, procurare. In rem aliquam totum, strenuè, toto animo, pectore; cogitatione curaq; incumbere. Omni contentione animi, curâ singulari adhibitâ suas res agere. Excubare animo. Eniti sedulo. Curas & cogitationes omnes in rem aliquam conferre. Omnem segnitiem & socordiam abjicere, excutere. In eâ re evigilaverunt curæ & cogitationes meæ. Homo gnavus, acer, industrius.

*To diminish a sum.* 2.

## 429. To disagree or dissent from. 24. 129.

Ab aliquo dissentire, dissidere. Longè secus, longè diversum, multò aliter, aliud ac planè contrarium sentire, statuere. Longè alia mihi mens est. Alterius voluntati, sententiæ repugnare, adversari reclamare vehementer. Ab alterius opinione, consiliis discrepare. Næ iste haud mecum sentit. Hæc illi mecum non conveniunt. Opinionum dissentione ab aliquo discrepare. Vide quid differat inter meam opinionem ac tuam.

— Longè mea discrepat istis
Et vox & ratio. Discors sententia.

*To disarm.* 115.
*To disburse charges.* 1200.
*To discharge an office well.* 916.
*To discharge or quit.* 9.
*To disclaim or abandon.* 1.

## 430. To discomfort the afflicted. 640.

Animum conturbatum, ægrum, languentem novis doloribus cumulare,

mulare, frangere, debilitare, conficere, vexare, torquere, affligere, cruciare, excruciare, desperatione opprimere, obruere. Hominis calamitosi dolorem, ægritudinem, molestiam, solicitudinem, curam, anxietatem, angorem, miseriam augere, intendere, exaggerare, exacerbare, refricare. Afflicto, jacenti omne solatium, omnem consolationem, spem adimere, eripere, præcidere, auferre; ipsum spei extremum & commune solatium tollere. Homini dejecto minuere, diminuere spem.

Hominis miseri malis cumulum desperationis addere. Sopitos ægritudinis & doloris ignes suscitare. Unguis in ulcere.

Vulnera —— immitis requiem quærentia vexat,&c. *Ovid. in Ibin.*

– Calcâsti qui me violente jacentem.

### 431. To make discord or debate between men.

Lites, turbas, discordiam, dissentionem, altercationes, jurgia serere, concire,concitare, movere, commovere. Amicitiam, concordiam, consensum mutuum, fraternam conjunctionem & conspirationem bonorum; jucundissimam vitæ societatem tollere, discindere, dissolvere; fictis sermonibus & falsis criminationibus dirimere, labefactare, convellere. Amicos concordes, socios amantissimos distrahere, inter se committere. Contentionum scintillas excitare, accendere, alere. Discordiæ venenum, virus inter amicos spargere. Te, tuam voluntatem à me alienârunt, abalienârunt, & me immutârunt tibi. Sedant ut auster mare. —— Unanimes armare in prælia fratres. Atque odiis versare domos. Disjice compositam pacem, sere crimina belli. Te fingente nefas, &c. *Mart.* 7. 23.

*To be at discord with one.* 520. 493.

### 432. To discover hidden things. 199.

Rei tenebris obductæ, obrutæ, coopertæ lucem afferre. Opertas res; latentia, abscondita in medium, in apricum, in vulgus proferre, provulgare, divulgare, patefacere, detegere; illustrare ingenii radiis, in lucem producere, edere, emittere. Occultum aliquid ex umbrâ,angulis ad solem, in solem, splendorem lucis traducere. Quæ diuturnâ obscuritate latuerunt aperire, indagare, invenire, ex tenebris eruere; liberare, vindicare ab oblivione; ex antiquitatis vetustæ ruderibus prodere, expedire & proponere ob oculos. Indicium facere latentis rei.

Quicquid sub terrâ est in apricum proferet ætas. ——Ignotas efferre sub æthera voces.

### 433. To be discovered or come to light.

Ex tenebris erumpere, emergere. Foras, in solem, in lucem, in vulgus prodire, exire, emanare. Elucere & vulgo innotescere. Discussâ caligine oculis omnium obversari, objici.

*To discover or find out.* 1341.

To

*To discover or disclose secrets.* 199.

## 434. To discourage or dishearten.

Deterrere, exanimare, perterrefacere. Languorem, timorem afferre, incutere alicui; Amicis minuere, adimere omnem spem. Alicujus animum metu debilitare, dejicere; frangere, infringere, enervare; studia restinguere; animi magnitudinem inflectere, inclinare.

## 435. To be discouraged.

Animo cadere, considere, deficere, elanguescere, debilitari. Non modo pennas, aures, auriculas demittere, ——Ut iniquæ mentis asellus, Cùm gravius dorso subiit onus; sed & animum abjicere, dejicere, contrahere, ab animi præstantiâ desciscere. Decidit illi animus in pedes. Animo esse fracto, perculso, debilitato, afflicto, demisso, abjecto; fractum, perculsum, &c. esse. Periculis animum submittere.

*To discourse at large.* 771.
*To discredit or defame.* 405.
*Discreet or wary.* 1375.
*To be diseased or sick.* 1158.
*A disease incurable.* 1156.
*To disgrace one.* 392.

## 436. To be disguised.

Vultu simulato, fictitio; larvatum, personatum incedere. Larvam, faciem histrionicam, vultum novum, mentitum induere, assumere, fingere.

Pallas anum simulat, falsósque in tempora canos Addit. —— Faciem mutatus & ora.

## 437. To disinherit the right Heir.

Verum hæredem, filium, hæredem institutum fallere, decipere, circumscribere, circumvenire, exhæredare; agris, patrimonio prædiis fraudare, spoliare, exuere, privare; ex suis bonis, possessionibus, ex fundo suo, fortunis, sedibus exturbare, deturbare, pellere, depellere, expellere, excutere, ejicere, amovere; ab hæreditate summovere, jure hæreditatis privare. Hæredis bona, opes, copias, fortunas diripere, depopulari, dissipare, auferre, vi eripere, armis extorquere. Hæredi bonis paternis interdicere.

*A dishonest thing.* 1348.
*To dismay or astonish.* 133.
*To be dismayed.* 134.

## 438. To disobey. 1221.

Jussa alicujus, mandata, imperata, imperia detractere, negligere, abnuere, contemnere, respuere, non facere. Imperanti non auscultare, non parere; contumacem, minùs morigerum se præbere. Dicto non audiens. Jussis, dictis repugnat, parere recusat.

*A disobedient cross fellow.* 1221.

## 439. To disorder things.

Ordines turbare, perturbare, invertere, dissolvere. Rebus perturbationem & confusionem afferre.

*To dispatch a business.* 235.

To

*To dispense with.* 167.
*To displease or offend.* 911.

440. **To incur mens displeasure or ill will.** 911.

In odium, invidiam, reprehensionem incurrere. Omnium studia, animos, omnes omnium voluntates à se alienare. Ob animi improbitatem, ob vitam infamiæ notis maculatam; ob mores perversos atque protervos malè apud omnes audire. Suâ negligentiâ, improbitate hominum voluntatem in se retardare; conceptam de se opinionem minuere, reprehensionem mereri; civium inimicitias, inimicorum multitudinem suscipere, odia civium in se convertere, odio bonorum irretiri; in populi offensionem irruere. Capiendi mihi sunt inimici omnes homines.

*To dispose things in order.* 932.
*To dispraise.* 405.
*To disprove by arguments.* 322.
*To dispute.* 109.
*To be disquieted with cares.* 244.

441. **To dissemble or feign.** 703.

Aliud agere, dicere, aliud simulare. Aliud obscurè moliri, aliud spe ac specie simulationis ostentare. Multis simulationum involucris tegere, & quasi velis quibusdam obtendere naturam suam, suum propositum, institutum. Fronte occultare sententiam. Aliud in linguâ promptum, aliud clausum in pectore gerebat. Alterâ manu fert lapidem, alterâ panem ostentat. Coram blandiri, laudare: Clam obtrectare, vituperare. Palam amicos agere: Clanculum lædere, mordere. Ex eodem ore frigidum pariter & calidum efflare. Aliud vultu significat, præ se fert: Aliud sentit, aliud latet in animo: Ut remiges aliò spectant, aliò impellunt ratem. Vultum fingere. Omnia simulare egomet imperavi mihi; is quæstus est nunc longè uberrimus. Frons, oculi, vultus persæpe mentiuntur, oratio verò sæpissimé. Simulationis artificio eruditus.

*To dissent.* 429.
*A dissolute young man.* 467.

442. **To disswade or dehort.**

Ab instituto, incepto, cœpto, proposito, re propositâ, sententiâ dehortari, dissuadere, abducere, avertere, avocare, deterrere, absterrere, deflectere, dimovere, argumentis deducere, dimovere, in adversam partem traducere, pertrahere. A consilio retrahere, avellere, de sententiâ movere, transversum agere. Alicujus sententiam firmam, consilium deliberatum suadendo labefactare, convellere. In diversum tibi autor sum.

*To be in distress.* 1219.
*To distrust, not to believe or credit.* 187.
*To disturb or hinder.* 679.
*Very divers or unlike.* 1350.
*To dive.* 1257.

443. **To divide or part.**

In partes, membra, genera dispertire, dividere, distribuere, secare, dissecare, digerere, tribuere, distrahere, partiri, divellere, distinguere, dirimere, discindere, derivare,

vare, deducere, dissolvere, partiri, dividere. Divisione, partitione, dissecando, dirimendo, discindendo plura ex uno facere, ex uno nata, orta plura sunt.

Congeriem secuit, sectámque in membra redegit. Æqua sit mihi tecum pars. Itidem tibi ut mihi sit. Curemus æquam uterque partem. *To divide equally.*

### 444. To divorce or put away his wife.

Uxorem repudiare, dimittere, missam facere, deserere & segregare à se. Uxori nuncium, repudium remittere; repudium renunciare. Divortium facere. Sacrum conjugii, Matrimonii nodum abrumpere. Matrimonium, tori & mensæ consuetudinem rescindere, dirimere. Uxorem, suas sibi res habere jussit. Discessio facta est.

Uxor à viro discedit, divortium facit, repudiat virum.

*The wife leaves her Husband.*

*To divulge.* 1326.

### 445. To do or perform his charge. 916.

Negotia sibi commissa, commendata, jussa, mandata, imperata exequi, perficere, conficere, peragere, transigere, curare, rectè curare. Mandatum negotium optimè gerere; ex animi sententiâ conficere, absolvere, ad exitum optatum perducere, perficere, effectum dare. Mandatum, provinciam gnaviter obire. Præstare quæ mandata sunt sedulò, summâ fide industriâq; Fungi suo munere, perfungi officio, pensum absolvere. Partes suas laboris, pensum, opus demandatum, opera constituta, debita, consueta peragere. Receptum officium persolvere. Consulatum summâ cum laude gessit. Officii sui partes implere. Officium suum colere.

*How do you?* 534.

### 446. To dote or grow foolish. 571.

Desipere, delirare, ineptire, repuerascere; mente, animo excidere, capi. Levi dementiâ laborare. Facile errare, labi, falli, decipi. Bis puer. Delirantium somnia.

Claudicat ingenium, delirat linguáque, ménsque; mentis inops longáque venis confecta senectâ, & nimium vixisse diu nocet.

### 447. To dote upon, be fond of, or cocker too much.

Pater plus æquo amantior suorum; paulò facilior & lenior in suos; nimio plus indulgens; indulgentiâ plus nimiâ suos liberos amplecti, ut simia catulos. Propter indulgentiam in deliciis, vitâ suâ chariorem habere; in sinu fovere, habere.

### 448. To shut, bar, lock doors or gates.

Fores, januam, ostium, portas, valvas claudere, occludere, præcludere, serare, obserare; pessulo, obice, serâ claudere, firmare, munire, perstruere. Pessulum obdere. Pessulo prohibere aditum.

Seram opponere ingressuris. Ostium oppessulatum.

——Ful-

—Fultos emuniit obice postes, ostium æréi claudunt vectes.

449. To open doors or gates.

Ostium, portus, &c. aperire, reserare, adaperire, recludere, pandere. Januam relaxare.

——Portas præbere patentes. Panditur domus. ——Patet atri janua Ditis.

*To go out of doors.* 7.

*To thrust out of doors.* 1287.

450. To doubt or waver.

Dubitare, addubitare, subdubitare, ambigere, timere ac seipsum subinde revocare, sibi diffidere. Animo fluctuare, laborare, hærere, hæsitare, vacillare, labare, nutare, pendere, æstuare, titubare, alternare; suspenso, dubio, perplexo, ancipiti & incerto est. Huc & illuc inclinare, vacillare. In ancipitem cogitandi curam incidere. Ad metas hærere. Ita implicatus teneri, ut expedire se aut explicare consilium suum non possit. In ambiguo, inopem consilii, anxiis cogitationibus æstuare. Animi pendere; dubius, incertus esse. Diu multúmque dubitare, in sententias ancipites distrahi, assentionem retinere, ab assensu omni se sustinere, suam sententiam suspendere, nulli rei firmiter assentiri, adhærere. Ambiguum, anceps, incertum consilium est mihi. Quod consilii capiam, utram me in partem dem, quid agam, quam insistam viam, quò me vertam ignoro, nescio, incertum est. Utrinque ita multa succurrunt, ut difficilis admodum sit, perobscura, minime expedita, explicata, certa, facilis, aperta deliberatio. Animus in dubio est, hæret, æstuat, &c. Paulo momento huc illuc impellitur; in contrarias, diversas partes ancipiti curâ jactatur, variatur, distrahitur; errore vagatur, nec habet quid prosequatur, ubi consistat.

—Quid sequar in dubio est. Utque carina, Quam ventus ventóque rapit contrarius æstus, Vim geminam sentit, parétque incerta duobus, &c. *Ovid. Met.* 8. 4. Incertæ magna est discordia mentis. Animo nunc huc, nunc fluctuat illuc. Incipit & dubitat, &c. *Ovid. Met.* 9. 11. Et libet & timeo; nec adhuc exacta voluntas Est satis, in dubio pectora nostra labant. Et cupit, & quid agat non invenit; utque securi Saucia trabs, &c. *Ovid. Met.* 10. 9. Pectore sensus Vertuntur varii.

451. To raise doubts or make one doubtful.

Nodos stringere. Scrupulos, curam ancipitem injicere. Multam alicui dubitationem afferere. Rem in dubium, quæstionem vocare; impeditam, incertam reddere. Aliquem suspensum tenere, detinere; incertum reddere. Lites serere.

452. A doubtful questionable litigious Case.

Res conversa & plena dissensione inter doctos; Impedita, ambigua, implicita, suspensa, incerta, in dubio, controversiâ, quæstione posita, litigiosa, controversiis

 impli-

implicata; quæstionis est, immensæ quæstionis; in quæstione, controversiâ versatur & contentione; in controversiam vocatur, venit; habet aliquid quæstionis; de quâ nihil certi statui, definiri potest; inter eruditos magna digladiatio est. Propter difficultatem in medio relinquitur; existit hoc in loco quæstio subdifficilis, perdifficilis & obscura. In magnâ quæstione habent Philosophi hanc rem. Existunt controversiæ ex hac re.

Grammatici certant, & adhuc sub judice lis est.

*To resolve doubts.* 403.

*To speak doubtfully or equivocate.* 498.

### 453. To deal doubly or play on both sides.

Prævaricari. Inter utramque partem fluctuare, claudicare, huc & illuc nutare; animum dubium habere. Utrisque partibus favere, studere. Tanquam paribus ponderibus utramque partem examinare, librare. Ambidexter, homo fallax & perfidus, partium duarum verbo studiosus, neutri fidus re; Ita dubius mediúsque partibus, ut ex usu suo agere omnia, & insidiari temporibus videatur.

— Animum nunc huc nunc dividit illuc, In partésque rapit varias.

Homo medius, neutrarum, nullarum partium, neutri favens, sibi soli sapiens. *A Neuter.*

*To look downward.* 813.

*To draw near.* 104.

*To draw a Sword.* 1259.

### 454. To dream.

Somniare, in somnis videre. In somno, somnis, per quietem; somniis, insomniis, nocturnis visis, terriculamentis, phantasmatibus illudi. Ludificari. Ludibriis nocturnis terreri, commoveri, infestari. Videre dormiens mihi visus sum. Somnium mihi per quietem occurrit. In somnis mihi species objecta est immanis statuæ.

——— Simul ac avolantia vidit, &c. *Ovid. Met.* 11. 10. Morpheus ——— vanâ deludit imagine mentem.

### 455. To dress himself neatly, trimly. 97.

Corpus colere; Formam excolere; corpori dignitatem, venustatem conciliare; vestium ornatu, vestium nitidissimarum cultu ornare se. Nullius ornamenti expers corporis cultus.

——— Formam divite cultu Augebat. In umbrâ Indulgere sibi, formámque augere colendo.

### 456. To drink away cares, make merry.

Vino, bibendo, comessando, curas, angores animi, anxietatem, & solicitudinem diluere, delinire, depellere, inter jocosi munera Liberi. Vino largiore uti ad animum remittendum.

Explicui vino contractæ seria frontis. Curas metúmque juvat

Dulci

Dulci Lyæo solvere. Bibendo curas jugulare. ——Nunc vino pellite, depellite curas. Cura fugit, multo diluitúrque mero. Compescere dolores vino. Dissipat Evius curas edaces. ——Amara curarum eluere efficax; neque mordaces aliter diffugiunt solicitudines. Ebrietas solicitis animis onus eximit.——Omne malum vino cantúque livato Informis ægrimoniæ dulcibus alloquiis. Jovem memorant diffusum nectare curas seposuisse graves. Albus ut obscuro, &c. Sic tu sapiens finire memento Tristitiam vitæque labores molli mero, *Hor. Carm.* 1. 7. ——Vina levant curásque sitimque.

*To drink healths.* 250.

## 457. To drown a thing.

Aquis obruere, opprimere, deprimere, demergere. Mergere. Undis suffocare, abolere. Aquis inanimis exanimandum, fluctibus jugulandum, gurgitibus absorbendum, devorandum epulandúmque piscibus dare, tradere.

Spargite me in fluctus, vastóque immergite ponto. Submergere; submersos obrue ponto. — Mediis effundere in undis. Liquidas projecit in undas præcipitem. In mare præcipitem puppi deturbat ab alta. Æquoreis dare piscibus escam. Imo, medio sub æquore mergere. — E scopulo subjectas misit in undas.

Maxima pars undis rapitur. Æquor Merserat adversis ora natantis aquis. *To be drowned.*

## 458. To drown himself.

In mare, æquor, aquas, undas præcipitare, præcipitare se, præcipitem dare se. Præceps sese saltu in flumen dedit.

Mittere operto se capite in flumen. — Suppositas immittere corpus in undas. Séque super pontum nullo tardata timore Mittit. Toto præceps se corpus in undas Misit. —Præceps aerii speculâ de montis in undas deferat.

*Drowsie.* 1184.

*To drudge.* 767.

## 459. To be drunk.

Immodico, largiore, nimio potu, vino obrui, capi, madere, opprimi, confici, onerari, mergi, enervari, obruere se. Bacchari præ ebrietate. Bibere usque ad insaniam. Bacchi eum furor cepit. Capite captus est. Sacram facere Baccho sui capitis, cerebri victimam. Merum, potum ingurgitando, ebrietatem, cerebri vertiginem, dementiam contrahere. Perpotare donec neq; pedes neque mens satis officium faciant. Largius, intemperantius bibendo, nimium indulgendo poculis mente alienari. Turpissimè inebriari. Ebrius, temulentus, vino confectus, languidus. Paulò plus potus es, adbibisti. Vicit te vinum.

— Nimio se mergere vino. Multo insanus Iaccho. ——Valido titubantia vino Membra movens, dubii stántque labántque pedes. Multo perfusus tempora Baccho. Gravatum vino caput.

## 460. To make one drunk.

Poculis majoribus, largiore vino inebriare, conficere. Meraciore flore Libyco percutere, deponere, ebrium humi sternere; ad ebrietatem, amentiam adigere, mentem adimere.

## 461. A common Drunkard, Tipler, Pot-companion.

Homo ebriosus, vinolentus, bibax, bibacissimus, vino deditus; vino & perpotationibus intemperatissimis confectus, enervatus. Devotus Bacchi antistes. Popino, popinator, perpotator immodicus, intemperatissimus. Qui dies noctésque poculis indulget, vinum ingurgitat, tabernas incubat & popinas; vitam compotationibus impendit, perpotandis transmittit; natus videtur ut bibat, non ut vivat.

Potores bibuli mediâ de nocte Falerni:——Cui sunt multo tempora quassa mero. Hesterno inflatus venas, ut semper Iaccho.

## 462. A dry time or season.

Nimio, flagrantissimo, immodico æstu, ardore solis arescunt fontes & flumima; aborsum tellus facit; fruges & fructus corrumpuntur, aduruntur omnia.

——Siccis Aer fervoribus ustus Candet. Corripitur flammis tellus, Fissáque agit rimas, & succis aret ademptis. Pabula canescunt, cum frondibus uritur arbor, Materiámque suo præbet seges arida damno, &c. *Ovid. Met.* 2. 1.—Inachios haurit sitis arida campos. Diffugere undæ, &c. *Stat. Theb.* 4.

*To fight a Duel.* 281.

## 463. Dull, blockish, a dunce.

Obtusus, hebes, plumbeus, stupidus, tardus, bardus, indocilis, pinguis, crassus, caudex, truncus atque stipes. Ingenio hebeti, obtuso, &c. segni, angusto. Homo iners; ingenii expers, inopiâ, penuriâ laborans; cui sensus est hebetior, tardior, animi acies obtusior, nullius acuminis; asino, stipite stupidior, Abderiticus, Democriti patriâ dignus; auribus tardis, hebetibus, agrestibus, stolidis & planè asininis. Pecus. Quæ potest esse in ejusmodi trunco sapientia?

Bœotum in crasso jurares aëre natum. Abderitanæ pectora plebis habet. Obesæ naris juvenis; cui frigidus obstat——circum præcordia sanguis, ne intelligat. Lævâ in parte mamillæ. Nil sapit Arcadico juveni. Duri puer ingenii. Ne valeam si non, &c. *Mart.* 6. 24. Obtusa gestare pectora. Pingue sed ingenium mansit. Stolidæ præcordia mentis.

*Dumb.* 1199.

*Dunch or hard of hearing.* 386.

## 464. A Dwarf. 1264.

Nanus. Homo pusillus, perpusillus. Pumilio, pumilius. Homuncio, homulus, homunculus. Frustum hominis. Homo parvulus, brevissimæ staturæ: minimæ molis, corporis perexigui; brevitatis,

tatis, parvitatis prodigiosæ, staturâ humili, humillimâ. Fraterculus Gigantum, è gente, stirpe Pygmæorum. —Ab imo ad summum totus moduli bipedalis. Pumilus, Pumilo.

465. To dwell or inhabit in some place.

Alicubi habitare, inhabitare, agere, degere, permanere, commorari, conquiescere; domum habitare, incolere; in domo habitare, habitaculum, sedem figere, ponere: consistere, considere: commorandi, habitandi locum, domicilium, sedem fixam habere: sedem omnium rerum ac fortunarum suarum constituere. Urbem colere & habitare. Ruri fere se continet, versatur, immoratur.

466. To dwell in a large fair house.

Magnificè, amplâ in domo, præclara, &c. 226. Laxè, lautissimè, elegantissimè, magnis, multis millibus habitare. Domo amplissimâ, ædibus latissimis uti. Magno pretio ædes conducere.

——Tua centenis stat porticus alta columnis, Calcatúsque tuo sub pede lucet onyx, &c. *Mart.* 12. 50. ——Tua centenis incumbunt tecta columnis. Clarius in toto nil videt orbe dies, &c. *Ib.* 8. 36.

Ridet argento domus. —Ingens foribus domus alta superbis.

*To change his dwelling.* 419.

467. To dwell in a little poor cottage.

Ædibus modicis, parvis, exiguis; humiles, angustas casas, sordidè & peranguste habitare.

Casa parva quidem. —Stipulis & cannâ tecta palustri. Pauperis tuguri congestum cespite culmen. Ædibus ex magnis subitò se condidit, unde Mundior exiret vix libertinus honestè.

468. To die.

Mori, obire, defungi, occumbere, extingui, deficere, exanimari, expirare, occidere, fato fungi, fatis concedere, de vitâ migrare, ex humanis demigrare, è medio tolli, usuram lucis amittere; ex corporis vinculis quasi è carcere evolare, curriculum vitæ è naturâ datum conficere, mortem oppetere, diem suum obire, vitam cum morte commutare. Extremum spiritum, animam agere, efflare, exhalare, expirare, emittere, edere. Vitam reddere, amittere, effundere, profundere. E vivis, vitâ, è vitâ cedere, discedere, excedere, emigrare. Corporis vinculis, ergastulo, compagibus, custodiâ, compedibus liberari, solvi, laxari. Hominem, humanitatem, mortalitatem exuere, deponere. Naturæ debitum solvere, satisfacere. Extrema passus est. Inter homines vivos agere desiit. Abiit ad plures. Corporis nexibus anima soluta est. Siquid illi humanitus acciderit, contigerit. Ex præsidio stationéque hujus vitæ sine jussu imperatoris

peratoris Dei decedere non licet. Olli dura quies oculos, & ferreus urget Somnus, in æternam clauduntur lumina noctem. Omnis Delapsus calor, atque in ventos vita recessit. Ire sub umbras. Morti, morte, mortem occumbere.

— Tenues vitam profundere in auras. Superis concedere ab oris. —Lethalis hyems paulatim in pectore venit. Vitalésque vias & respiramina clausit. Sua, suprema fata claudere. Descendere ad umbras. Jam te premit nox, fabulæque manes. Dulcem animam reddere. Quintilium perpetuus sopor urget. Victima nil miserantis Orci.

## 469. To die of some disease.

Morbo gravi, peste confici, consumi, tolli, interire, intercipi. Ei vitam peracuti morbi vis eripuit, abstulit. Non eum vis aliena, sed morbi sui gravitas oppressit. In suo corpore aluit suum carnificem.

## 470. To die suddenly.

Morte subitaneâ, repentinâ, inexpectatâ, inopinatâ corripi, extingui, interimi, deficere, obire, occumbere. Repentè mortuus concidit. Nondum ægrotabat cum defunctus est: Nondum decubuerat cum occubuit: Morbum occupavit mors.

Vis improvisa lethi rapuit. Nec opinâ perdere morte.

## 471. To die young, untimely.

Morte immaturâ, præmaturâ intercipi, corripi. Ubi cœpit vivere desiit; mortuus est, quasi venisset in mundum ut exiret. Vitæ finis ei juxta & initium fuit. Cùm inciperet vita, finem attulit mors: Vitæ prologus in epilogum transiit. In ipso exordio vitam concludit.

Primo ætatis flore, primóque extinguor in ævo. Ante diem, primâ fraudatus juventâ Occidis. Festinatis incidit stamina pensis Parca Atropos, immodicis brevis est ætas, & rara senectus. Ostendunt terris hunc tantùm fata, nec ultra Esse sinunt. Tanquam crudus ab arbore fructus Decidit.

Animam senilem mollis exsolvit sopor. Senectutis morbo decumbens, in somnum solutus est mortis: *He died with age, ripe.*

## 472. I will die, or let me die first rather.

Spiritus ante meus tenues vanescat in auras. Terra precor vultus obruat ante meos. —Me prius ima sub umbras Mergat humus. Sed mihi vel tellus, optem, prius ima dehiscat. Et pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras, Pallentes umbras Erebi, noctémq; profundam, Antequam, &c. Devorer ante precor subito telluris hiatu, Aut rutilo missi fulminis igne cremer. Ante recessisset caput hoc cervice cruentâ. Spiritus hic vacuas prius extenuandus in auras Ibit, & in tepido deseret ossa rogo. Peream prius ipsa.

## 473. To dye in Colours, to be dyed.

Coloribus pannum inficere. Colorem panno inducere. Conchylio vestes tingere, *To dye Purple.* Ex Conchylii (seu muricis) concho incisâ colligitur succus, tingendis vestibus expertus. *Plin.*

Phocaico bibulas tingebat murice lanas.

— Varios discit mentiri lana colores. Alba — Assyrio fucatur lana veneno. Lana murice tincta. Lana Tarentino violas imitata veneno. — Saturatæ murice vestes. Quæque Tyron toties epotavere lacernæ. Amyclæo livere veneno.

E

## 474. An Eagle. Aquila.

JOvis tonantis ales, præpes, famusa, armiger ales. Fulminis minister. Regina volucrum. Avis regia, regis, regalis. Præceps hiulci fulminis satelles. — Volucris quæ fulmina curvis Ferre solet pedibus, divûm gratissima regi. — Raptum quæ Phryga pertulit Tonanti. — Magni præpes adunca Jovis. Qualem ministrum fulminis alitem, Cui, &c. *Hor. Carm.* 4. 4. Fulva, bellatrix, nubivaga, altivolans.

*To speak in a mans ear.* 1408.
*To ear the ground.*

## 475. Early in the morning. 505.

Diluculo, mane, bene manè, multò manè, primo manè, luce primâ, tempore matutino, sub auroram, ab ortu primo, sub lucem, sub ipsâ die, primo statim diluculo. Sub tempus antelucanum, matutinum, crepusculum. Sub auroræ, lucis ortum. Aurorâ, mane, cœlo rubente, rubescente. Cum lucesceret, dilucesceret, Apparente die. Quam primum lucescit.

— Primi sub lumina Solis & ortus. Sub galli cantum. Nondum cristati rupere silentia galli. Jam nocte pulsâ dubius effulsit dies. Aperitur Cœlum. Summa procul radiis feriente cacumina Phœbo. Sole fere radiis feriente cacumina primis. Jam nitidum retegente diem, noctisque fugante Tempora Lucifero. Ut primùm albescere lucem Vidit. Jamque rubescebat stellis Aurora fugatis: Admonitórque operum Cœlo clarissimus alto Lucifer ortus erat. Cum sole novo terras irrorat Eous. — Hesperio positas in margine metas Humida nox tetigit, &c. *Ovid. Metam.* 2. 1. Nox ubi consumpta est, Aurora rubescere primo Cœperat. Jamque fugaturâ Tithoni conjuge noctem Prævius Auro-

Auroræ Lucifer ortus erat. Jámq; rubeſcebat radiis mare, & æthere ab alto Aurora in roſeis fulgebat lutea bigis. —— Ecce vigil nitido pateſecit ab ortu Purpureas Aurora fores, & plena roſarum Atria; diffugiunt ſtellæ, quarum agmina cogit Lucifer, & cœli statione noviſſimus exit. Oceanum interea ſurgens Aurora reliquit. Et jam prima novo ſpargebat lumine terras Tithoni croceum linquens Aurora cubile. Nondum pura dies; tremulis vibratur in undis Ardor, & errantes ludunt per cærula flammæ. — Ubi alma dies hebetârat ſidera. Tempus erat vitrea quo primùm terra pruinâ Spargitur, & tectæ fronde queruntur aves. Jam ſuper oceanum venit à ſeniore marito Flava pruinoſo quæ vehit axe diem. Jam cæruleis evectus equis Titan ſummum proſpicit Oetan. Jam vaga Cœlo ſidera fulgens Aurora fugat, &c. *Sen. Octav. Act.* 1. *& Herc. Fur. Act.* 1. *Chorus. Vide Stat. Achilleid.* 2. *Thebaid.* 2. *&* 3.

*Earthly-minded.* 1432.

## 476. Eaſie to be done. 650.

Res facilis & expedita, perfacilis, expeditiſſima, non multi, exigui, minimi laboris, operis, non magnæ difficultatis, induſtriæ, diligentiæ, operæ, nullius, parvi negotii. Nihil eſt negotii; Leve quid, in proclivi; quod facillimè, nullo negotio, labore nullo, ſine difficultate, abſque moleſtiâ, citra laborem, operam, pulverem & ſudorem fieri poſſit. Facile factu.

*To live at eaſe.* 1044.

*Ill at eaſe, or ſick.* 1158.

*To eaſe another mans trouble or cares.* 1312.

## 477. From Eaſt to Weſt.

Ab oriente ad occidentem. Ab ortu ad occaſum. Ab Euro ad Zephyrum.

—— Surgente à ſole quouſque Veſpertina calet regio.

## 478. To eat, devour, ſatisfie hunger.

Cibo, carnibus veſci. Eſcam, cibos edere, comedere, vorare, devorare, capere, capeſſere. Famem explere, implere, compeſcere, depellere, deponere, levare multo cibo, ſolvere; victu, cibis, comedendo corpus alere, nutrire, reficere vires. Ingurgitare ſe cibis.

Epulis exempta fames. Amor compreſſus edendi eſt. Placare voracis jejunia ventris. Fulcire cibis corpora. Famem pellere glande, ſolari quercu, fronde levare. Jejunia cæde boum, dirámque famem finire, ſedare.

—— Victu revocant vires, &c. *Virg. Æneid.* 1.

Exercere guttur cibo. Jejunia ſolvere granis. Corpora toſtâ carne replent. In tenerâ famem conſumit agnâ. Cibos in alvum, viſcera congerere, condere, dimittere, demergere; viſceribus, alvo recondere, immergere. Poſtquam epulis functi: *When they had done eating.*

479. **A great eater, feeder, devourer of meat.**

Homo gulæ profundæ, insatiabilis; edacissimus, voracissimus, gulosus; cujus nemo, nihil explere tartaream ingluviem potest; cujus stomachi mensura nulla est; gula, venter, abdomen capacitatis immensæ. Erisichthone voracior. Quæ Charybdis tam vorax?

Harpyis gula digna rapacibus. Quicquid ponitur hinc & inde verrit.

—— Quod urbibus esse, Quódque satis populo poterat, non sufficit uni. Utque fretum recipit de totâ flumina terrâ, *&c. Ovid. Met.* 8. 11. Copia nulla famem relevat.

480. **To eat little, feed sparingly.**

Cibo parciùs, victu tenui, attenuato uti. De cibo sibi detrahere, minuere. In victûs ratione temperare, moderare sibi; mirâ quâdam temperantiâ, abstinentiâ uti. Appetentiam ciborum frænare, comprimere. Homo minimi cibi, cui minimum suus genius debet, ut qui genio minimum indulget, cui paucissima ad victum sufficiunt, quasi mensuram sui stomachi nôrit perexiguam. Rarò cibis vescitur, rariùs convivatur. Ad vires tantùm reficiendas, non & augendas adhibet cibos. Genium fraudare, defraudare.

481. **The ebbing and flowing of the Sea.**

Fluxus & refluxus maris. Alternos maris accessus atque recessus. Oceani æstus & reciprocatio. Quoties ex alto intumescens affluit mare, Æstas dicitur. Cum remittit se tumor, aqua residet marina & in altum remeat, Reciprocatio vocatur.

482. **Echo,** *Alterna jocosæ vocis verba.*

Vocalis Nymphæ, quæ nec reticere loquenti, Nec prior ipsa loqui didicit, resonabilis Echo.
—— In fine loquendi Ingeminat voces, auditáque verba reportat.
—— Usum garrula non alium oris habet quàm Reddere de multis ut verba novissima possit. Vane quid affectas faciem mihi ponere pictor? Ignotámque oculis sollicitare Deam? Aëris & linguæ sum filia, &c. *Auson.* Et si vis similem pingere, pinge sonum. Totúsque remugit Mons circum, & vocem latè nemora alta remittunt, Vox rediens, reditura adversis collibus, rupibus icta. Suave locus voci resonat conclusus. Pulsati colles clamore resultant. Sonus, vox resultans.

*The Eclipse of the Sun.* 1237.
*The Eclipse of the Moon.* 873.

483. **To command by Edict, or Proclamation.**

Edicto aliquid palam facere utile, salutare: aliquid præscribere, imponere, publicare, imperare, præ-

præcipere populo: omnibus aperte, dilucide voluntatem suam, animi sententiam declarare, denunciare. Plebi edicere. Edictis atque imperiis jubere.

*To effect a business.* 235.
*To egg one forward.* 492.

## 484. Effeminate or nice.

Homo delicatus, mollis, effœminatus, lascivus, muliebri mollitie; otio atque deliciis affluens, diffluens, liquescens. Nimium sibi indulgere. Genialiter, delicatè, molliter vivere. Sese, corpus, cutem, cuticulam bellè, lautiùs, molliùs, delicatiùs curare. Umbris, delicis, otio, langubre, desidiâ animum inficere, corrumpere, enervare. Minimè viriles munditiæ. Mundior justo cultus. Paulo nitidior vita; vitam genialem, lautè nimis, in deliciis agere.

Sint procul à nobis juvenes, ut fœmina, compti.

Tenero lascivior hœdo. O Phrygiæ, neque enim Phryges! Vincit mollitie trementes plumas, Aut massam modo lactis alligati. Idæo resolutior cinœdo; Quo nec filia cultior nec uxor, &c. *Mart.* 10.98. — Sponsam poterat quem sponsa vocare. Cui crines vibrari calido ferro, myrrhâque madentes. Ad speculum tonsus. Tu flexâ nitidus comâ vagaris: Lævis dropace tu quotidiano, &c. *Mart.* 10. 65. Assuetus semper in umbrâ Indulgere sibi, formámque augere colendo, &c. *Ovid. Metam.* 4. 7. —— Nitidus bene curatâ cute. —— Epicuri de grege porcus. Euganeâ mollior agnâ. Vos juvenes animos geritis muliebres.

## 485. The four Elements.

*Earth, Water, Air, Fire.*

1. Terra, tellus.
2. Aqua, unda.
3. Aer.
4. Ignis.

Quatuor æternus genitalia corpora mundus Continet: ex illis duo sunt onerosa, suóque Pondere in inferius tellus atque unda feruntur: Et totidem gravitate carent, nullóque premente Alta petunt, aer, atque aere purior ignis, &c. *Ovid. Met.* 15. 4. Ignea convexi vis & sine pondere cœli Emicuit, summáque locum sibi legit in arce. Proximus est aer illi levitate locóque. Densior his tellus, elementáque grandia traxit, Et pressa est gravitate sui: circumfluus humor Ultima possedit, solidúmque coercuit orbem. —— Deus terram ne non æqualis ab omni Parte foret, magni speciem glomeravit in orbis, Tum freta diffudit, rapidisque tumescere ventis Jussit, & ambitæ circumdare littora terræ. Imminet his aer, &c. His super imposuit liquidam & gravitate carentem Æthera, &c. *Ovid. Met.* 1. 2.

## 486. An eloquent orator.

Vir summâ eloquentiâ, atque divino & incredibili genere dicendi. Homo natus ad dicendi singularem quandam facultatem; In dicendo eloquens, suavis, copiosus, locuples, admirabilis, divinus; disertus,

ſertus, & omnibus vel naturæ, vel doctrinæ præſidiis ad dicendum paratus. Suadæ medulla. Elegans, præſtans, politus dicendi magiſter, artifex. Orator omnibus numeris abſolutus, omni laude cumulandus; dicendi artificio præſtantiſſimus, inſtructiſſimus, eruditiſſimus, perfectus & perpolitus; cujus ex ore melle dulcior fluit oratio. Neſtore facundior. Uberrimus, inexhauſtus facundiæ, eloquentiæ fons. Qui linguæ lauream meruit.

Inclyta Neſtorei cui cedit gloria mellis. Eloquio Neſtora vincit. Valet ille loquendo.

### 487. To ſpeak eloquently. 59.

Compoſitè, ornatè, ornatiſſimè, aptè, politè, ſpendidè, copiosè, Atticè, nitidè, eleganter, elegantiſſimè dicere, eloqui. In dicendo omnes eloquentiæ, Latinitatis flores, floſculos decerpere, delibare; omnes nervos orationis intendere; omnes rhetorum colores adhibere; tonare & fulgurare. Auditorum, audientium mentes, verborum, orationis gravitate, ſplendore delinire, aures permulcere, implere. Dicere ad perſuadendum accommodatè. Gravibus verbis & ſapientiſſimis ſententiis orationē ornare, perpolire. Afferre propriam, compoſitam orationem. artificio quodam & expolitione diſtinctam. Verborum dote rem incomptam, indotatam locupletare, ornare. Humilia ſubtiliter, magna graviter, mediocria temerate dicere. Troporum cultu oratori lucem dare. Cincinnos orationi, pigmenta, ſucos, calamiſtra, verboram phaleras adhibere.

—— Nec abeſt facundis gratia dictis.

*An eloquent oration.* 930.

### 488. To embrace.

Amplecti, amplexari. Amplexum dare. Collum premere amplexibus. In ulnis, complexu fovere. Cupidè arctéque uxorem amplexus eſt. Collo alicujus implicare.

Collo infuſus amantis oſcula jungere. Dare brachia collo, captare colla lacertis. In amplexus ire, venire. Non ſic appoſitis vincitur vitibus ulmus, Ut tua ſunt collo brachia vincta meo. De collo alicujus pendere. Hærere collo amplexibus. Arctiùs atque hederæ procera aſtringitur ilex. Lentis adhæret brachiis.

### 489. To embroyder.

Veſtes auro, variis coloribus intexere, prætexere, acu pingere. Veſtem Phrygiam, Babylonicam contexere.

—Tenui telas diſcreverat auro. Babylonica picta ſuperbè Texta Semiramiâ quæ variantur acu.

### 490. To employ or occupy in ſome buſineſs. 264.

Alicui negotium, munus, provinciam, penſum, opus aſſignare, deſcribere, attribuere, imponere, trade-

tradere, commendare, onus imponere, negotium facessere. Aliquem negotiis implicare, occupatum tenere; operibus urgere, exercere; maximis negotiis præficere. Negotii procurationem alicui committere, credere. Hoc mihi negotii datum est; hæ partes assignatæ, traditæ.

——Famulus in limine longo Exercet penso.

*To be imployed very busily.* 236.

### 491. To encourage or animate.

Calcaria, stimulos cunctanti adjicere, admovere, adhibere, addere, subdere, faces subjicere acriores. Cohortationibus, verbis, suâ cohortatione impellere, animare, confirmare, acuere, erigere, accendere, incendere, incitare, animum addere, mentem injicere, industriam exacuere, studium alicujus inflammare; trepidanti metum, diffidentiam adimere, imminuere; alacritatem, audaciam injicere, afferre, dare, addere; spem minimè dubiam, majores animos facere, animos augere. Aculeis quibusdam tergiversantes pungere, instigare, stimulare, exstimulare. Cohortari ne animo deficiant. Magnopere, vehementer tibi autor sum ut hoc facias. Subdere faces ad studia eloquentiæ. Honos alit Artes, omnésque incenduntur ad studia gloriâ.

——Immensum gloria calcar habet. Dictis virtutem accendit amicis.—Stimulos in pectore condit. Ingenio stimulos subdere fama solet. Stimulos frementi adjiciunt.

Mentem alicui reponere, animos dare, facere.

——Clamoribus augent, adjiciúntque animos. In antiquam virtutem animósque viriles excitare. Quantum dederis mihi pectoris

——In prælia sæva Suscitat, stimulis haud mollibus incit iras. ——Stimulos dedit æmul virtus. Variis instigat vocibus, victis revocat vires. Addere vi fessis animis.

*To encamp.* 240.
*To enchant.* 198.
*To encourage virtue.* 1353.

### 492. To end or finish a work. 235. 317.

Opus absolvere, finire, tran gere, peragere, consummare, co plere, terminare, claudere, concl dere, efficere, perficere, conficer Opus rude, imperfectum, incho tum, omnibus numeris perfectu absolutum reddere, facere. A terminum, finem, metam usqu ad scopum, exitum; calcem prop sitam, destinatam; quò intende tur rem deducere, perducere, umbilicum ducere. Ad umbilicu pervenire. Operi instituto sup mam manum adjungere, sup mas manus adjicere, actum ext mum addere, summum fastigi imponere. Cœptum opus prose ad extremum. Extremum fab actum peragere. Ne graveris ædificare id opus quod institui Vela complicare, contrahere, c

st

ſtringere. Metam attingere propoſitam. Finem facere, operi ſtatuere, imponere. Colophonem operi, coronidem addere. Manum de tabulâ.

——Extremo ſub fine laborum vela trahere.

Jamque opus exegi. Prima mei pars eſt exacta laboris. Finis adeſt. Hic terminus hæret. —Manus ultima cœpto Impoſita eſt. Claudite jam rivos. —Immenſum ſpatiis confecimus æquor.—Dabit Deus his quoque finem.

*To end a war.* 1380.
*To endanger himſelf.* 377.
*To endure or laſt.* 772.
*To endure evils patiently.* 948.
*To enfeeble or weaken.* 1394.
*To enjoy proſperity.* 1027.
*To enjoy.* 200.

## 493. To enlarge the State, Dominion or Kingdom.

Gentibus, victis imperium augere, amplificare. Imperii limites, terminos victoriis proferre, producere, protendere, propagare. Ad ſuam ditionem, imperium multas provincias adjungere.

Suo imperio multas regiones addere. Ad imperii vires, opes acceſſio magna multarum regionum facta eſt.

## 494. At open enmity or variance. 715.

Cum aliquo graves inimicitias agere, gerere, alere, lites exercere; vehementer, acriter contendere, dimicare, magnâ contentione decertare, digladiari. Odiis diſſidere, conflictari. Sibi mutuò infenſi infeſtique. Quibus intercidunt inimicitiæ, odiáque mutua.

Inter eos ira fuit capitalis, ut ultima divideret mors.

Lupis & agnis quanta diſcordia obtigit.

Tecum mihi diſcordia eſt.

Duobus Regibus inceſſit magno diſcordia motu.

Diſſidio acri, acerbo, amarulento; capitali, implacabili, pertinaci, vetere ſimultate, odio; bello internecino cum aliquo contendere.

*To enquire, ſearch diligently.* 1138.
*To enrich a man.* 1081.
*To enterprize.* 49.
*To act enterludes.* 310.

## 495. To entertain with hoſpitality.

Peregrinantem, diverſantem, commorantem apud ſe, peregrinos, hoſpites bene, amicè, nitidè, honeſtè, prolixè, eleganter, ſplendidè, comiter, commodè, clementer, magnificè, honorificè tractare. Hoſpitem, peregrinum menſâ & lare, tecto recipere; hoſpitio excipere benignè; lautè & opiparè, vultu animóque hilari accipere; liberaliſſimè, lautiſſimè tractare, ſummâ humanitate complecti. Peregrè venienti hoſpitium humaniter præbere, domum ſuam liberaliter patefacere, aperire. Advenis, hoſpitibus habitationem, hoſpitium gratuitò accommodare. Inopem, ejectum domo domum

recipere,

recipere, benignissimè tractare, liberalissimè habere. Nulli hospitium suum invidere, aut fores habere oppositas, clausas. Vir hospitalissimus, perhospitalis, multorum hospitum.

—Ejectum littore egentem excepi. Dare tecta cibúmque hospitibus. Hospitibus janua nostra patet. Hospites opibus solatur amicis. Hospitio indulgere.

*To enthrall.* 212.
*To be enthralled.* 213.
*To entice or allure.* 73.
*To entice to evil.* 347.
*To entomb.* 231.
*To entrap by deceit.* 400.
*To be-entrapped.* 401.

## 496. To be intreated, or to do upon entreaty, being desired. 634.

Rogatus, exoratus sum, assiduæ me preces impulerunt, adegerunt ut hoc facerem. Hoc precibus tuis & importunitati do. Rogatu, tuo rogatu hoc feci. Efflagitationes improbas, importunas sustinere non posse. Crebrâ & ferè quotidianâ efflagitatione impulsus annui.

## 497. To envy at another mans prosperity.

Alienæ laudi, felicitati invidere, obtrectare. Alterius dignitatem, splendorem, gratiam, opes & gloriam ægrè ferre, per malevolentiam deprimere, oppugnare, virtutem extinctam cupere, felicitate offendi, de laudibus aliquid diminutum velle. Propter alterius existimationem contabescere; secundas res ægritudine suscipere, malis verò voluptatem capere. Aliis sua commoda invidere. Alienis bonis dolere; rebus prosperis, secundis angi, cruciari, gaudere malis. Obtrectatione invidiæ aliquem lacerare. Invidiâ, livore consumi, exedi, rumpi, tabescere. Acribus invidiæ stimulis uri.

Invidus alterius rebus macrescit opimis.

——Videt ingratos, intabescitq; videndo Successus hominum, carpítque & carpitur unâ. Suppliciúmque suum est, &c. *Ovid. Met.* 3. 12. Insultare malis, rebúsque ægrescere lætis. Rumpitur invidiâ, &c. *Mart.* 9. 99. Obliquo livore macer. Dente mordeor invido. Livor iners vitium, mores non exit in altos. Livor edax.

## 498. To equivocate, or speak doubtfully, and deceitfully.

Æquivocè, ambiguè, obscurè, perplexè, ænigmaticè loqui. Flexuosis ambagibus rem occultare. Verborum tendiculas adhibere. Ambiguitatibus & sophismatibus ludere. Verborum Mæandros, diverticula, flexiones quærere. Præstigiis & fallaciis verborum uti. Ambiguitatis latebras adhibere; latibulis occultare sententiam suam. Flexuosus, ambiguus, perplexus, tortuosus sermo.

*They do err.* 339.

499. To deal or speak in earnest.

Seriò, verè & ex animo, vero vultu, bonâ fide, extra jocum, citra jocum & ludum, sine figmento, risu dicere, agere. Apertè loqui, sine fuco, sine ambagibus. Nihil simulatum in meis verbis factísve, nihil insidiosum, ludicrumve, nihil non serium atque verum. Mittamus ludicra, utilia persequamur.
Amoto quæramus seria ludo.

500. To err, mistake, be deceived.

Falli, errare, labi, decipi, errore magno teneri, duci. Opinione falsâ duci. De viâ rectâ, de vero, recto deflectere. A vero aberrare. Abduci, abripi errore sui seculi. Aliquâ culpâ tenemur erroris humani. Ea res me falsum habuit. In hoc me fugit veritas. Erroribus variis imbui, implicari.

501. To correct his own error.

Errores deponere, corrigere. Opinionem falsam, erroneam sibi excutere penitus. Se ex errorum labyrintho expedire, in viam revocare. Erroribus renunciare.

502. To correct another mans error.

Alium erroribus, opinione vanâ, opinionis errore exsolvere, levare; errantem in viam reducere, ab erroribus abducere, vindicare. Errorem alicui eripere, tollere. Insitas, errones, pravas, falsas opiniones ex animo alicujus eximere, evellere, novas melioresq; inserere.

503. To eschew, shun, avoid, decline some evil. 197. 368.

Imminens malum, discrimen, periculum, impendentia mala cavere. Præcavere, fugere, defugere, vitare, evitare, devitare, subterfugere, declinare, amoliri, avertere. Ex inimicorum insidiis evadere, evolare, subducere se. A malorum consortio, congressu, contagione abstinere, revocare se. Cum pravis nullam rationem habere. Ab hostium telis deflectere, declinare, avertere, sibi cavere, timere. Ratione & prudentiâ periculum devitare. Corporis ictum effugere. Muneris alicujus molestiam subterfugere.
Fœnum habet in cornu, longè fuge. Sanguine viperino cautiùs vitare. Quid quisq; vitet, nunquam homini satis Cautum est in horas. Ab obliquo discedere. Quos optimus fallere & effugere est triumphus.

504. To escape punishment, or unpunished. 10. 167.

Sæpe fit ut sontes, homines improbi, impuri, flagitiosi, facinorosi, noxii judicio absolvantur, liberentur; judicum sententiis facilitate pravâ impunitatem assequantur, evadant impune, ex judicio elabantur, vindicentur à supplicio, pœnas meritas, moribus dignas, sceleribus

debitas effugiant, non persolvant, luant, &c. Sine pœna demittantur, secus ac meriti sunt pro innocentibus habeantur.

*To escape danger.* 378.
*To escape by flight.* 568.
*To esteem of.* 29.
*Not to esteem of.* 32.
*Of great esteem.* 31.
*Of no esteem.* 33.

### 505. In the evening, towards night. 473.

Serò, vesperi, vesperè. Sub noctem ; tenebras. Primâ nocte. Crepusculo, vespertino die, sole se inclinante, præcipitante. Ruente sole. Sub primam facem. Luce dubiâ. Vesperascit, advesperascit, appetit nox. Die jam deficiente, moriente, oritura nox erat.

Cadente die. ——Modo facta crepuscula terris, Ultima pars lucis, primáque noctis erat. Presserat occiduus Tarthesia littora Phœbus. Serus sub lumina prima. ——Cùm jam prope luce peractâ Demere purpureis Sol juga vellet equis. —Jam nox inducere terris Umbras & cœlo diffundere signa parabat. ——Traherent cùm sera crepuscula noctem. —Sub obscuræ tenebrosa crepuscula noctis. Lux ——præcipitatur aquis, & aquis nox exit ab iisdem. Jámque dies exactus erat, tempúsque subibat, Quod tu nec tenebras, nec posses dicere lucem : Sed cum luce tamen dubiæ confinia noctis. —— Sera rubens accendit lumina vesper. ——Diem clauso componit vesper Olympo. ——Sublucent fugiente crepuscula Phœbo. Cæruleis Titan cùm se demergeret undis. ——Vesper opacus Lunares jam ducit equos.

*Exact or perfect.* 960.
*To exalt to honour.* 47.
*To be exalted.* 48.

### 506. To examine a Cause. 1138.

Rem, causam examinare, expendere, perpendere, disquirere ; inquirendo, percontando, interrogando, perquirendo, excutere, ventilare, investigare, perscrutari, explorare : ad calculum vocare ; veris rationibus expendere ; propiùs inspicere, quæstioni subjicere, sagaciùs odorari ; ad vivum resecare : ad calculos, ad stateram, ad lapidem Lydium, quasi ad perpendiculum exigere. Omnia secreta è tenebris, ex imo eruere. Suis ponderibus examinare omnia. Unamquamque rem æstimare, momentóque suo ponderare. Quæstionem instituere, habere. Rem, causam, de re, causâ cognoscere. Jus causæ discutere. Se vero examine instare gradatim & minutatim interrogando. Angustis interrogatiunculis urgere.

### 507. To give good example.

Sui exempli luce aliis præire, face prælucere. Facem suæ virtutis aliis prætendere, præferre. Specimen probitatis perfectæque virtutis aliis dare, exhibere. Se morum

morum operúmque bonorum, omnis sanctimoniæ & pietatis exemplum præbere, proponere ad imitandum. Immortale posteris imitandi exemplum relinquere. Rectis moribus, probitate morum hortari, illicere, inducere alios ad æmulationem studii. Piæ probæque vitæ exemplo sternere viam aliis ad virtutem.

Nobilium exemplar sed non imitabile morum. Exemplóque suo mores regit.

508. To give ill example.

Malo, pravo exemplo aliis, moribus aliorum pestem atque perniciem afferre. Morum improborum exemplo aliis ad nequitiam, omnem pravitatem, turpitudinem præire.

Suorum vitiorum æmulos habere quamplurimos.

Corrumpunt vitiorum exempla domestica.

509. To take example from others. 712.

Aliorum vitam considerare, imitari, ad imitandum proponere. In vitas aliorum tanquam in speculum inspicere. Ex aliis exemplum sumere, capere. Alieno more, ex aliorum more, ex alterius præscripto vivere, vitam traducere, agere. Ad alienum, alterius exemplum, præscriptum, institutum se, suam vitam, sua studia componere, instituere, conformare. Alterius vestigia premere.

—Teneros animos aliena opprobria sæpe Absterrent vitiis, &c. *Hor. Serm.* 1. 4.

510. To exceed, excel, or surmount others. 1016.

Alios omnes dignitate vincere, superare, transcendere, antecedere, excedere. Aliis multùm, longè præstare, excellere, antecellere, anteire, longo intervallo, multis gradibus, multis (quod aiunt) parasangis præire, præcedere, præcurrere; omnibus laudem, palmam præripere. Inter omnes elucere, eminere, facilè primas obtinere, tenere, ferre, principatum tenere. Aliis superiorem esse, omnia superiora habere. Suâ præstantiâ communem hominum conditionem superare; cornicum oculos configere. Gloriâ suâ luminibus aliorum obstruere. Ita excellere ut nemo possit assequi. Parem, æqualem non habere, neminem habere. Equis (ut aiunt) albis præcedere, præcurrere, alios omnes procul à tergo relinquere. Vir viro, homo homini quid præstat?

— Quantò —— animalia cedunt cuncta Deo, tantò minor est tua Gloria nostrâ. —— Hæc tantùm alias inter caput extulit urbes, Quantùm lenta solent inter viburna cupressi. Lenta salix quantum, &c. *Virg. Ecl.* 5. — Quantò ——ratem qui dirigit, anteit Remigis officium, &c. *Ovid. Met.* 13. 1. Sed tantùm virtus alios tua præterit omnes, Ante alios quantùm Pegasus ibat equos.

*To excel in good parts of nature.* 882.

*An excellent General.* 138.

### 511. To excommunicate.

Ex ecclesiâ ejicere, pellere, exterminare. Ab ecclesiæ consortio, communione expellere. A publicis sanctorum conventibus, ab ecclesiæ concilio, sacris, precibus, mysteriis excludere, repellere, secludere, prohibere. Sacris ædibus eliminare, interdicere. Anathemate ferire, percutere. In ordinem hominum profanorum, publicanorum redigere.

### 512. To excuse a fault. 276, 69.

Factum excusare, extenuare. Apologiam facere. De culpâ, de criminis gravitate detrahere. Vitia sua, crimina, offensionem excusando sublevare, minuere. Crimen, criminis acrimoniam, in quo error & invidia versata est, lenire. Neglecti officii reprehensionem mitigare. Crimini objecto excusationis velum obtendere; Errori tribuere; scelus deprecari.

Multa quidem dixi cur excusatus abirem.

——Timidè verba excusantia ducit.——Quod enim scelus error habeat?

Aliquem excusatum habere. Excusationem alicujus accipere, admittere, *To admit of ones excuse.*

*To execute a malefactor.* 389.
*To execute his charge.* 445.
*To exhort.* 491.

### 513. To raise or move great expectation.

Magnam sui expectationem movere, commovere, concitare, excitare, facere. Magnam à puero mihi spem attulit, fecit; magnas, incredibiles, mirabiles de se spes excitavit. In summam suæ virtutis spem, expectationem alios adducere. Qui summam nominis expectationem sustinet.

### 514. To satisfie or answer mens expectations.

Hominum de se expectationem explere, tueri & sustinere, opinionem vincere & superare. De indole virtutéque spem minimè fefellit. Explere animos invidorum. Hominum expectationi respondere, satisfacere.

### 515. Not to satisfie mens expectations.

Expectationem, spem quam concitavit quis fallere, frustrari, sustinere non posse. Spei & expectationi hominum re ipsâ non respondere. Eum se quem homines expectabant non præstare. Virtutis fructus opinione hominum minor est. Eventus studiorum alius est atque indoles puerilis pollicebatur. Ab hominum de te opinione dissentis. Alium atque homines arbitrabantur, reverâ te experiuntur, sentiunt.

*It is expedient.* 185.

516. An

516. An experienced man, well seen in things.

In rebus agendis, tractandis, pertractandis probè, diu versatus, spectatus, exercitatus, minimè rudis, hospes, imperitus; longo rerum usu gnarus, peritus. Rerum plurimarum usu peritissimus. Multo rerum usu consultissimus. Vir magnâ prudentiâ, usu atque exercitatione præditus, qui experientiâ magistrâ doctus, usu eruditus, permulta didicit, rerum plurimarum scientiam hausit, nactus est. Veteranus miles.

Scriba recoctus. Felices quibus usus adest.

——Queis ætas longa magistra fuit. ——Decus & pretium rectè petit experiens vir.

*To explain.* 517.
*To perform noble exploits.* 42.

517. To expound, explain, or interpret. 834.

Rem obscuram interpretari, illustrare; interpretando uberiùs explanare, planam, perspicuam, apertam, dilucidam, illustriorem reddere, oculis subjicere. Occlusam & occultam rem aperire, patefacere, exponere; perplexam, involutam, difficilem, nodosam, implicatam, spinosam expedire, solvere, dissolvere, enucleare, enodare, distinctè ac perspicuè explicare. Rei abditæ & caliginosæ lumen, lucem, splendorem afferre, accersere; caliginem, tenebras discutere: Sensum abditum & latentem eruere, evolvere. Totam causam explicare, atque ante oculos exponere.

518. To speak *Extempore.*

Subitò, extempore; nullâ præparatione, præmeditatione adhibitâ; nullo excogitandi, meditandi spatio sumpto, nullo interjecto ad cogitandum intervallo verba facere.

De subitâ re quod in buccam venit, nihil præmeditatum dicere.

Quicquid venerit obvium loquamur Morosâ sine cogitatione.

## F

519. To judge of ones Manners by his Face.

Hominum mores, naturas, ingenia ex corpore, oculis, vultu, fronte perspicere, pernoscere. Ex pulchritudine faciei rectè institutum animum; ex corporis venustate ingenii acumen, ex aptâ membrorum compositione egregiam indolem colligere, judicare. Ex mollitie, mollitudine carnis de ingenii perspicaciâ conjecturam facere. Ad corporis figuram animi mores quadrant. Ex deformi, agresti, torvâ, perfrictâ, illiberali facie, sceleratam licentiam, corroboratam audaciam, depravatos mores judicare, conjicere. Vultus de moribus judicium præbet, significationem dat; signa præ se morum & animi fert.

520. To fall out with one. 494.

Cum aliquo simultate, inimicitias suscipere; in litem & jurgia exardescere. Alicui amicitiam renunciare; inimicitias indicere. Ab aliquo alienari, abalienari; se totum, suam voluntatem alienare, abalienare.

In litem studio certaminis ire.

521. It falleth out or chanceth well for me.

Hoc mihi non incommodè, commodè, percommode, ex animo sententiâ, voto accidit, evenit. Præclarè se res habet. Feliciter, prosperè, melius opinione ac spe cecidit, successit. Optimo in statu res est. Confecta res ex meâ sententiâ. Hoc mihi accidit optatò, peropportunè; optimè geritur; ut cuperem, vellem, fit, contingit, obtingit, usu venit. Inspiranti mihi sed valde optanti cecidit quod volebam. Lepidè hoc succedit sub manus negotium. Sive casu accidit, sive consilio, percommodè factum est,

522. To fall from high place to low or mean condition. 412.

A clavo in sententiam, ab equis ad asinos detrudi, deturbari. A summo potestatis, dignitatis gradu, loco, ad infimum servitutis decidere. Ex domino servus fieri. A sceptro in vincula, ab imperio in carcerem abripi, præcipitari.

*To fall in love.* 822.
*To fall out for every trifle.* 86.
*To fall in a swoun.* 119.
*It will never fall out.* 839.

523. False.

Falsa fictáque res; falsa & ementita. A vero, à veritate longè abest, abhorret. Nihil fingi falsius & fallacius potest.

*A false friend.* 593.
*A false witness.* 1426.
*To accuse falsly.* 38.

524. Familiar, or well acquainted with. 20. 591.

Alicui familiaris, necessarius, jucundus, charus, intimus, familiarissimus, proximus; maximis vinculis propinquitatis conjunctus; arctissimo

ſimo familiaritatis atque neceſſitudinis vinculo aſtrictus. Cum aliquo intimâ, ſummâ familiaritate, conſuetudine & benevolentiâ implicatus, conjunctus; amicitiâ & conſuetudine, neceſſitate, neceſſitudine, multis officiis conjunctiſſimus; ſummum uſum & neceſſitudinem, omnes amicitiæ neceſſitudines habere. Cui cum aliquo maximæ cauſæ neceſſitudinis intercedunt. Intimus à conſiliis. Magna mihi familiaritas cum illo jam inde uſq; à pueritiâ ſemper fuit. Amicitia incepta à parvis cum ætate accrevit ſimul. In alicujus familiaritatem, conſuetudinem blanditiis ſe penitus immergere, dare.

—— Meorum prime ſodalium.
——— Longo devinctus amore.
——— Solum Te colere, arcanos etiam tibi tradere ſenſus. Tu mihi ſimplicibus—dilectus ab annis, & prætextatâ cultus amicitiâ, &c. *Mart.* 10. 20.

*To keep familiar ſociety with one.* 20.

525. **To famiſh or ſtarve.**

Fame, inediâ, victûs inopiâ, tenuitate, penuriâ, eſurie, jejuniis affligere, necare, enecare, conficere, excruciare. Alimenta, victum ſubtrahendo, neceſſariis vitæ præſidiis privando interficere. Suffocare urbem fame.

——— Peſtiferâ lacerare fame. Mortis alumna fames.

526. **To be famiſhed or ſtarved.**

Fame, inediâ, &c. nimio jejunio laborare, torpeſcere, torpere, palleſcere, debilitari, conſumi, deficere, contabeſcere, confici; vires, robur amittere, imminutas habere; affligi, necari. Famelicus.

Inextinctâ fame confici, abſumi. Depaſta vires fames, flamma gulæ. — Quos longa domant inopi jejunia victu. Deficiente cibo perire.
——Triſti torpent membra fame.
— Vis illa mali poſtquam conſumpſerat omnem materiam, &c. *Ovid. Met.* 8. 11.

*A great famine.* 387.

527. **Famous, of great renown or glory.** 1000. 1001.

Vir inſignis, clarus, præclarus, inclytus, illuſtris, ſplendidus, celeberrimus, clariſſimus, egregius, amplus; nominis ampliſſimi, celeberrimi; famæ celebritate conſpicuus; magnæ præclaræque famæ; gloriâ circumfluens; cujus gloria quàm latiſſimè patet, ad invidiam, immo ſupra invidiam præclarus, famigeratus, rebus fortiſſimè geſtis, factis egregiis, eruditione, virtute, literarum ſtudiis inclareſcere, totum orbem terrarum nominis ſui gloria implere: honoris ampliſſimi nomen, magnam nominis claritatem, celebritatem obtinere, conſequi, adipiſci. Gloriâ, celebritate & ſplendore nominis florere. Omnium gentium literis & linguis prædicari, celebrari. Suum nomen, nominis famam, res ſuas geſtas longè latéque per totum terrarum orbem diffundere, diſpergere, propagare.

—Nomen quod terras impleat omnes eſt mihi. Jam canitur to-

tum nomen in orbe meum; attingit solis utramque domum. Famâ inclytus; super æthera notus; hinc usque ad sidera notus. Quærat studio nomen memorabile. Fama æthereos penetrabit ad axes.

528. To make one famous, renowned, glorious. 918.

Clarum & illustrem reddere. Alicujus famam, gloriam laudibus summis amplificare, ad sempiternam memoriam, ad sempiterni memoriam temporis propagare; spargere & disseminare in orbis terræ memoriam sempiternam; defigere ad memoriam omnium gentium sempiternam; nomen plenâ gloriâ magnificè illustrare; ad æternam hominum memoriam, ad posteritatis memoriam gloriosam consecrare; decus & nomen latiùs diffundere; per orbem terrarum nominis memoriam celebrare, amplissimis monumentis consecrare; apud omnes gentes prædicare, immortalem reddere: æternitati, immortalitati mandare, commendare, tradere; nominis claritatem, splendorem; gloriosam memoriam & celebritatem à silentio, tenebris, rubigine, interitu, oblivionis invidiâ, injuriâ, temporum obscuritate, situ vindicare, asserere, & in omnem æternitatem propagare. Facere, efficere ut nomen alicujus ævo sempiterno fruatur, memoriâ seculorum omnium vigeat, ut de laudibus & gloriâ alicujus nulla obmutescat vetustas, nulla conticescat ætas; ut memoriam ejus posteritas alat, æternitas intueatur. Socratis ingenium variósque sermones immortalitati scriptis suis Plato tradidit. Alicujus laudem prope senescentem ab oblivione hominum & silentio vindicare.

Plenis honorum muneribus virtutis alicujus in ævum per titulos memorésque fastos æternare. Dignum laude virum Musa vetat mori, &c. *Hor. Serm.* 4. 8.

——Quibus cœlo te laudibus æquem?

529. To fare deliciously, daintily, sumptuously. 623.

Sumptuosè, lautè, luxuriosè, magnificè, delicatè, splendidè epulari, convivari, vivere. Ventri gulæque in magnifico ciborum apparatu indulgere. Cibis egregiâ arte conditis, epulis, dapibus conquisitissimis vesci. Ad gulam, ad lasciviam variè, lautè, opipare, delicatè cibos condire, convivia apparare, fercula struere. Ad voluptatem sumptuosas epulas comparare, corporis victum referre. In epulis quotidianis versari. Opiparis dapibus mensam lautam, Sybariticam, Syracusanam, splendidam instruere. Apparatu magnifico, regio, pontificali; conviviis splendidis, Saliaribus, luxu redundantibus, & ferculorum varietate, cupediis, deliciis, delicatioribus epulis quotidianis sibi mensas onerare; Atticis bellariis, tragematibus. Dapibúsque epulamur opimis. ——Capitolinæ Pontificúmque dapes —— Epulæque ante ora paratæ Regifico luxu, —— Onerant

nerant lautis mollissima corpora mensis. Epulis vacare. Implentur veteris Bacchi, pinguísque ferinæ.

530. To fare temperately, without overmuch costly or dainty fare.

Victu sobrio, parco & parabili uti. Rationem victûs ad sanitatem corporis, & temperantiam, non ad palatum, ad voluptatem, ad luxuriam referre. Parcè, continenter, sobriéque vivere. Salubri & moderato cultu atque victu contentus quieti se tradidit. Homo non fastidiosus, minimè fastidiosi stomachi.

——— Vivere parvo, dapibus mensæ brevis. —— Cum sale panis Latrantem stomachum bene lenire. —— Non in charo nidore voluptas summa, sed in teipso est; tu pulmentaria quære Sudando, &c. *Hor. Serm.* 2. 2. Accipe nunc victus tenuis quæ quantáque secum Afferat: imprimis valeas bene; nam variæ res Ut noceant, &c. *Ibid.* Utérne Ad casus dubios fides sibi certiùs, hic qui Pluribus assuevit mentem corpúsque superbum, An qui contentus parvo, metuénsque futuri, In pace ut sapiens aptarit idonea bello? &c. *Ibid.* Vivitur parvo bene, cui paternum splendet in mensâ tenui salinum. Persicos odi apparatus. Me meus ad subitas invitet amicus ofellas; Hæc mihi quam possum reddere cœna placet.

531. To fare hard, poor, coarse fare.

Victu sordido, inopi, maligno, infelici, cibo illiberali, vili, facili, vix humano pasci, victitare. Cepas porrúmque arrodere. Sordido vitam oblectat pane.

— Vivit siliquis & pane secundo. Concusiâque famem in sylvis solabere quercu. Famem pellere glande, fronde levare. Panis erat primus virides mortalibus herbæ, &c. *Ovid. Fast.* 4. Glans aluit veteres. Caninas improbi bucceas vorant. Assuetus sterili mensæ.

532. Fare you well.

Vale, bene vale. Optimè, feliciter valeas, valeto, valebis. Fac valeas. Opto precórque te quàm felicissimè valere, plurimam tibi opto salutem, valetudinem integram, prospera feliciáque omnia. Servet te, incolumem servet, conservet te Opt. Max. Deus. Bene tibi à Deo sit.

533. It fareth well with me.

Præclarè, optimè agitur mecum; meæ sunt res. Omnia eveniunt ex voto, sententiâ, animi sententiâ. Feliciter omnia succedunt, prosperè cadunt, contingunt. Res meas optimè constitutas habeo. Meliore in statu res meæ non possunt esse.

534. How fareth it with you?

Ut vales? Ut se habent, quo in loco, statu sitæ, constitutæ sunt tuæ res? Satin' salva sunt omnia? prosper

prosperéne ac feliciter tibi succedunt?

Quid agis, dulcissime rerum?

535. To fast religiously. 12.

Sanctâ quadam ratione & religiosâ jejunare; cibo vinóq; parcere; à cibo & potione sibi temperare; ab omni victu adjumentisque vitæ mollioris & melioris abstinere.

Carnem (ut loquuntur sacræ literæ) corpus lascivum macerare, affligere, subigere, perdomare, victum ei libidinis vitiorúmque fomitem subducendo, subtrahendo. Sine Cerere & Baccho facere ut frigeat Venus. Extenuare corpus fame. Alimenta suis corporibus negare ne & vitiis dent.

Squalida lascivam tenuent jejunia carnem.

*To fast.* 12.

536. To grow fat or gross.

Pinguescere. Nimiùm pinguescere. Pinguior, obesior fieri, evadere. Nimiam pinguedinem & corpulentiam contrahere. Pinguitudine, obesitate laborare. Pinguis, obesus, corpulentus; cui abdomen longius prominet, & adeps accrevit plus satis.

537. To find fault, blame, or carp at.

Aliquid vituperare, damnare, improbare, reprobare, culpare, incusare, vellicare, criminari, carpere, reprehendere, traducere, notare, atro notare calculo: nigriore lapillo signare, in pejorem partem rapere, crimini dare; crimen, ut probrum, in maledictis, in magnis criminibus, criminis loco objicere. Aliquem culpæ, criminis, probri arguere, insimulare. Hâc me culpâ onerant: hoc me nomine reprehendunt; Id mihi fraudi tribuunt, ascribunt, in me conferunt hanc culpam: hujus mihi culpæ notam inurunt: mihi vitio dant, vertunt, ducunt.

538. To espie, note, mark other mens faults, wink at his own.

Aliorum vitia cernere, oblivisci suorum: Lyncei foris, talpæ domi. Fit nescio quomodo, ut magis in aliis cernamus quàm in nobismet ipsis, siquid delinquitur. Aliena Lynceis oculis, acutissimè, perspicacissimè intueri, contemplari, notare.

— Hyspeâ cæcior illâ, Quæ mala sunt in se spectare. Stultus & improbus hic amor est, dignúsque notari, Cùm tu pervideas oculis mala lippus inunctis, Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum, Quam aut aquila aut serpens Epidaurius? ——Egomet mi ignosco, Mævius inquit. Ut nemo in sese tentat descendere, nemo: Sed præcedenti spectatur mantica tergo.

539. To pardon our friends faults.

Alteri non minùs ignoscere, quàm sibi. In amicorum delictis cæcutire,

cæcutire, ut in nostris. Peccata, vitia leviora ut nostra ferunt amici, amicorum æquo animo feramus nos.

——Pater ut gnatæ, sic nos debemus amici, Si quod sit vitium, non fastidire, &c. *Hor. Carm.* 1. 3. Hæc res & jungit, junctos & servat amicos.

Qui ne tuberibus propriis offendat amicum, Postulat, ignoscat verrucis illius; æquum est Peccatis veniam poscentem, reddere rursum. —Mihi dulces Ignoscant, si quid peccavero stultus, amici: Inque vicem illorum patiar delicta libenter. —Veniam petimúsque damúsque vicissim. – Ubi plura nitent. ——Non ego paucis Offendar maculis. Ad amicorum levia præstat connivere, &c. *Hor. Ibid.*

540. **Faults or sins not equal.**

Peccata, scelera, vitia non omnia paria, æqualia, ejusdem ponderis & momenti, gravitatis, atrocitatis; sed alia aliis graviora leviorâque sunt.

Non vincet ratio, hoc tantundem ut peccet, idémque.

Qui teneros caules alieni fregerit horti, Et qui nocturnus divûm sacra legerit; adsit Regula, *&c. Hor. Serm.* 1. 3.

541. **No man without fault, or sin.**

Nullus hominum, nemo est omnium, nullum uspiam reperias, neminem invenias ullibi, frustra quæras uspiam qui sit inculpatus, innocuus, insons, &c. 644. qui omnia Dei mandata fide integrâ perfecerit, præstiterit, nullum violârit: qui nusquam impegerit, offenderit, titubârit, nullâ in culpâ sit, nullum erratum admiserit, &c. 911. Omnes homines, modo homines tantùm sint, modo divinitatis participes non sint, filiique Dei, criminum noxarúmque multarum rei sunt, conscii, affines, participes, peccatorum vitiorúmque maculis, sordibus, turpitudine inquinantur, &c. 410. Innocens nemo nascitur, nedum vivit quisquam aut moritur innocens. In utero materno inficimur, & cum vitâ parentum vitia concipimus, contrahimus. Optimus ac integerrimus quisque cadit septies quotidie, uno multoties die labitur, singulis diebus delinquit sæpius. Humanum est errare, labi, peccare, officia vitæ multa omittere atque negligere, multa perpetrare, committere, designare crimina. Neminem ergo nostri generis licet ab omni culpâ, peccato, noxâ absolvere, atque innocentem pronunciare.

——Vitiis nemo sine nascitur; Optimus ille, qui minimis urgetur. —Quemvis media erue turbâ; Aut ob avaritiam, aut miserâ ambitione laborat, &c. *Hor. Serm.* 1. 4.

*To amend his fault.* 79.
*Faultless or innocent.* 641.

542. To favour one, or wish well to.

Alicui favere, indulgere, ſtudere, honeſtiſſimè cupere, bene, optime velle, velle bene, ex animo, benevolum ſe, propitium, benignum, fautorem præbere. Aliquem benevolentiâ complecti, magno ſtudio proſequi, gratiâ & præſidio tueri, ornare. In aliquem inclinatione voluntatis propendere; ſingulari benevolentiâ, animo propenſo, propitio, benigno, benevolo eſſe. Erga aliquem animum habere propenſum, benevolum, &c. Studio alicujus teneri. Tui ſtudioſus, ſtudioſiſſimus.

Accipit in Teucros animum mentémque benignam.

543. To be in favour, beloved, a favourite. 524. 819.

Gratiâ apud aliquem multùm pollere, valere, vigere, florere, excellere. Charus & perdilectus; multùm adamatus alicui. Gratioſus apud aliquem, & unicè dilectus: Qui diligitur unus ex omnibus plurimùm. Omnium deliciarum puerulus; cujus gratiâ nihil non ſit facturus; cujus gratiæ ſit daturus, donaturus, conceſſurus omnia. Sum apud te primus. Intimum me in deliciis habes. Tua conſilia mihi credis omnia. Priores, primas partes apud te habeo. Me amas, me te oblectas; mecum totus es. Solus ſum charus tibi. In me te delectas, me curas unicum; maximè colis, maximi facis.

544. To get the favour, love, or good will of all. A popular man.

Populi omnis, univerſorum civium, hominum, omnium hominum voluntates, ſtudia, benevolentiam, charitatem, amorem, amores, favorem ſibi adjungere, allicere, conflare, conciliare, comparare, colligere, aſſequi, complecti. Influere, inſinuare ſe in animos, ſenſus hominum. Gratiam ab omnibus colligere, permagnam inire. Civium animos, cogitationes, voluntates ad ſe, admirabili virtutis lumine, ſplendore convertere. Mirificos ſui amores excitare. Studia ſumma habere omnium ordinum. Omnibus probari & diligi. Apud omnes, cives univerſos, omnes ordines gratioſus, multæ authoritatis & exiſtimationis, in ſummâ gratiâ eſſe, gratiâ & authoritate valere, florere, vigere, excellere. In omnium ore & oculis. In hominum viſceribus, medullis inhærere. Omnibus, ſummis & infimis, plurimis mortalium charus, gratus & jucundus. Firmo plurimorum amicorum præſidio, benevolentiâ hominum, charitate & benevolentia civium, ſingularibus omnium ſtudiis ſeptus, tectus, munitus, communitus. Deliciæ generis humani.

——Multis munitus amicis.
Agminibus comitum cinctus. Tene magis ſalvum populus vellet, an

an populum tu —In ambiguo est.

545. To be out of, or in little favour with one.

Apud aliquem minùs esse gratiosum, nullam obtinere gratiam; gratiâ nil posse, valere. Hominis potentissimi, amicissimíque gratiâ excidere; ex animo & amore effluere, studium & benevolentiam in se amittere, in offensionem cadere. Animo iniquiore, minùs benigno, favente, benevolo, æquo, propitio uti. Experiri aliquem animo non ita benevolo in se; parùm amantem sui, non admodum sui studiosum, minimè sibi faventem, suisve studentem partibus. Studium alicujus minùs erga se commovere posse.

546. To recover ones favour lost.

In alicujus gratiam redire. Amissam benevolentiam recolligere. Amici offensum animum conciliare, placare ac mitigare. Facere ut quis in gratiam redeat, ut sit in se quo antea modo animatus, ut si quid alienæ opinionis aut parùm amicæ voluntatis adversus se susceperit amicus, deponat, abjiciat.

547. To get the favour of the Judges or great men.

Judicum, principum virorum amorem, benevolentiam, animos, favorem allicere ad se, sibi conciliare, Orationis blandimentis, assentatiunculis, illecebris, muneribus, amicorum gratiâ, judicum, principis, procerum, magnatum animos, mentes ad se attrahere, convertere; apud principes, à proceribus, apud judices inire gratiam; attentos & benevolos judices sibi facere, judicum aures ad audiendum, animos ad cognoscendum, ora ad dijudicandum causam suam sibi conciliare. Facere ut judices sint in suam partem propensiores. Gratia sibi aditum ad judices, litis æstimatores, viros principes aperire, patefacere.

Principibus placuisse viris non ultima laus est.

Cultura potentis amici. Qui regibus uti scit.

548. To lose the favour of the Judges or great men.

Judicum, magnatum, optimatum à se mentes alienare. Principes, judices sibi minus propitios & benevolos reddere. Suam apud judices, proceres gratiam infringere, amittere. In offensionem, reprehensionem judicum incurrere, incidere. Nullo modo posse iratos judices movere, flectere, placare, mulcere. Judicum in se odium, invidiam, inimicitias excitare, concitare. Nullum misericordiæ locum sibi apud judices relinquere. Lenitatis & clementiæ profugium sibi obstruere. Stomachum judicibus facere, commovere. Liberiùs, audaciùs, superbiùs loquendo, gerendo se, principum virorum voluntates abalienare.

549. O favour my enterprise.

Excipe pacato —vultu Hoc opus & timidæ dirige navis iter. Da mihi te placidum, dederis in carmina vires. Ingenium vultu státque cadítque tuo. Numine dexter ades. Adsis favens, pede secundo. Da facilem cursum atque audacibus annue cœptis. — Cœptis ingentibus adsis propitius. ——Ingenio vela secunda dato. Dii cœptis Aspirate meis.

*To interpret favourably.* 863.
*To feign or lie.* 126.
*To feign or dissemble.* 441.
*Faint-hearted.* 364.
*A fair youth.* 171.
*A fair Maid or Woman.* 173.
*Fair weather.* 1398.
*To give fair words.* 1195.
*To win by fair means.* 75.

550. To free one from fear.

Omnem alicui metum, timorem abstergere, eximere. Omni metu liberare. Animum debilitatum metu confirmare; jacentem, languentem ex timore excitare, erigere, ad fortitudinem revocare. Facere ut quis ex metu colligat se, pristinúmque animi robur recipiat.

*To fear.* 63.
*To fear for another.* 64.
*To be fearful.* 65.
*To be out of fear.* 1143.
*To put away fear.* 361.

551. To make a feast or banquet.

Convivium agere, agitare, concelebrare, instituere, magnificè instruere; splendidè, ornatè, opiparè, lautè, sumptuosè, delicatè apparare. Cœnam dubiam, magno, vario ferculorum apparatu instructam exhibere, instituere. Opiparis dapibus convivari. Hospites convivio excipere, lautè tractare, conquisitissimis epulis saturare. Cœnatio luculenta. Convivia inire. Epulis, dapibus mensas onerant, & pocula ponunt. Regifico luxu paratæ epulæ.

552. A thirsty poor feast.

Convivium tenue, sobrium. Cœna perparca & impendio frugalis, Philosophica, Platonica, Spartana. Sordidùs apparatus. Sacrum sine fumo.

Cœna canina, abstemia: *without wine.*

Ad cœnam, convivium rogare, rogitare, monere, vocare.

*To invite to a Feast.*
*Feeble or weak.* 1393.

553. To feed or nourish with meat and drink.

Cibare. Cibo, victu pascere, nutrire, alere, sustentare. Alimentis, cibo & potu pascere, fovere.

Alicui victum, cibaria dare, præbere, suppeditare, ministrare. Victus suppeditatur largè sine labore.

*To feed sparingly.* 480.
*To keep fellowship with.* 20.
*A fertile soil.* 599.

554. A fiery fellow, hard-hearted, unmerciful. 366. 714.

Homo naturâ, ingenio triſtis, ſeverus, horridus, durus, dirus, rigidus, difficilis, moroſus, ferus, barbarus; ferox, incultus, agreſtis, vehemens, tetricus, immanis, inhumanus, immitis, ſævus, atrox, auſterus, iracundus, importunus, ſubhorridus, truculentus, ferreus; ſingulari ſævitiâ, feritate, aſperitate naturæ, inhumanitate; gravi vultu, horribili aſpectu, Gorgoneis luminibus, Atrei oculis micantibus flammâ; omnis humanitatis expers; præter cæteros aſper, atrocitate barbarâ immanis, omni diritate atque immanitate teterrimus; qui omnem humanitatem & manſuetudinem abjecit, exuit, depoſuit; ferreo pectore; animo, ingenio tam iniquo & importuno, ut nullâ miſeratione ſupplicatione néve flecti poſſit. Hominem prorſus exuit, induit feram.

—— Rigidos ſilices, ſolidúmq; in pectore ferrum, Aut adamanta gerit, aut lac bibit ille leænæ. Quámque lupi ſævæ plus feritatis habet. Duritiâ ferrum ſuperas, adamantáque robora vincis. Te lapis & montes innatáque rupibus altis Robora te ſævæ progenuere feræ. De tigride natus. Ferox animi. Ferâ truculentior urſâ. —— Durus genuit te cautibus horrens Caucaſus, Hyrcanæque admôrunt ubera tigres. Sævior illa freto ſurgente cadentibus hœdis; Durior & ferro quod Noricus excoquit ennis, &c. *Ovid. Met.* 4. 17. Illi robur & æs triplex circa pectus erat. Quàm ferus & vere ferreus ille fuit? Nec rigidâ mollior æſculo, Nec Mauris animus mitior anguibus. —— Silices g ſtare in corde fatebor. Horrida morum barbaries. Nec viſu facilis, nec dictu affabilis ulli, &c. *Virg. Æn.* 3. Cui riget in medio Caſpia corde ſilex. Rigidum ferri ſemina pectus habet, &c. *Ovid. Triſt.* 1. 7. Natus es è ſcopulis, nutritus lacte ferino; Et dicam ſilices pectus habere tuum. Neſcia humanis precibus manſueſcere corda. Precibus non movetur magis, quàm ſi dura ſilex aut ſit Marpeſia cautes.

555. To fight a battle or pitcht field.

Pugnam, prælium inire, committere. Armis, ferro decernere, decertare, rem agere, gerere. Aperto prælio, collatis ſignis, acie congredi, confligere, concertare; manus conſerere, conferre; dimicare. Infeſtis ſignis coire, concurrere. In prælium, in aciem deſcendere. Ad manus, in aciem & dimicationem venire. Signa conferre. Prælium tentare, conſerere, audere. Aciem ſtruere, inſtruere, & in acie ſtare adverſus hoſtem. Præliari.

——Miſcere manus. ——Stricto concurrere ferro.

——Inter ſeſe duri, rigidi certamina Martis contulerant.

Signa collatis micant. Vicina, coitura ſignis, &c. *Sen. Theb. Act.* 3. Grave prælium commiſit.

——Com-

—Corpora bello Objectant, pulchrámque petunt per vulnera mortem. Pugnatur cominus armis.

—Totis in pugnam viribus itur.

—Committere classes & freta navali sollicitare tubâ: *A Sea-fight.*

556. To fight valiantly.

Viriliter, animosè, fortiter, strenuè, alacriter, constanter, fortissimè, acerrimè agere, rem gerere, cum hoste confligere, de vitâ dimicare, hostes adoriri, in hostes impetum facere. Animo forti, invicto, infracto pugnam inire, perpetrare, facere. Præclara prælia facere. Summâ contentione ac fortitudine hostes, hostium vires, arma, tela, copias repellere, propulsare. Hostium impetus viriliter reprimere, retardare. Magnâ cum laude virtutis pugnam committere; in acie, in armis versari, stare; cum hoste, hostibus congredi.

—Forti decernere pugnâ. Fortiter aggredi hostem cominùs, concurrere cominùs hosti; rem ferro gerere; decernere ferro; collatâ movere prælia dextrâ, concurrere ferro. Sævâque in oppositos pectora ferre viros.

557. To fight rashly, or desperately. 377.

Temerè, inconsideratè in acie versari, stare; omni Martis & mortis periculo, in medios hostes ad perspicuam mortem, in graves dimicationes atque in hostium quotidianos impetus objicere se; hostes audaces, hostium irruptionem, adventum suo corpore excipere, obstruere; omne belli discrimen subire, periculum proferre. Manu confligere, nulla habita sui ratione, suæ salutis curâ. Nullo telo se adversùs hostium arma defendere. Nudum se, inermem armatis opponere.

—Ne te temerarius ardor In medios enses sævâque tela ferat.

—Per tela, per hostes Vadimus haud dubiam in mortem. Densos, medios moriturus in hostes Irruit, fertur; mediis se immiscuit armis, in medias dat sese acies, in media arma ruebat; morti caput objiciebat. —Cæco Marte resistunt.

*To find out or perceive.* 1341.
*To find fault.* 536.
*Where shall I find him?* 406.
*To finish a work.* 492.
*To finish a journey.* 739.

558. To make a fire.

Ignem struere, exstruere, componere, accendere. Pyram magnam exstruere. Struere lignorum faces; flammam, ignem subjicere, suggerere, ignis luculentus.

Sacrum vetustis exstruat lignis focum. Dissolve frigus, ligna super foco Largè reponens. —Largóque serenat Igne domum. Et meus exiguo luceat igne focus. Subjiciunt vepribus prunas. Suscipere ignem foliis. Rapere in fomite flammam.

Folle

Folle; flabello ignem excitare, *To blow the fire.*

Eruere ignem ex silice, silice flammam excutere; conflictu, attritu lapidum ignem elicere; *To strike fire.*

### 559. To mend a fire.

Ignem languescentem, deficientem, senescentem novo fomite reficere, reparare, recreare; penè intermortuum, extinctum suscitare.

Impositum cinerem & sopitos suscitat ignes.

### 560. To put out or quench a fire.

Ignem, flammas, incendium extinguere, restinguere, aquâ opprimere, obruere. Incendium compescere. Restinguere fontibus ignes, flammas lymphis. —— Compescuit ignibus ignes. ——Lapsus putres jam Mulciber ibat in cineres: Flamma recens parvâ sparsa resedit aquâ. Incendia vires Indomitas posuere. *The fire went out.*

*To set on fire or burn.* 233.

### 561. To fish, a fisherman.

Piscari. Inescari pisces. Hamis, escâ, lino & arundine, retibus captare, capere pisces; piscibus insidiari. Retia tendere ad capiendos pisces.

Piscem tremulâ salientem ducere setâ. Tremulâ pisces arundine captare; hamo suspendere. ——- Celare cibis uncos fallacibus hamos.

—Quæ piscis edax avido malè devoret ore, Abdere supremis æra recurva cibis. —— Linóq; solebat, & hamo Decipere, & calamo salientes ducere pisces.

Piscatores, fures maritimi, conchitæ atque hamitæ, famelica hominum natio.

——Qui pendentia parvo Æra cibo cerat moderato arundinis. ——Altis deditus æquoribus tantùm exercebat in illis. Et modò ducebant ducentia retia pisces. Nunc in mole sedens moderabat arundine linum. *Fisherman.*

### 562. To fit, or be fit.

Aptè, aptissimè, alicui rei, ad aliquid convenire, quadrare; Aptus & natus ad rem, appositus, accommodatus, idoneus. Habiles & apti sunt ad pedes calcei. Apti & idonei. Appositè ad rem.

### 563. Fit by nature for all things. 882.

Indulgentiâ quadam naturæ unus ad omnia, ad omnes res peragendas natus est, aptus, accommodatus, commodus, appositus, factus, fictus. Eo ingenio quidvis ut exequi, & præstare satis commodè possit. Hoc ei dedit natura, à natura accepit, quicquid aggrederetur, susciperet, capesseret, quamcunque ad rem se conferret, ut egregriè conficeret: ut ab eâ cum laude discederet. Homo commodissimus, & ad omnes aptissimus naturâ res.

*It is fit, or behoveth.* 185.

### 564. To flatter.

Alicui adulari, assentiri, blandiri, subblandiri, palpare, palpari, palpum obtrudere, parasitari, subparasitari. Loqui omnia ad colligendam, conciliandam gratiam. Compositis sermonibus aures mulcere, in aures influere. Ad voluntatem loqui omnia, nihil ad veritatem. Blanditiis verborum, lenociniis, assentatiunculis gratiam aucupari, benevolentiam captare, gratiam inire apud aliquem. Fucum, fumum vendere. Aliquem palpo percutere: coram, in os laudare, phaleratis dictis ducere. Assentationis artificio gratiam colligere, quærere. Permulcere, demulcere aures, caput. Fingere se totum ad arbitrium, nutum, voluntatem, libidinem eorum qui eum audiunt. Blandimentis verborum auribus magnatum inservire, insidiari, insidias facere. Falsis laudibus, præconiis mendacibus exornare, principum vitia ornare, incrustare, dealbare. Falsam alicui laudem affingere. Ait quis? aio. Negat? nego. Denique imperavi egomet mihi omnia assentari. Quidquid dicunt, laudo: rursus si negant, laudo id quoque. Arte parasiticâ ad assentationem eruditus. Auribus alterius aliquid dare.

Crescentem tumidis inflat sermonibus utrem.

### 565. To hearken to flatterers.

Assentationibus, assentatoribus, adulatoribus respondere; aures patefacere, præbere, bibulas dare: accommodare se. Blandis verbis, verborum blanditiis, illecebris, blandimentis, assentatione, adulatione capi, permulceri, delectari.

Cùm fictus ad voluntatem sermo adhibetur, orationem illam vanam præconium esse laudis suæ putare. Assentationis escam hamúmque devorare.

### 566. Not to hearken to flatterers.

Blanditiis, adulationibus, assentationibus aures, aditum claudere, occludere, obstruere. Parasitorum cantus, adulatorum blandimenta excludere surdis auribus. Falsas, fictas assentatorum laudes repudiare, non agnoscere. Non adulari nos sinamus.

### 567. To flea or pull off the skin.

Pellem, corium alicui detrahere, diripere, auferre, tollere. Pelle aliquem exuere, nudare.

Clamanti cutis est summos direpta per artus. Nec quicquam nisi vulnus erat, &c. *Ovid. Met. 6. 7.* Atque unum in toto corpore vulnus erat. — Erepta juvenco pellis. Tergora diripiunt costis, & viscera nudant. Cæsa recesserunt à cute membra sua.

Dracones — annosæ pellem posuere senectæ: Serpens novus exuit annos: *Serpents put off their skins.*

*To flock to some place.* 1073.

*A flood.* 937.
*To flout or laugh at.* 868.

## 568. To flie away, or escape by flight. 1106.

Aufugere, effugere, profugere, suffugere. Fugâ dilabi, elabi, evadere, erumpere; evolare ex custodiâ; subducere, subtrahere se periculo: sensim se surripere. Metu oblato diffugere. Pœnam subterfugere.

Pedibus salutem quærere, adipisci. Clypeum, hastam abjicere: è manibus lictorum se proripere. In pedes, fugam se dare, conjicere. Fugam facere, arripere, capessere. Fugâ sibi, suæ saluti, suis rebus consulere, cavere, prospicere. Postico fallere, discedere. Animus in pedes decidit.

Terga dare, vertere, fugæ dare, —— Sic agna lupum, sic cerva Leonem, Sic aquilam pennâ fugiunt trepidante columbæ, Hostes quæque suos. Præcipitem metus acer agit. —— Dedit certæ lintea plena fugæ.

Fugam ornare, agitare, parare, intendere, moliri, meditari, apparare. Adornas ad fugam viaticum. *To prepare for flight.* Ardet abire fugâ.

## 569. To fly in the air.

Volare, volitare. Pennis, alis, remigio alarum niti: se in altum, in cœlum, sublime ferre, tollere. Avis me consimilem faciam. Non ocyùs quivi, si me Dædaleis tulissem remigiis.

Alis, pennis paribus, pernicibus niti, labi: tendere iter, allevare, tollere se: aera, æthera secare, scindere, sulcare, petere, verberare, æthereas vias carpere. Cœlo se tradere. ——Ardua pennis Astra sequi.—— Volat illa per aera magnum, Remigio alarum. Præpetibus pennis ausus se credere cœlo. Dædalus ignotas animum dimittit in artes: Naturámque novat. Nam ponit in ordine pennas, &c. *Ovid. Metam.* 8. 3. Expertus vacuum Dædalus aera Pennis non homini datis. Alas, pennas celeres movere, commovere, quatere, jactare, agitare per aera. Fertur in astra volans. ——Tenues se sustulit ales in auras.

——Ingreditur jactatis æthera pennis. ——Liquidum motis talaribus aera findit. Aera carpebat tenerum stridentibus alis. Pennis—— Æthereas ausus jactatis ire per auras. ——Pedibus tellure repulsâ, Arduus in nubes abiit.—— Geminas libravit in alas Arte suum corpus, motâque perpendit in aurâ, ——Rapido fertur celsum per inane volatu. Sublimes raptim per inane volatus Carpit, & ingenti desistat nubila gyro.

## 570. To follow one. 642.

Sequi, insequi, consequi, persequi; sectari, consectari. Alicujus vestigia premere; vestigiis insistere, inhærere,

Subsequitur, pressóque legit

vestigia passu, gressu. Ille ducem haud timidis vadentem passibus æquat. —— Admisso sequitur vestigia passu, &c. *Ovid. Met.* 1. 9. Insequitur, trepidíque pedem pede fervidus urget. Me duce carpe viam. Sequitur vestigia furtim. Per rupes, scopulósque, aditúque carentia saxa. Quaque est difficilis, quáque est via nulla sequuntur. Respicit —— comites sua terga sequentes. Ponè subit —— & longè servat vestigia.

*To follow or imitate.* 712.

*That being granted, this must needs follow* 635.

*To be fond of, or dote upon.* 447.

## 571. To be foolish, a Fool. 446.

Nihil sapere. Planè desipere. Animi cæcitate, mentis stupore opprimi. Crassâ rerum omnium ignorantiâ teneri. Stultus, amens, demens, fatuus, stolidus, stupidus, tardus, insulsus, insipiens, imprudens, delirus, morio, mente captus. Chorœbo stultior. Homo sine acumine, sensu, sale, oculis, mente; insipidus, excors, vecors; sapientiæ, rationis, consilii, mentis inops, expers; mentis stupiditate, amentiâ, tarditate ingenii, stupiditate, stultitiâ impeditus, distitutus; omni consilio animi occulatus; nullius aculei, ingenii, consilii; ignorantiæ nebulis, tenebris oppletus; cujus vecordiæ, ignorantiæ mederi, ne Asclepiadi quidem concessum puto.

Corpus sine pectore. Qui corpus sine mente gerit.

## 572. Foolishly done.

Stultè, temerè, ineptè, imprudenter, insipienter, stolidè, insulsè, dementer à nobis factum est. Quæ est hæc amentia? Ridiculum, absurdum est hoc. Stultitia, dementia, stupiditas, inscitia est hæc. Amantium an amentium est hoc inceptum?

*To grow foolish or dote.* 446.

*Forthwith, or immediately.* 713.

## 573. To forbid a thing. 200.

Rem aliquam prohibere, interdicere, vetare, inhibere; velle, jubere irritam esse, non fieri. Rei alicujus conficiendæ potestatem negare, non facere. Verbis impedire; lege, gravi pœnâ cavere ne fiat quid. Minis deterrere quo minus. Pœnis, edictis revocare.

*God forbid.* 624.

## 574. To take away by force and violence. 1205.

Aliena bona invadere, oppugnare, per vim tollere; summâ vi, maximis viribus eripere, avehere, abradere; per oppressionem, injuriam, rapinam, violentiam auferre, abducere, detrahere, abstrahere; violenter abripere. In fortunas alterius impetum facere. Alicujus bonis vim, manus afferre. Quo jure, quâque injuriâ præcipitem bonis exturbare.

575. To

## 575. To foresee or forecast.

Prænoſcere, præcognoſcere, præſcire, præſentire, præſentiſcere, præſagire, prævidere, divinare: Animo providere & præſentire aliquid, mente, cogitatione ſuâ proſpicere.

Augurari conjecturâ futura. In poſterum, futurum animo præſentire; jam ante animo proſpicere; divinitùs, multò ante tanquam è ſpeculâ aliquâ providere. Quod ego futurum tam video animo, quàm ea quæ oculis cernimus. Præcipere animo futura, & conjectura qualicunque deprehendere. Futurorum providus.

Providus veri; rei venturæ præſcius augur. Hoc equidem ducebam animo, rebárque futurum.

——Sagax quondam ventura videre.

## 576. To foretel, prognosticate, prophesie. 1190.

Prædicere, augurari, divinare, vaticinari, prænunciare. Futura, fata aperire, canere, ſignificare, prodere, oſtendere, præmonere, præmonſtrare, denunciare. Oraculum edere de rebus poſterorum. Divino furore incitatus vaticinari,

——Caſus aperire futuros. Fatorum arcana canere. Fatis aperit Caſſandra futuris Ora. —Ubi vaticinos concepit mente furores; divino concita motu, venientia fata reſignat.

*To make a forfeit, or confiſcate goods.* 321.

*To forge a hand or ſeal.* 357.

## 577. To forget.

Aliquid oblivioni dare, tradere, ex memoriâ, ex animo tollere, funditus ejicere. Rei memoriam amittere, abjicere, deponere. Id me, memoriam meam fugit, præteriit; deleri ex animo, labi è memoriâ paſſus ſum, excidit mihi, ex animo effluxit, defluxit, exceſſit. Oblitus ſum ejus rei, non recordor; oblivio me cepit; intercidit memoria. Bona præterita non effluere debent ſapienti. Rerum irreparabilium ſumma felicitas eſt oblivio. Quaſi ex amne Lethæo longa bibere oblivia.

——Animo ſubeunt oblivia noſtro. —Paulatim abolere Sichæum Incipit. Mollis inertia tantam diffudit imis oblivionem ſenſibus: Pocula Lethæos ut ſi ducentia ſomnos Arente fauce traxerim: Lapſus pectore vultus. Horum immemor ſum. Exciderunt animo.

## 578. Very forgetful, of a bad memory.

Memoriâ labi, falli, vacillare. Obliviosus. Memoriæ fallacis, fragilis, infelicis, debilis, infirmæ, infidelis, minimè capacis, parùm tenacis. Quaſi Lethæo rore ſoporatus; quaſi de flumine Lethæo biberit, ita rerum omnium facilè obliviſcitur. Cui quæ didicit, audivit, omnia ſtatim, protinus, facillimè excidunt. Cui qui præcepta dat, in cava Lethæas dolia portat, fundit aquas.

*To forgive offenders.* 944.
*To forgive injuries.* 730.

579. **To be forgotten, out of memory.**

In oblivionem venit, abiit. Ejus rei memoria intercidit; oblitera-ta, delata, mortua est, sublata funditus. Crebrò excepta est ea res, non in dolio. Oblivione obrui, extingui, sepeliri. Obliterari.

——In æquoreos obierunt irrita ventos, Cunctáque Lethæis mersa feruntur aquis.

580. **To make things forgotten, put out of memory.**

Rei alicujus memoriam tollere funditus ac delere; perpetuo silentio obruere; oblivione perpetuâ sepelire, conterere, delere. Præteriti temporis memoriam vetustas oblivione obruit, obliteravit, abolevit.

Nulla dies unquam memori vos eximet ævo.

*To travel into foreign Countries.* 1304.

581. **To forswear himself.**

Pejerare, abjurare, dejerare. Jusjurandum, juramentum, sanctissimum sacramentum violare. Perjurio se astringere, obstringere. Quod ex animi sententiâ juraveris, id non facere, præstare, perjurium est. Mendaciis, testimoniis falsis Deum adhibere testem. Perjurio Dei majestatem lædere, violare. Perjurii reus.

——Fidem jurata fefellit. Perfidum dixi sacramentum. Jura, fides ubi nunc, commissáque dextera dextræ; Quíque erat in falso plurimus ore Deus? —Falsæ perjuria linguæ.

582. **To fortifie or make strong a place.**

Urbem, oppidum vallo & fossâ, agere, vallo, muris, mœnibus, propugnaculis munire, communire, firmare, confirmare, corroborare, stabilire, cingere, circundare, sepire, intersepire. Vallum urbi prætendere, circumjicere. Castrum sepimento vallare, operibus munitionibúsq; sepire: Mirificis molibus munire aditus. Later, murus urbem amplectitur. Contabulare murum turribus.

——Cingere muris oppida. Muros, mœnia ponere, condere, constituere: attollere, ædificare sublimes. Mœnibus, urbem muris, triplici circundare muro. —Tutos servabant aggere muros. Turritis incingere mœnibus urbes. Præcipites cingebant oppida fossæ.

583. **A fort, castle, or bulwark.**

Munitio, munimentum, propugnaculum, arx, castrum, castellum; septus & munitus locus.

——Munimen nullo quassabile ferro. —Assurgunt turres, & propugnacula bello Tutabantur. Cyclopum firmata manu stant ardua ferro Mœnia. Colle per excelsum patulo, quem subter aperto Arva sinu,

ſinu, nulliſque aliis à montibus obſtant Deſpectus: Nec longa labor munimina durus Addidit, ipſa loci natura ferebat, &c. *Stat. Thebaid.* 7. *v.* 448. *A place fortified by nature.*

## 584. Fortune. Fortuna.

Vitam regit Fortuna, non ſapientia. Fortuna eſt rerum externarum & ad corpus pertinentium domina, vaga, volubiliſque. Inſanam eſſe & cæcam & brutam perhibent Philoſophi. Cæcam ob eam rem, quia nihil cernat quo ſe applicet. Inſanam autem aiunt, quia atrox, incerta, inſtabiliſque ſit. Brutam, quia cum multis incommodis conflictetur propter immenſam pecuniæ cupiditatem. Non ſolùm ipſa fortuna cæca eſt, ſed eos etiam plerumque efficit cæcos quos complexa eſt. Fortes fortuna adjuvat. Fortuna fortes metuit, ignavos premit. Probitatem, induſtriam, cæteráſque bonas artes neque dare, neque eripere cuiquam fortuna poteſt. Fortuna opes auferre, non animum poteſt. Faber eſt quiſque fortunæ ſuæ. Suam cuique mores fingunt fortunam. ———

Sed te nos facimus, Fortuna, deam, cœlóque locamus. Si Fortuna volet, fies de Rhetore Conſul: Si volet hæc eadem, fies de Conſule Rhetor. O diva gratum quæ regis Antium, præſens vel imo tollere de gradu mortale corpus, vel ſuperbos vertere funeribus triumphos, &c. *Horat. Carm.* 1. 3.

*To go forward, or profit in ſome courſe.* 1020.
*Foul weather.* 1399.
*Foul or ill-favoured.* 711.
*To go a fowling.* 201.
*Frantick.* 827.

## 585. All things are frail.

Omnia mortalium mortalia ſunt, fluxa, incerta, caduca, tranſitoria, momentanea, fugacia, fragilia, vana, temporalia, inſtabilia; mobilia, evanida; brevi jam ruitura, interitura; brevi, breviſſimè, parvo, exiguo tempore, ad exiguum tempus duratura: citò peritura; non conſtantia, permanentia; quæ ſervari diu, ætatem ferre non poſſunt: expoſita, obnoxia periculis; non in humanis viribus, conſiliis poſita, ſed in fortunæ temeritate, temporum viciſſitudine conſtituta; citò, celeriter dilabuntur. Noſtrarum rerum viciſſitudo eſt omnium; quæcunque oriuntur & moriuntur; quæ ortum & occaſum habent. Abeunt omnia unde orta ſunt. Infra lunam nihil eſt non mortale & caducum; nihil ſemper in ſuo ſtatu manet.

Omnia ſunt hominum tenui pendentia filio; Et ſubito caſu quæ valuere ruunt. ——— Nil non mortale tenemus; & vernâ incertius aurâ. ——— Nihil eſt toto quod perſtat in orbe: Cuncta fluunt; &c. *Ovid. Met.* 15. 3. ——— Mortalia facta peribunt.

### 586. To set one free or at liberty.

Servum, mancipium, captivum manumittere, emancipare; à servitute, à vinculis eripere, eximere, expedire, liberare, solvere, in libertatem vindicare, asserere, restituere; pileo, libertate donare, ad pileum vocare; sui juris, arbitrii, potestatis facere. A cervicibus alicujus jugum servile, servitutis jugum dejicere, excutere, tollere, solvere. Aliquem ergastulo, vinculis; cervices alicujus vinculis expedire, solvere, exsolvere, levare.

Vindicias secundum libertatem dare: *To judge one free.* Feci è servo ut esses libertus mihi.

——Manicas atque arcta levari Vincla jubet. Quem vindicta relaxat Verterit hunc dominus, momento temporis exit Marcus.

### 587. To be set free.

Servitutem, jugum servitutis exuere. Vinculo, jugo servitutis solvi, in liberorum societatem, cœtum ascribi. Libertate donari; pristinâ potiri, frui. In libertatem vindicari, &c. ——Eripe turpi Colla jugo. ——Vindicta meus à Prætore recessi.

### 588. To live freely, after his own will, as his own man.

Suo more, arbitrio vivere. Pro suo arbitrio, libidine agere, gerere se. Liberam, solutam ab aliorum imperiis vitam agere. Suis tantùm legibus teneri, alium observare neminem. Liber à nutu alieno. Nec pædagogo illi jam nec patre opus est.

Sui arbitrii, spontis, juris, potestatis esse. Animo suo morem gerere, obsequi.

Nullius addictus jurare in verba magistri. Quo me cunque rapit tempestas, deferar hospes, &c. *Hor. Epist.* 1. 1.

### 589. Free of a City.

Civitate donari, jus civitatis, immunitatem obtinere, consequi. In civium, municipum numerum ascribi, referri. In civium numero reponi, haberi. Participem civitatis civiliúmque munerum fieri.

*Free or liberal.* 802.
*To free one out of prison.* 1012.
*To bestow gifts freely.* 618.
*To speak freely or boldly.* 1196.

### 590. It freezeth. A frost.

Glacie, gelu, frigore intenso aquæ concrescunt, durescunt, indurescunt, congelantur, congelascunt, rigent, rigescunt, constringuntur.

Unda frigore concreta, vincta, durata, congelata; aqua nexa in glaciem ——Glacie riget horrida tellus. ——Astricto terra perusta gelu est. —Ipsa Æquora brumali diriguere gelu. Gelúque flumina constiterant acuto. Ustus ab assiduo frigore pontus. Terráque marmoreo pallet adusta gelu. Vidimus ingentem glacie consistere pontum; Lubricáque immotus testa premebat aqua. Terram claudit hyems, gelu. Fluvii concrescunt frigore. Cæruleos latices

ventis

ventis durantibus Ister Congelat, & tectis in mare serpit aquis. Boreæ vis sæva marinas Cogit aquas. Ventis glacies astricta pependit. Tristis hyems glacie cursus frænabat aquarum; Inclusæque gelu stabant ut marmore puppes. Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ; Undáque jam tergo ferratos sustinet orbes, Puppibus illa priùs, patulis nunc hospita plaustris; Quaque rates ierant, pedibus nunc itur, & undas Ungula equi pulsat concretas frigore. Dura meant celeri terga per amnis equo. Hæc freta vel pediti pervia reddit hyems. Stiriáque impexis induruit horrida barbis. —Glacie riget horrida barba.

## 591. To joyn friendship. 529.

Amicitiam, societatem individuam conflare, inire, contrahere, conciliare; perpetuâ societate, amicitiâ se conjungere cum aliquo. Ad amicitiam alicujus se applicare, conferre. In alicujus familiaritatem se penitùs dare. Aliquem in amicitiam recipere; in album amicorum referre, ascribere; summo & singulari amore complecti. Amicitiæ vinculis inter se, arctissimo necessitudinis vinculo, summâ familiaritate, sanctissimo fœdere, benevolentiâ mutuâ & singulari copulari, colligari, conjungi, astringi, devinciri. Usus plurimus, consuetudo quotidiana, necessitas summa, familiaritas arctissima, amicitia vetus mihi cum illo, inter nos intercedit. Quicum est mihi necessitudo & familiaritas quædam sanctior, intima; & omnia intercedunt jura fœderis arctissimi sanctissimique. Idcirco amicitiæ comparantur, ut commune commodum mutuis officiis gubernetur. ——Tanto est mihi junctus amore, Quantus in Atridis Tyndaridísque fuit. ————Mihi te sinuoso in pectore fixi. Munere fungi propioris amici. O mihi Theseâ pectora juncta fide.

## 592. To keep friendship. A true and trusty friend.

Amicitiam integram, inviolatam, immortalem conservare. Amicitiæ initæ nodum sartum tectum constantissimè servare. In fide constanter permanere. Constantiam & fidem præstare amicis. Inveteratam amicitiam retinere. In amici charitate & consuetudine acquiescere. Per multos annos amicitiam benevolentiámque inter se sanctissimè coluerunt. Tantus est amor, ut exhauriri, labefactari nullâ possit injuriâ.

Satis perspecta est erga me amicitia tua.

Valeant qui inter nos dissidium volunt.

Amicus certus, fidus, fidelis, fide antiquâ, probatâ, exploratâ, firmâ, singulari, perspectâ, incredibili; fidei observantissimus, sine fuco.

————Fidæ pectus amicitiæ. ——Junctissimus illi, Et comes, & veri non dissimulator amoris. ——Raros

— Raros inter numerandus amicos, Quales prisca fides, famáque novit avos. Uterque ——Fama quod raró novit, amicus erat. Felices ter & ampliùs Quos irrupta tenet copula, &c. *Hor. Carm.* 1, 13.

### 593. To break friendship, a false friend.

Amicitiam, societatem, concordiam conciliatam, comparatam, conglutinatam, initam, contractam, conflatam, pactam, confirmatam dirimere, diffluere, violare, dissolvere, dissociare, discindere, disrumpere, disjungere, labefactare, deponere. Amorem antiquum ex animo ejicere, delere, extirpare. Omnia charitatis, amicitiæ, necessitudinis, societatis jura violare, evertere. Societatis, amicitiæ nodum solvere, tollere, dissecare. Amicitiæ jus deserere, fœdus frangere. Ab amico, amici consuetudine se segregare, sejungere, abalienare. Divortia amicitiæ atque diffidia facere. Amicus malæ, nullius fidei; perfidus, infidus.

Illud amicitiæ sanctum & venerabile nomen Re tibi pro vili, sub pedibúsque jacet. —— Fraternum rumpere fœdus.

### 594. To forsake his friend in adversity.

Ab afflictâ amicitiâ transfugere, & ad florentem aliam devolare. Fortunam facere, sequi amicitiæ ducem: eâ favente, amico favere, fugiente, fugere: eâ ridente, arridere, contrahente vultum, amorem contrahere: Desertum, derelictum à fortunâ derelinquere, deserere. — Cum fortunâ státque cadítque fides. Qui amor florente rerum secundarum æstate incalescere, exardere, flagrare visus est, procellosâ calamitatum hyeme deferbuit, refrixit, extinctus est. Quem beatum, prosperò agentem, opibus fluentem coluerat, dilexerat, plurimi fecerat; eum afflictum, inopem, in angustias redactum contemnere, nihili æstimare. Utcunque homini res parata est, firmi amici sunt: si labant res lassæ, itidem amici collabascunt.

En ego non paucis quondam munitus amicis, Dum flavit velis aura secunda meis: Ut fera nimboso tumuerunt æquora vento, In mediis lacerâ nave relinquor aquis, &c. *Ovid, de Ponto*, 2. 3. Ille ut opes fractæ Teucrûm & fortuna recessit, Res Agamemnonias victriciáque arma secutus, Fas omne abrumpit. *Virg. Æneid.* 3. *de Polymnestore: & Ovid. Met.* 13. 2. Ut occidit fortuna Phrygum, capit impius ensem, &c. Dum juvat & vultu ridet fortuna, &c. *Ovid. Trist.* 1. 4. Donec eris felix, &c. *Ibid.* 1. 8. Fortunâ mutatâ vulgus infidum & meretrix retro perjura recedit; diffugiunt cadis cum fæce siccatis amici, Ferre jugum pariter dolosi.

### 595. True to his friend in adversity.

Nullis fortunæ minis ab amicitiâ colendâ, ab amici societate abster-

absterreri. Rerum adversarum unà cum amico participem esse. Amici omnes res prosperas adversasque communes habere. Unà cum amico bona simul & mala tolerare; utramque fortunam experiri, æquo animo ferre; amico in adversis adesse.

—— Afflictum non adversaris amicum. Turpe putas abigi, quia sit miserandus, amicum, &c. *Ovid. de Ponto* 2. 3. Perithoum Theseus Stygias comitavit ad undas. Adfuit insano Juvenis Phocæus Oresti, *Ovid. Trist.* 1. 4.

## 596. Friendless, succourless.

Homo desertus & derelictus, orbus, miser, derelictus, ab omni spe, auxilii & amicorum inops; nudus à propinquis, ab amicis cui tenues opes, nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ sunt: omnibus vitæ præsidiis orbatus, cui nullum salutis præsidium aut profugium, in magnâ solitudine.

Non noscitur ulli, Agminibus comitum qui modò cinctus erat. Charis spoliatus amicis. Omnibus exhausti jam casibus, omnium egeni.

*To long for his friends company.* 309.
*To bewail his friends death.* 196.
*To make friends, or reconcile.* 1055.
*To be made friends.* 1056.

## 597. To undo his friends.

Suis exitio esse, perniciem afferre, summam calamitatem, pestem parare, apportare. Suos in ultimum discrimen, in miserrimam, deterrimam conditionem abducere, fortunis omnibus evertere: maximis malis, difficultatibus implicare, involvere. Sic solet beare amicos.

## 598. To frown or lowr. 811.

Supercilium, frontem contrahere, corrugare, obducere, caperare. Horrido, tetrico, acerbo, adducto, nubilo, duro, tristi, severo, torvo, inhumano esse vultu. Implicare rugis frontem. Severitatem in oculis, vultu, aspectu denunciare, ostendere, præ se ferre. Obliquâ facie aspicere. Acribus oculis intueri. Vultu importuno, Catoniano minitari. Iracundiam vultu prodere. Supercilii severitate delinquentes verberare. Vultum severum, tetricum, &c. induere, inducere.

—— Torvo littora prospexit vultu. Aspicit hunc Pentheus oculis quos ira tremendos fecerat. Vultus modo sumit acerbos. Torva tueri. Pondus veteris triste supercilii. Quid ut noverca me intueris, aut uti Petita ferro bellua?

## 599. A fruitful and fertile soil. 160.

Ager, terra, solum, fundus fœcundus, uber, fertilis, frugifer, fructuosus, lætus, ferax, pinguis, abundans, dives, opimus, luxuriosus, benignus, gratus, cultissimus, fructuosissimus: varietate, copia fructuum insignis: qui fructus ubertim edit, reddit, fert, segetes

segetes parit, fruges fundit uberiùs, lætiùs, feraciùs, abunde: caput rei frumentariæ: ubertatis, fœcunditatis inexhaustæ. Nulla est benignior tellus, nullus ager omnium rerum feracior. — Pinguis humus dulcíque uligine læta, ubere glebâ. — Frequens herbis & fertilis ubere campus. Fertilis frugum pecorísque tellus: Cereris & Bacchi ferax. ——Arva, beata petamus arva, divites & insulas, Reddit ubi Cererem tellus inarata quotannis, &c. *Horat. Epod.* 16. Ubi fundit facilem victum justissima tellus. ——Terra ingeniosa colenti. Pingue solum lassat, sed juvat ipse labor.

## 600. A fruitful Tree.

Arbor fructuosa, fœcunda, fertilis; variis onusta, onerata, induta fructibus; frequens pomis, onere, pondere pomorum gravis, gravata; quæ Suum vix tenet arbor onus; luxuriat lætis fructibus. Optimorum fructuum abunde ferax; feracissima.

## 601. A fruitful Wife.

Uxor fœcunda & liberorum ferax; quæ marito suo peperit, edidit, tulit filios permultos; ex qua conjux filios genuit, suscepit, sustulit plurimos: ex qua filii complures nati sunt. Uxore tam fœcundâ usus est, ut liberis, liberorum multitudine abundet, filiis auctus sit quamplurimis.

## 602. To celebrate ones Funeral.

Mortuo funebre officium exequi: corpus efferre amplissimè, in rogum imponere, cremare, exequiis prosequi, honestare. Vitâ defunctis, defunctis manibus parentare: celeberrimâ parentatione funus, exequias funeris peragere: funebria, mortualia; parentalia, justa, funebria justa, sacra officia, exequiarum justa, suprema, ceremonias, honores funebres, exequias, inferias, magnificè, honorificè, regio sumptu, solemni more agere, facere, solvere, peragere, celebrare, persolvere, exhibere, conficere, exolvere: funus satis amplum facere: pompam funebrem, feralem, exequialem, lugubrem, funus magnificum ducere, deducere, instruere. Defunctorum funeribus supremum honorem solvere.

—— Cineri ingrato suprema ferant, &c. *Virg. Æneid.6.* ——Ingens aggeritur tumulo tellus, stant manibus aræ, &c. *Virg. Æneid.* 2. —— Corpora luce carentûm exportant tectis, & tristia funera ducunt. — Statuent tumulum, & tumulo solennia mittent.——Solennibus anxius sepulti nomen non finit interire amici: se dare nomini relicto post manes tumulúmque perseverat. Tumuli, sepulchri honores, officium supremum, munus extremum exequi, reddere. Decorare supremis muneribus. Dare miseris omnia justa rogis. Dabis in cineres ultima dona meos. — Ditantur flammæ:

mæ: nunquam opulentior illo Ante cinis; crepitant gemmæ, &c. *Stat. Thebaid.* 6.

*To further a work, or set it forward.* 675.

## 603. The three Furies.
*Alecto, Tysiphone, Megæra.*

Furiæ, Eumenides, Erinnyes diræ, Pœnarum triplices deæ. Nocte satæ virgines. Sorores vipereæ, atro angue crinitæ, &c. *Ovid. Metam.* 10. 9. Diræ ultrices. Sceleris ultrices deæ. Sorores anguicomæ. Stygiæ, infernales, cæruleos implexæ crinibus angues, nocte satæ, genitæ; grave & implacabile Numen Carceris ante fores clausas adamante sedebat, &c. *Ovid. Metam.* 4. 13. Stygii regis, tyranni ministræ. Ministræ Funestorum operum. Hæ Jovis ad solium, sævique in limine regis Apparent, acuúntque merum mortalibus ægri. Si quando lethum horrificum, morbósque Deûm rex Molitur, meritas aut bello territat Urbes, &c. *Virg. Æneid.* 12. Quibus trista bello, Iræque, insidiæque & crimina noxia cordi, Quásque ferunt torto vittatis angue capillis, Carceris obscuras ante sedere fores.

G

## 604. To gallop.

EQuis immissis, incitatis ferri, volare, corripi. Cursu concitato, passu incitato equitare, rapidis passibus.

Flagrantes immisit equos. Rapidis ferre passibus. Ambulare gradatim, tolutim glomerare gressus: Ambulator, tolutarius, gradarius equus. *To amble.* Succutere. Succussator, Succussarius equus. *A Trotter.*

## 605. The four solemn Games of Greece.

Quatuor Ludi celebres atque solennes, sive sacra certamina Græcorum, 1 Pythia, Isthmia, Nemæa, Olympica. Pythia dedicata Pythio Apollini; qui (ut fabulantur poetæ) cùm Pythonem interfecisset, serpentem pestiferum,

Ne qua operis famam posset delere vetustas,
Instituit sacros celebri certamine ludos,
Pythia, perdomitæ serpentis nomine dictos,
Hic juvenum quicunque manu, pedibúsve, rotave,
Vicerat, esculeæ capiebat frondis honorem.
Nondum laurus erat.

Deinde lauro inventâ, laureâ coronâ donabantur victores, aut pomis.

2 Isthmia in Isthmo Corinthiacâ celebrabantur, vel à Theseo instituta in honorem Neptuni, vel à Sisypho, Melicertæ suo propinquo, seu Palæmoni dedicata, ubi pinu coronabantur.

3 Nemæa vel Herculi ſacrata, qui leonem conſecrat ingentem in ſylva Nemæa; vel Opheltæ, ſive Archemoro, Lycurgi Nemæenſis reguli filiolo, à dulcibus Argivorum ſeptem Thebas proficiſcentibus inſtituta, quo luctum patri levarent ob amiſſum filium. Infans enim in apio depoſitus à ſerpente necatus eſt, dum properabat Hypſiphile nutrix monſtratura fontem ſitientibus Argivis unde biberent. Ex apio igitur corona victoribus data eſt.

4 Ex oleaſtro in Olympicis, quæ Jovi conſecrata quinto quoque anno maximâ frequentiâ hominum agebantur. Ita de his Epigramma Græcum.

Græcia ludebat certamina quatuor olim.
Sacra duo ſuperis, & duo ſacra viris.
Nempe Jovis, Phœbique, Palæmonis, Archemorique.
Præmia erant oleæ, pinea, mala, apium.

606. **Ganymede.** Ganymedes. Iliades. Puer Phrygius, Idæus, Pincerna Jovis. Qui nunc Cum diis potando nectare miſcet aquas. ——Qui pocula miſcet, Invitâque Jovi nectar Junone miniſtrat. &c. *Ovid. Met.* 10. 4. Ab aquila raptus ut eſſet à poculis Jovi.

*An excellent General.* 1381.

607. **A man of a gentle mild temper.** 58.

Homo miſericors, mitis, comis, lenis, facilis, benignus, candidus, clemens, blandus, placidus, manſuetus, remiſſus & dulcis, minimè iracundus, ſeverus, tetricus, &c. 366. & 554. ad clementiam, lenitatem, facilitatem, manſuetudinem, humanitatem, miſericordiam, omnem comitatem promptus, proclivis, propenſus, aptus, alacris, fictus, factus, natus. Manſueti animi, humani, mitis ingenii vir; ſingulari, egregiâ, rarâ animi humanitate, lenitate, manſuetudine, comitate, clementiâ indutus, præditus, ornatus, moribus facillimis, leniſſimis, mitiſſimis.

Lentus, tardus, piger ad pœnas, ad præmia velox, Quique dolet quoties cogitur eſſe ferox. —Placidus, facilis veniæque paratus. Qui jacit invitâ fulmina rara manu. Cui pœnam ſumere pœna ſua eſt. Multa metu pœnæ, pœnâ qui pauca coercet.

608. **A Gentleman, Nobleman honourably deſcended.**

Homo ſummâ, antiquâ nobilitate, ſplendore nobilitatis, natalium illuſtris, domi ſuæ clarus & nobilis, genere, nobilitate non modò ſui municipii, verùm etiam vicinitatis facilè princeps; clariſſimo patre natus, avis majoribus; cujus nobilitatis memoria ex annalium vetuſtate eruenda eſt. Vir ſummo, claro, ſplendido loco, illuſtri, nobili, clariſſimo genere, ſanguine, ex ampliſſimâ, veteri, nobili familiâ, ſtirpe honoratâ natus, ortus, editus, generatus; majorum ſtatuis & imaginibus clarus; claritate generis, antiquâ nobilitate

pro

prosapiâ conspicuus; cujus natalibus nihil est nobilius, illustrius; prælatâ stirpe oriundus.
——Non ego pauperum sanguis parentum. ——Longo sanguine censeri, pictósque ostendere vultus Majorum. Inter cognatos posse referre Jovem. Ast ego Cecropides. ——Prisco natus ab Inacho. O atavis edite regibus. Illustri generoso, divûm sanguine cretus. —Plenos numeroso consule fastos ducere. Regiæ domus proles. ——Generis mihi Jupiter autor. ——Regum generosa propago. —— Nominibus generosus avitis.

### 609. To have a guard, or guard of his body.

Firmo præsidio & custodiâ munire se, militari manu sepire. Armatis hominibus suum latus stipare, cingere. Satellites, stipatores, satellitium militare ad sui corporis custodiam adhibere.

*To guard or defend.* 408.

### 610. To wear a Garland.

Coronam, sertum, lauream gerere, gestare. Serto, coronâ exornare, caput induere, ponere, cingere.

Molli fluentem fronde premit comam, coronâ crinem. Caput impedire myrto; tonsæ foliis ornatus olivæ; plexis coronis redimitus; flavâ nexus olivâ. Cingunt florea serta caput. Tempora pingere coronis, sertis vincire; frondenti lauro, ramo implicare; sertis odoratis innectere; pinu præcinctus; redimitus tortâ quercu; sacrâ lauro revinctus, ramis populeis, viridi olivâ, coronis, myrto cingere, velare, viridanti lauro cingere; festâ fronde revinctus; ramis velatus Palladis. *Amycleâ* frontem redimitus coronâ. Florenti præcingere flore capillos, comas decorare. In nitida posuit laurea serta coma. O cui Tarpeias licuit contingere quercus, Et meritas primâ cingere fronde comas.

### 611. To gather together.

Dispersa passim, variis in locis dispersa, dispersa & dissipata cogere, colligere in unum: in unum locum, fasciculum colligere, contrahere, redigere. Palantes in agris milites in unum exercitûs novi corpus revocavit, redegit. Populum latissimè dispersum in unum civitatis jus compulit.

Flores passim carpere, decerpere; undique flosculos colligere, delibare. —— Primam deligere ungue rosam: *To gather flowers.*

### 612. To do all for gain or profit. 348. 1017.

Omnia ad quæstum suum commodúmque referre; ad lucrum & prædam revocare: studio quæstûs: lucri causâ facere, quæstu metiri. Magistratum prædæ, Rempublicam, animam suam quæstui habere. Vocem, studia, curas vigiliásque omnes in quæstum conferre. Quæstui studere. Quæstu duci, duci quovis.

*To gainsay.* 339.

*To get much gain.* 646.

## 613. To gaze or stare upon. 184.

Fixis, defixis, intenſis, acrioribus oculis ſpectare, intueri, contemplari, notare, hærere. Oculos in aliquem defigere, intendere, acriter intendere, in aliqua re fixos tenere : lumina defigere, configere. Studiosè, acerrime, oculis quàm maximè intentis, curiosè contemplari. Oculis aliquem perlegere, viſu perluſtrare. Tanquam de cœlo delapſum intueri, ſpectatu dignum arbitrari. Cujus in vultu habitant oculi mei ; unde nuſquam eos dejicio. ——Oculis & pectore toto Hæret. —— Obtutúque hæret defixus in uno. —— In vultu veluti tum denique viſo Lumina fixa, immota tenet, nec ſe declinat ab illo. Defixis hærere oculis.

## 614. Too gentle or mild in puniſhment. 167.

Improbos, ſceleratos nimis leniter, clementer tractare, excipere leviùs, indulgentiùs habere. Majore uti facilitate, quàm res poſtulat, patitur. Legum acerbitatem nimiùm comprimere, conſtringere, mitigare. Nimiâ, pravâ, inepta facilitate, clementiâ, lenitate, indulgentiâ, ad audaciam aditum patefacere, improbitatem confirmare ; homines profligatos, perditos in audaciâ corroborare ; audaci, nefario homini libertatem, impunitatem, peccandi poteſtatem dare, concedere. In ſceleribus audaciam, ad vitæ turpitudinem profligati hominis connivere. Spem improborum mollibus ſententiis alere. Adoleſcentiam effrænem laxiore habenâ non ſatis coercere, ſibi permittere, nimiùm indulgendo, obſequendo eorum libidinibus, depravare, corrumpere, malis moribus inficere. Habenas, fræna licentiæ laxare, remittere. Nimiâ indulgentiâ in immenſum creſcunt flagitia. Diſſolutus non clemens.

*An excellent Geometrician.* 1352.

## 615. To gueſs or conjecture.

De re aliqua conjicere, augurari, hariolari, ſuſpicari : conjecturam adhibere, facere, tantùm opinari. Aliquid conjecturâ proſpicere, providere, tenere, proſequi, augurari, aſſequi : autumare, exiſtimare, putare : Incertum, incognitum ratione obſcurâ colligere, non veritate, non ſcientiâ certâve cognitione, ſed conjecturâ, perpendere, percipere, trahere. Conjecturâ niti. Conjectare, conjecturare. Quantum animi mei conjecturâ colligere poſſum & hariolari.

## 616. To get much gain. 1013.

Ex aliqua re abunde lucrari, lucrum ingens facere, reportare : multam frugem demetere : fructum copioſum percipere, meſſem luculentam, utilitatem non mediocrem, fructus uberes, quæſtus maximos colligere : emolumentum, operæ pretium, commodum maximum

maximum acquirere, capere, facere: amplo fœnere compendium facere, quæstum non exiguum conflare; opes, divitias, copias colligere, augere. Fructuosa res, & quæ multum lucri attulit: meas rationes, utilitates, fortunas plurimùm auxi, opibûsque me ingentibus locupletavit. Fructum indè maximum cepi, meisque rationibus, utilitatibus, commodis optimè consului.

Multa merces mihi defluit æquo Ab Jove.

*To get or attain*. 139.

617. **The Giants.** *Gigantes.*

Centimani, Anguipedes. Terræ filii, proles, progenies. Conjurati cœlum rescindere fratres, &c. *Virg. Georg.* 1. — Qui centum quisque parabat injicere anguipedem captivo brachia cœlo. Affectâsse ferunt regnum cœleste Gigantes, Altáque congestos struxisse ad sidera montes. Tum Pater omnipotens misso perfregit Olympum Fulmine, & excussit subjectum Pelion Ossæ, &c. *Ovid. Met.* 1. 5.

618. **To bestow gifts freely.** 362. 802.

Donis, muneribus, beneficiis, præmiis amplissimis omnes suos explere, obligare, cumulare, afficere, augere, ornare, locupletare. Largitiones magnas facere. Largè, effuse, magnificè, honorificè, munificè, affatim, affluenter munera donare, l[illegible]iri; dona tribuere, impertiri.

Largâ manu opes, facultates suas distribuere; largissimo sinu, plenâ manu effundere. Dona cumulatè, benignè, abundanter conferre in aliquem, collocare apud aliquem. Munificus.

Cuncta manus avidas fugient hæredis, amico Quæ dederis animo. — Quodvis pete munus, & illud Me tribuente feres. Munera, magna quidem misit.

Parcè, malignè, rigidè; parcâ, contractâ manu donare munera, conferre dona: *To give niggardly-wise.*

*To corrupt with gifts*. 220.

*To gird to his sword*. 1258.

619. **To make one glad.**

Gaudium, lætitiam, crumulum gaudii, plurimum jucunditatis alicui afferre, objicere. Aliquem, animum alicujus, magnâ, incredibili quâdam, uberiore, summâ lætitiâ, gaudio explere; opplere, complere, hilarare, perfundere, permulcere, delinire, recreare, cumulare, afficere, reficere, efferre, ducere, delectare, oblectare, delibutum gaudio reddere, divino quodam nectare perfundere.

Voluptatem præter spem nuncias, insperatum gaudium narras, lætitiam nec opinanti objicis: *Joy unexpected.*

620. **To be glad or rejoyce.** 743.

Lætari, gaudere, pergaudere. Magnopere, summoperè, vehementer, incredibiliter, mirificè, & mirum

mirum in modum gaudere, lætari. Lætitiâ, gaudio, voluptate magnâ, jucunditate plurimâ, summâ affici, gestire, exultare, ovare, plaudere, triumphare, expleri, perfundi, cumulari, efferri, exilire, permulcere. Gaudia maxima, lætitiam summam, uberrimas jucunditates ex aliquâ re capere, percipere, haurire. Totus in lætitiam fundi.

Dici non potest quantopere gaudeam. Tantâ afficior voluptate ac lætitiâ, quantum animo capere maximam possum. Exultare planè videor, victórque de fortunâ, ac omni prorsus dolore triumphare. Gaudium purum, nullâ ægritudine contaminatum. Invasit, incessit animum ingens lætitia. Haurit animus voluptatem ingentem.

In sinu gaudere, id est, tacitè; *To laugh in his sleeve.*

——Pertentant gaudia pectus, mentem. Lætitiâ, animo exultare. Lætitiâ plausúque fremunt. Index lætitiæ fertur ad astra sonus. —— Lætitiâ voces ad sidera jactant.

*Over-glad.* 743.

### 621. Glaucus.

Marinus vates, mira quem subito reddidit herba Deum, Anthedonius Bœotia per freta Glaucus Gramina gustatu postquam exitialia Circes Expertus, captas moribundis piscibus herbas Sumpsit, Carpathium subiit novus incola pontum, &c. *Ausonius Mosell.* & *Ovid. Metam.* 13. 5.

### 622. To desire and seek for gl
997. 1426.

Ad gloriam inflammari, inc di; toto impetu, inflammato dio ferri. Gloriæ studio ten amore flagrare, ardere. Gloriæ niare, servire. Omnia ad glori splendorémque revocare, refe Ante omnes res gloriam specta laborum omnium atq; studior sibi præmium atque merced proponere; rebus omnibus p ponere, præferre. Laude, nomi celebritate, splendore, famâ c bri & claritate nihil habere a quius, nihil præstantius. Una gloria in animo, in oculis erat, amoribus, in deliciis.

Gloriæ paulò avidior, avidi mus, cupidissimus, appetent mus. Gloria est illustris me rum fama. Trahimur omnes l dis studio, & optimus quis maximè gloriâ ducitur.

————Quem sublimis a bat Gloria, nec duri magno teste labores.

*To have great glory.* 527.
*To make one glorious.* 528.

### 623. A glutton, intemperate his fare. 479. 529.

Helluo, ganeo, epulo, gulo. H mo gulosus, intemperans: imme sæ, voracis gulæ, summâ inte perantiâ, ingluvie, semper diste tus & madens. Abdomen insat rabile. Qui in conquirendis pularum deliciis omnem opera

poni

ponit, toto animo studioq; summo incumbit: abdomini, gulæ, ventri, crapulæ, genio indulget, inservit, vacat, obsequitur, operam dat, epulis dies noctésque ducit; ventrem, ingluviem, abdomen, se, aqualiculum nimia crapula farcit, nimio potu, ciboque distendit, explet, ingurgitat. Baccho Cererique solis, unus omnium diis sacra facit, omnia quæ ad beatam vitam pertinent, venter metitur. Philoxeno, Apicio gulosior. Homo palati morosi, fastidiosi, delicati, quod cupedias tantùm & lautitias sapit. Cupediarum architectus. Helluari. Comessari.

Pernicies & tempestas, barathrùmque macelli. Quicquid quæsierat, ventri donabat avaro, &c. *Hor. Epist.* 1. 15.

—— Fruges consumere natus.

—— Nunquam parvo contenta paratu Luxuries, & quæsitorum terrâ, pelagóque ciborum Ambitiosa fames, & lautæ gloria mensæ. —— Quod pontus, quod terra, quod educat aer, Poscit, &c. *Ovid. Metam.* 8. 11. —— Cui in solo vivendi cura palato est. Mullorum leporùmque & suminis exitus hic est, Sulphureúsque color, carnificésque pedes, &c. *Mart.* 12. 48. & *Hor. Serm.* 2. 2.

624. God forbid.

Absit; Dii male prohibeant. O dii immortales avertite & detestamini hoc omen. Hoc malum; quod omen, detestabile omen avertat, averruncat Deus, avertat Jupiter, dii omnes avertant.

Dii meliora velint, Dii melius. Io prohibe. Non sinat hoc Numen. —— Nullum sit in omine pondus. —— Quod dii prius omen in ipsos Convertant. Fors dicta refutet.

Deus faxit, annuat, det; *God grant.*

625. To worship God religiously.

Summâ religione sacra, rem divinam facere. Summâ cum reuerentiâ, vitæ sanctitate integritatéque Deum, Divinum numen colere, adorare; religiosè, purè, sanctè, castè, piè, purâ, sincerâ, integrâ mente, animi affectione, debito & sincero cultu, augustè & sanctè, venerari. Deo honorem, cultum, gloriam, venerationem, reverentiam debitam, puram, justam, castam persolvere, præstare, dare, deferre, tribuere, reddere. Dei numen, numinis Majestatem horrere, suspicere. Sacra religiosè curare. Puram religionem sanctissimè colere. Numâ, Davide religiosior. Res omnes humanæ religione Dei continentur.

Insignis pietate vir. —— Non illâ reverentior ulla Deorum. Casto pectore sacrum Numen, Sacrâ pietate Deum colere. ——

—— Trepidúsque assurgit honori Numinis.

626. To cleave unto God in adversity.

In rebus asperis, adversis, fortunæ fulmine, stimulis doloris perculsus; reflante, adversante fortunâ, opem, auxilium à Deo implorare, petere, efflagitare; ad Dei misericordiam, clementiam confugere: spem, præsidium in Dei bonitate collocare, ponere. Vulnere à fortunâ accepto, medicinam à Deo quærere, flagitare. In rerum omnium desperatione, Dei clementiâ, facilitate niti. In repentinis, adversis casibus, si quid præter voluntatem, contra opinionem accidit, cœlum intueri, suspicere; in cœlum oculos tollere, intendere.

627. To forsake God in prosperity.

Fortunâ favente, Deo & religioni bellum indicere. Divitiis, copiis, opibus auctus, locupletatus, ornatus. Dei beneficium non æstimare, parvipendere. Quò majores divitiæ crescunt; eò minor divini numinis reverentia; eò minor in munificum Deum gratitudo est. Quò majoribus præmiis invitatur, eò discedit longiùs, alienatur magis à Deo; adversatur Deo magis. In rebus prosperis, secundis, ad voluntatem fluentibus, omnem Dei religionem, curam, reverentiam negligere, abjicere, deponere, meritam Deo immortali gloriam, gratiam, justis honoribus, & memori mente non persolvere.

628. God willing, if it please God.

Deo duce, auspice, favente, juvante, bene juvante, annuente; cœptis annuente, propitio, aspirante, volente, secundante, approbante. Si Deus volet, voluerit. Si Deo placeat, placuerit. Si annuat cœptis Deus. Dextro, secundo Numine. Divinâ aspirante gratiâ. Unà cum Deo.

629. God prosper your work or proceedings.

Bene vertat. Bene vertat magnus quod moliris Deus. Quod ut felix faustúmque sit quod moliris, ut prosperè succedat quod auspicatus es, omnipotens faxit, faciat Deus. Deus bene adjuvet; prosperos reddat conatus tuos. Bene juvante Deo feliciter & prosperè cedat quod aggressus es, quod præ manibus habes. Perficiat quod facis Deus. Immortalem Deum oro, felix fortunatúmque tibi ut hoc esset opus, ut rarum esse velit.

Adsit, annuat, aspiret cœptis audacibus Numen.

630. So it pleased God.

Ita Deo, sic optimo maximoque Numini visum est, placuit. Hoc voluit Deus.

—Non hoc mortalibus actum Credite consiliis; sic Jovis imperia voluerunt. —Quicquid superi voluere peractum est.

*To pray God.* 996.

*To make, or to be made a God.* 1115.

631. To live godly.

Piè, sanctè, honestè vivere. Vitam honestam, sanctam, integram, inculpatam, innocentem, apud omnes probatam agere, traducere; Pietatem, sanctimoniam; morum, vitæ probitatem, innocentiam colere, unicè amplecti, toto animo amplexari. Summo studio se ad pietatem accingere. In pietatis & sanctimoniæ studium diligenter incumbere. Sanctè, piè vivendi rationem colere studiosè. Bene, & puris manibus vivere. Cœlestis vir, sanctitate conspicuus; qui cœlitum vitam in terris agit.

—— Æqui cultor, timidúsque Dei. Pietate gravis, insignis, nulli secundus. Integer vitæ sceleris que purus. —— Recti custos, imitator honesti. Et nihil arcano qui roget ore Deum. Qui sanctus haberi, Justitiæque tenax dictus factisque meretur. —— Nil commisisse nefandum.

632. To go to some place.

Aliquò, ad aliquem locum ire, tendere, contendere, pergere, commeare, concedere, migrare, recipere, conferre se. Locum aliquem petere.

Protinus ad patrios sua fert vestigia vultus. Quò te, Mœri, pedes?

*To go a journey.* 738.
*To go with one.* 19.
*To go a begging.* 176.
*To go away from a place.* 419.
*To go forward or profit in some courses.* 1020.
*To go abroad or out of doors.* 7.
*To do good works.* 1435.
*A good witness.* 1425.
*A good or honest man.* 643.
*To get the good will of all.* 544.
*Gorgeous in apparel.* 97.

633. To loath or mislike the present Government.

Rerum præsentium pertæsum esse; fastidio teneri, duci. Regem, principes, præsides Reip. Magistratus, rerum præsentem statum, administrationem, gubernationem, procurationem damnare, vellicare, incusare, criminari, carpere, reprehendere, traducere, reprobare, notare. Rebus studere novis. Omnia principum facta dictaque in pejorem partem rapere.

—— Murmura serpunt plebis —— tacitùmque à principe vulgus Dissidet & qui mos populis venturus amatur. Humili læsisse veneno Summa, nec impositos unquam cervice volenti Ferre duces.

*A graceless young man.* 1467.
*To be grateful.* 1278.

934. To grant ones request or desire.

Petenti, roganti, postulatis, precibus, votis, petitioni, postulationi alicujus annuere, subscribere, satisfacere, cedere, concedere, non deesse, facilem se, aures faciles præbere. Supplicanti non denegare, nihil recusare. Preces exaudire; precibus indulgere, dare; precibus alicujus moveri, flecti, vinci. Suppliciter rogantem audire,

 exaudire,

exaudire, non rejicere; compotem voti facere, dimittere; non dimittere tristem. Orantibus dare, largiri, permittere, concedere quod volunt, gratificari. Exorari se passus est, ratas preces habuit, effecit. Non recuso quin, quo minus id fiat quod rogatur.

Votis aurem præbere, aures amicas applicare. Annuere optatis. Riserunt faciles & tribuêre Dii.——— Nullâ damnavit vota repulsâ.

635. **That being granted, this must needs follow.**

Id si detur, concedatur; si habeo, si des mihi, si concedas id: hoc necessariò, necessariè, necessariâ consecutione colligitur; necesse, necessarium est ut consequatur; non potest non consequi; fieri non potest, abesse non potest quin conseqatur. Illo probato, concesso, consequens est, consequenter, per consequentiam conficitur ut, &c.

*Grant or suppose this.* 1239.
*Great with child.* 267.

636 **To grieve or make one sorrowful.**

Alicui mœstitiam, dolorem magnum, acerbum incutere, inurere, ferre, commovere, facere, ægrè facere, scrupulum & solicitudinem ingerere, injicere; ægritudines anxias & acerbas importare. Aliquem anxium reddere; agere ac solicitum habere; dolore, ægritudine, mœrore, molestiâ afficere, percellere, vexare, torquere, affligere, perturbare, cruciare, fodicare, infestare, urere, excruciare, pungere, vulnerare, necare, frangere, conficere, discruciare. Animum alicujus, mentem sensúsque mordere; serenitate mentis nubem inducere.

Gravior nuntius vulnerat aures.

637. **To grieve, or to be sorry.** 1062.

Summâ sollicitudine; animi dolore, doloris acerbitate, ægritudine, anxietate, angore, mœrore; gravi curâ, gravissimis animi doloribus affligi, vexari, percelli, perturbari, affici, premi dibilitari, cruciari, excruciari, discruciari, torqueri. E dolore animi laborare. Mœrere, dolere. Angi animo. Dolenter, acerbe, ægre, graviter, permolestè ferre. Summos dolores & molestias pati, perpeti, sustinere, tolerare, haurire, devorare, perferre, subire, suscipere. Maximum dolorem, mœrorem, ex re aliqua recipere, accipere. In dolore, sordibus, luctu, mœrore esse, jacere. In magnam ægritudinem cadere. Discrucior animi.

Saucius animi.——— Premit altum corde dolorem.——Clausum pectore vulnus habet.——— Tristi turbatus vulnere mentis.——— Intenti mentem perculsa dolore. Infelix animi morbus dolor, hyems mentis. Hyemat animus.

638. To

638. To grieve or sorrow over-much, to take thought. 743.

Præter modum dolere. Ægritudine acerbâ, dolore nimio, anxietate animi ac solicitudine gravi, luctu perpetuo, doloris magnitudine, gravitate opprimi, obrui, angi, confici, consumi, divelli, differri, distineri, exedi, contabescere, absorberi, macerari. Dedere se totum ægritudini. Suum ægritudinis cruciatum & carnificinam alere, fovere; sustinere, ferre non posse. Præ dolore penè exanimari. Totus in luctu versari; à dolore occupari. Animus dolore contrabescit: ferendo dolori non sum; vires desunt.

—Inconsolabile vulnus Mente gerit. Nimium indulgere dolori. Plus nimio dolore. Graviùs justo —Nec pro materiâ fertur doluisse. Dolor flagrantior æquo, & vulnere major.

939. To grieve or sorrow for another. 965.

Alterius causâ, vice dolere. Ex alienis malis, rebus afflictis ex alterius miseriis ægritudinem capere, acerbissimum dolorem haurire. Calamitate alterius graviter affici. Ego tuo dolore, mœrore maceror, marcesco, consenesco & tabesco miser. Meus oritur ex te, ex tuo dolor. Tuâ causâ fit ego ut doleam. Doloris tui socium, tui mœroris participem habes me. Alieno mœrore angi.

640. To renew ones grief. 430.

Vulnus animi, cicatricem angoris veteris, malorum memoriam refricare. Afferre manus vulneribus. Doloris flammam sensim extinctam, languescentem denuo accendere. Compositum bene malum movere; sopitum suscitare. Hoc tam gravi vulnere, quæ consenuisse videbantur, recrudescunt. Dolor pene intermortuus, quem dies jam pene sanaverat, recrudescit. Ulcus tangere Unguis in ulcere. Infandum renovare; obductum verbis revocare dolorem.

*Time asswageth grief.* 1295.
*To take grievously.* 1262.
*Grievous to relate.* 1063.
*To greet or salute.* 1118.
*To groan or sigh.* 1161.
*To water grounds or gardens.* 1391.
*To grow worse and worse.* 1436.

641. To grudge or murmur.

Murmurare, mussitare, obfremere, obloqui, admurmurare. Tacitè stomachari. Murmure quodam tacito improbare id de quo agitur; conqueri de re. Voce gravi expostulare, queri, obrepere, obstrigillare.

Illa sibi introrsum & sub linguâ immurmurat. — Obliquo fugientem lumine cernens, Murmura parva dedit. — Vox iracunda mináxque, Plenáque terroris rauco de gutture fertur.

642. To guide or conduct. 570.

Se ducem principemque præbere; ductorem, autorem dare, offerre alicui. Viam ostendere, comiter monstrare, demonstrare, commonstrare. Lumen, lucem, facem alicui præferre. Ad locum destinatum ducere, deducere. Aditum alicui patefacere. I præ, sequar. Quasi filo Ariadnæo viā designare, delineare. Viæ dux præire. Me duce carpe viam.

643. Guilty or accessary.

Noxius. Sceleris conscius. Culpæ affinis, particeps. Noxæ, noxiæ reus. Criminis socius, autor, monitor, &c. 147. Manifesto scelere astringi, teneri, obligari. Communione, societate sceleris impsicari. In culpâ, in noxâ esse. Culpam sustinere. Affinem turpitudinis vel tupitudini judicari. Popularis conjurationis. Præbuit suspicionem conscientiæ; *He was suspected for an accessary.*

644. Guiltless, innocent.

Insons, innocens, innoxius, inculpatus, innocuus; culpâ vacuus, immunis. Criminis expers, immunis Liber à delicto. A crimine, ab omni criminis turpitudine, fœditate purus. Non affinis, particeps culpæ. Minimè conscius peccati: Extra culpam, noxam & notam. Minimè incusandus, increpandus, culpandus. Non minimâ reprehensione dignus. Omni culpâ carere. A culpâ vacare, abesse, removeri. Culpam non sustinet, attingit. A criminis hujus atrocitate alienus, remotus, abhorret. In quo non modò culpa nulla, sed ne suspicio quidem potest consistere. Non modò non in judicium, sed ne in tenuissimam suspicionem verbo unquam vocatus est. Non meâ operâ culpa evenit, factum est. Culpâ, crimine, omni suspicione facilè me expedio, exolvo. Nullam de his rebus culpam commerui. Conferenda in me causa non est.

H.

*To hallow for divine use.* 327.
*A handicrafts-man.* 118.

645. Ready, at hand. 285. 8. 104.

ADest, instat. Præsto, in propinquo, in proximo, in promptu, ad manum, non procul, præ foribus, in lumine, ante pedes, in præsentia est. Lupus est in fabulâ. Hannibal ad portas. Tanquam de Narthecio.

646. To hang up or crucifie.

Patibulo suspendere. Laqueo, suspendio, capistro suffocare, strangulare, præfocare; gulam, collum frangere. Facere ut inter terram & cœlum medius sit.

Aliquem

Aliquem in crucem agere, tollere, cruci affigere; cruce afficere; arbori infelici suspendere: *To crucifie.*

647. To hang himself.

Laqueo se induere; sibi animam claudere; fauces innectere, elidere sibi, strangulare se, &c. In laqueum sedare, inserere.

Laqueo sibi ligare guttura; colla laqueis implicare.——Laqueo collum nodatus.——A trabe sublimi triste pependit onus. Atque onus infelix elisâ fauce pependit. ——Foribus laquei religabat vincula summis, Inseruitque caput —Potes hac ab orno pendulum zonâ lædere collum. Laqueo fauces, gutturi vincula innectere.—— — Nodum trabe nectit ab altâ. ——— Zonâ summo de poste revinctâ, Aptat pallenti vincula collo: Ipsi animam laqueo claudunt, mortisque timorem Morte fugant, ultróque vocant venientia fata.

648. To be hanged or crucified.

Patibulo, cruce, ligno, arbori infelici suspendi, affigi, suffigi. In crucem, in altum stipitem tolli, agi, rapi. Cruce mulctari, puniri, affici. De patibulo pendere, suspendere: Laqueo, suspendio, capistro interimi, perire, suffocari, &c. Lit ram longam facere. Pensilem pœ am dare; mortem luere, obire. Plecti pendens. Patibulum ascendere. Scio crucem futuram mihi sepulchrum. Ad restim res rediit. Nihil interest humine an sublime putrescam.

In cruce pendere. Pascere in cruce corvos.

649. Happy, blessed. 533. 1027.

Beatus, felix, faustus, fortunatus, perbeatus. Timotheo, Polycrate fortunatior. Cui fortuna favet, arridet, obsecundat, blanditur; ad voluntatem fluunt omnia, cedunt ex sententiâ, virgulâ divinâ eveniunt; nihil adversi accidit. Qui prospero, secundo fortunæ flatu vehitur; nihil requirit ut sit beatior; omnia bene beatéque vivendi presidia in se habet, nihil mali habet, nullum â fortunâ vulnus accepit; omnia summa consecutus est, virtute duce, comite fortunâ; in cœlo est; digito, digitis attingit cœlum; aliquem in terris quasi Deum agit. Solus est quem diligunt dii. Cujus felicitati, cui ad felicitatem nihil deest.

Felices ter & ampliùs.——— Térque quatérque beatus.——— Quater & quoties non est numerare beatus.——Longè cunctis longéque beatior ille est. Felix & diis chara ferar, & vertice sidera tangam. Sublimi feriam sidera vertice. Gallinæ filius albæ. Ab, ex omni parte beatus. Non possidentem multa vocaveris Rectè beatum, &c. *Hor. Carm.* 4. 9.——— Cui parca meliora benigna Pen a manu ducunt

cunt Mitres, & flaminis albi Lanificæ. Sum felix: quis enim neget hoc? felixque manebo: Hoc quoque quis dubitat? tutam me copia fecit; Major sum quam cui possit fortuna nocere, &c. *Ovid. Met. 6.* 3. Persarum vigui rege beatior. Summa votorum attigi. Æqualis astris gradior.

*It might be well for me.* 521.
*It will never happen.* 889.

650. A hard thing, or trouble-some business. 467. 717.

Magnum quidem est, difficile, durum, arduum, operosum, laboriosum. Magnum opus & perdifficile, difficile factu: dignum Hercule, nostris impar viribus. Onus Ætna gravius. Res magni negotii, concilii atque artis: multæ industriæ & laboris magni: operis non exigui: operosa, & hominis perdiligentis: magnæ difficultatis, deliberationis, molis: anceps, dubia, incerta, impedita: multæ disquisitionis, in qua plusculum negotii est: quæ exercitatione non parva eget: gravissima; in qua sudandum, sustinendi labores, multum operæ ponendum sit, vigilandum; excubandum animo, non leviter laborandum: studii multum, industriæ plurimum sit adhibendum. Duram in se suscepit provinciam. Non est ea res quæ facilè fieri possit, &c. 476.

Ardua res hæc est. Hoc opus, hic labor est. Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

651. Hardned against all pain.

Contra pœnas, plagas, cruciatus obdurare se, obfirmare: duritiâ quadam armare, tegere, confirmare. Ad terrorem, contemptum pœnæ, ad dolorem novum diuturnâ desperatione rerum obdurescere, prorsus occallescere: Animo, doloribus callum obducere, seque contra omnes fortunæ impetus armare. Alacriter, promptè expeditè, intrepidè, animosè carnificinæ se cuivis objicere, exponere, offerre. Non modo doloris stimulos, aculeos, sed etiam fortunæ fulmina facilè contemnere & despicere. Incredibilem rerum difficillimarum vim, impetum sustinere, subire; ferre, tolerare. Tormenta ipsa & tortorem defatigare. Animo duritiem induere. Cujus corpus ad omnem dolorem, sensum doloris occalluit. Malorum, calamitatum consuetudine, usu diuturno sensus amittitur, adimitur sentiendi vis, occallescit animus, obdurescit, collum contrahit.

Quid superest quod jam patientia nostra recuset? Cladibus asper.

*Hard-hearted.* 554.
*Hard to be understood.* 900.
*To command hard things,* 290.
*Hard fare.* 531.
*To play the harlot.* 1410.
*Harmful to the power.* 1204.

652. The Harpyes. Harpyæ.

Aello, Ocypere & Celæno furiarum maxima, Canes Jovis, Volu-

volucres obscœnæ, virgineæ, avidæ, luctificæ, importunæ.—Quæ Phineia mensis Guttura fraudârunt. Virgineus quibus est vultus, fœdissima ventris Proluvies, uncæque manus, & pallida semper Ora fame, &c. *Virg. Æneid.* 3.

653. **To hasten or make speed.** 413. 713.

Festinare, properare, accelerare, approperare, volare, evolare. Magnâ, summâ, mirâ, incredibili festinatione, celeritate, raptim, properè, properiter, properatò, properanter, properatim, cursim, maturè, maturissimè, curriculò, subitò, confestim, citò, citatim, tumultuosè, tumultuariò, festinanter, festinatò, celeriter, velociter, ocyùs, perceleriter; sine morâ, cunctatione, dilatione, procrastinatione opus facere, conficere negotium. Celeritatem summam, omnem festinationem summam, Passis velis, velis remisque, remis ventisque, omni festinatione properare. Remigio velóque quantùm poteris festina & fuge. Citis, altis quadrigis persequi. Hoc citò & cursim est agendum, properato quantum potes. Dicto citiùs factum est. Dictum ac factum reddidi. Ocyùs rem expedi; move te; hinc amove. Properans adveni, percurre: quid stas, cessas, respectas, moraris? Nullam moram interponere, facere; omnes moras rescindere, tollere, abrumpere; non producere, protrahere, &c. 413 negotium. Maturare, ocyùs exequi. Cursu corrigere tarditatem. Veni, vidi, vici.

Properare citato cursu. Celerare gradum. Celeres movere pedes. Viam corripere, præcipitare. Præcipitare moras omnes. In me mora non erit ulla. —Non est mora libera nobis. Pelle moras, subitóque celer delabere cursu.—Remis adjice vela tuis.—Celeri subdere calcar equo.

654. **Too much haste more than good speed.**

Temeraria, præpropera, nimia festinatio. Cavendum est in festinationibus, ne suscipiamus nimias celeritates. Nequid præproperè. Festina lentè. Præcipitatio, præcipitantia.——Malè cuncta ministrat impetus.

*Hasty or cholerick.* 270.

655. **To hate one bitterly.** 41. 494. 715.

Odisse, detestari acerrimè, acerbissimè, cane pejus & angue odisse; odio habere, odio capitali, novercali, plusquam Vatiniano, hostili animo & odio prosequi, insectari aliquem; ita odisse, ut ejus nomen auribus respuat, ejus memoriam animo execretur; in hostium numero ducere, habere. Ab aliquo abhorrere, capitali odio dissentire, dissidere. In aliquem odio flagrare; odium acerrimum, acerbissimum concipere; hostili odio & crudelitate esse. Hostile odium alteri denunciare.

Hostis

Hostis habere loco. Exerces pretiosa odia. *Ovid. Epist.* 7.

Odium reponere. Differre graves in idonea tempora pœnas : *To reserve hatred for revenge.*

658. To bring one into hatred. 336.

Aliquem reddere invisum, gratia & amore privare ; odio, invidiæ & contemptui objicere, subjicere, exponere ; in odium, invidiam trahere, vocare, adducere. In aliquem invidiam concitare, odia populi convertere. Odium & invidiam alicui creare, conflare, struere, parare, concitare, cumulare.

*Hatred of all.* 910.

*Immortal hatred.* 715.

———.

657. To be hated.

Odio esse alicui. In odium alicujus acerbissimum venire, incurrere. Odio laborare, flagrare. Magno esse in odio apud aliquem. Alicujus gratiâ & benevolentiâ excidere, odium in se accerimum concitare.

*To haunt the stews.* 1481.

*To go a hawking.* 201,

*To comb the hair.* 282.

658. Hair disordered, uncombed. 228.

Crines, capillos turbare. Capilli horrent, inornati, incompti, sparsi sine lege pendent. Inculta cæsaries.

Capilli fusi, disjecti, effusi, diffusi, passi, promissi, demissi immissi. Neglectæ comæ jacent.

Pectere te nolim, sed nec turbare capillos.

*To poll the head.* 984.

659. To heal or cure the sick.

Morbo laborantem, ægrotum curare, sanare ; sanitati, pristinæ valetudini restituere ; ad sanitatem, salutem medicina reducere, revocare ; in sanitatem reducere, restituere ; Pharmacum, medicinam, curationem, medicamentum, corpori ægro, affecto, languido adhibere, quæ malum sanare possit. Morbum, ægritudinem leniter, molliter indulgendo, tractando, fovendo, accipiendo, evocare, ejicere, educere, abigere, elicere, amovere, auferre, levare, removere, repellere. Malo, morbo, ægro mederi, medicari, remedium ferre, salutem reddere. Medicinam facere, adhibere. Pestiferos morbos exquisitis salutaribus remediis propulsare, depellere. Febrem in imis ossibus hærentem, lethalisque æstu fibras vitales urentem expellere, medicamentis evellere, profligare. Ad curandam valetudinem remedium subministrare.

Medicæ ferre artis opem. —— Salutifero morbum depellere succo. Omni medicinæ munere fungi. —— Habes qui Assideat, fomenta paret, medicum roget ut te Suscitet & reddat natis charisque propinquis. Desperatas ægro citò reddere vires.

660. To be in good health.

Bene, optimè, quàm rectissimè, ex animi sententiâ valere, habere, habere

habere se. Valetudine optimâ, integrâ esse; bonâ, rectâ, inoffensâ, prosperâ, secundâ, secundissimâ, incorruptâ uti, frui. Confirmatam sanitatem, firmam corporis valetudinem, vires firmatos obtinere, habere. Valenti, sano, integro esse corpore. Nullâ parte, nullâ morbi difficultate laborat. Omnis expers ægritudinis, vitam sine ullo corporis languore traducere.

Non se tædia lectuli calentis expertum meminit die vel uno.

Non est vivere sed valere vita.

661. **To recover his health.**

E gravi morbo recreari, convalescere, assurgere. Meliùs se habere. E faucibus fati, mortis evadere, emergere. Vires ab ægritudine recolligere, recipere, reparare. Valetudinem, sanitatem amissam recuperare, recipere. Bonæ valetudinis, firmitatis, virium corporis plus quotidie assequi. Ad perfectam valetudinem quotidie propiùs accedere, aspirare. Ad pristinam sanitatem restitui. Morbo levari, relevari, liberari. Confirmata valetudo à morbo.

Revalescere. Tristes evincere morbos Convaluit. Morbo levatus est. Redderis heu quanto fatorum munere nobis. Gustatâ Lethe pene remissus aquâ, &c. *Mart*. 7. 46.

662. **To have an especial care of his health.**

Valetudinem, corporis sanitatem sedulò diligenter curare, sustentare tueri, confirmare. Valetudinis rationem habere. Valetudini, sanitati corporis operam dare, prospicere, consulere, molliter indulgere, diligentissimè servire. Salutem corporis non negligere. Illæsam, incorruptam corporis sanitatem conservare. De salute sollicitum esse. Curare, operam dare ut convalescat, ut sanitate fruatur, ut rectissimè valeat. In valetudinem, ad convalescendum diligentiam adhibere, conferre. Pacem ab Æscupalio petere, ne quod sibi malum eveniat. Tenuem, imbecillem, parùm validam sanitatem curâ, diligentiâ restituere, confirmare.

Valetudinem offendere. Sibi, valetudini non parcere: *To wrong his health*.

*To heal wounds*. 369.
*To drink healths*. 250.
*To hear of*. 41.
*A herdsman*. 1153.
*To hear a rumour*. 1105.
*Hard of hearing*. 386.

663. **To hear.**

Audire. Auribus, aurium sensu percipere, imbibere, haurire quæ dicantur. Capio quid dicas. Non surdo loqueris.

Si vestras forte per aures Nomen iit. — Creber ad aures Visus adesse pedum sonitus. Vox reddita fertur ad aures. — Arrectas sonus impulit aures.

664. **Hearken a while, listen a few words.**

Adesdum, paucis te volo. Ehodum ad me. Audias obsecro, ausculta, paucis audi. Ocyùs accede.

Tu

Tu huc. Atque audin? Licétne pauca?

——— Nisi quid te detinet audi. Adsum, quid vis? Expecto quid velis. Quin tu uno verbo dic. Numquid imperas? Quid est quod me velis? quid tibi rei mecum est? Numquid aliud vis,

*Your will Sir, speak your mind.*

665. **To hearken or attend diligently.**

Dicenti auscultare; aures vacuas, purgatas, attentas, faciles dare, commodare, accommodare, dedere, adhibere, applicare, intendere, arrigere, admovere, patefacere; adesse animo; dare operam & cum silentio attendere. Attentè bonâque cum veniâ audire. Ad præcepta alicujus animum attendere. Animo erecto esse ad audiendum. Præcepta alicujus cum silentio animadvertere; attentis auribus excipere; avidissimis auribus haurire.

Quæ quis proponit, quæ dicuntur, studiosè, diligenter, libenter, aure non aversâ accipere; percipere, audire. Præcipienti aures bibulas, patulas, arrectas præbere: aurium operam dicare: purgatis auribus operam dare; auris copiam facere. Dicentis, præceptoris voces, verba auribus silentibus captare, imbibere, devorare, condere.

Aures alicui substringere, præbere, justas dare vocibus, aurem culturæ patientem accommodare: prodam monitis advertere. Verba, dicta, voces alicujus vigili aure trahere; auribus, aure suspensâ bibere. Conticuere omnes, inten tique ora tenebant. Attentam, vigilem monitis advertere mentem

——— Silent, arrectisque auribus in stant. Accipite animis, atque hæc mea figite dicta. Accipite hæc animis, lætásque advertite mente Sensibus hæc imis, res est non parva, reponas. Imbibe puro pectore verba puer. Narrantis conju pendet ab ore viri.

666. **To hearken negligently.**

Quæ magister legit neglige Magistro legente aures & animum remittere. Doctoris præceptis au res obstruere, non præbere hebetiores, minimè attentas dare Magistri præcepta oscitanter, du ris auribus, invitis, obæratis, sur dis accipere. Aures claudere a voces doctissimas: aliò divertere Aures peregrinantur. Perfluun aures dicta. ——— Mea dicta nega duras demittere in aures. Afferre aures odiosas verbis. ——— Dicti avertere mentem.

Aures Atticæ, teretes, religiosæ fastidiosæ, delicatæ. *Curious hearers.*

*To hearken to flatterers.* 493.

*To hearken or incourage.* 491.

667. **To contemplate heavenly things.**

Cœlestia, divina; res cœlestes divinas contemplari, insectari, in dagare, perquirere, investigare intentis oculis intueri. Ascender in contemplationem rerum cœle stium. Aciem mentis ad res cœle stes, divinas, religiosa convertere adj

adjicere, applicare, Erigere mentem à terrestribus, à rebus terrenis. Ad cognitionem divinam penetrare, contendere, In res divinas toto animo intentum esse, incumbere. Ad divinarum rerum cogitationes, contemplationem magno studio incitari. In res cœlestes, supernas spem, oculos, animum defigere. Ex hujus vitæ angustiis ad cœlestia, altiora, magnifica aspirare, se accingere. Æterna moliri, alta spectare, & in cœlum velle migrare. Cœlesti contemplationi totus addictus, deditus. Nihil non divinum mente agitare. Eo est animo natus, ut humana omnia inferiora se esse existimet, & solis divinis insistat; ad sola divina pernoscenda, capessenda animum inflectat. Supera, superiora semper appetere. In sublime in loca cœlestia efferri, subvolare; à terrâ longissimè se efferre.

Aerias tentasse domos, animóque rotundum percurrisse polum.

Licet cœli regione remotus, Mente Deos adiit, & quæ natura negavit Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit. Felices animæ quibus hæc cognoscere primùm, Inque domos superas scandere cura fuit.

668. *To go to Heaven.*

E terrâ in cœlum, è corporis diversorio in cœlestem domum migrare, demigrare, volare, evolare, ascendere. Ab exilio terreno in patriam supernam, cœlestem redire, revocari. Gloriæ perpetuæ, sedis & salutis æternæ portum feliciter attingere, intrare, tenere. Ex procellis & tempestatibus humanæ vitæ, in felicitatis æternæ portum appellere. Ad cœlum transire, rectâ contendere. Superas Angelorum beatorumque hominum sedes capessere, obtinere. Hierosolymis supernis, cœlestibus municipem fieri, gaudiorumque immortalium participem. Ex omnibus diaboli velis, insidiis; ex venenatis faucibus magni Draconis eripi, eximi, liberari, & cœlo frui libero. Ad habitandum, incolendum cœleste domicilium, Paradisum, ipsam Dei aulam, regiam, atque palatium proficisci.

Supernas, lætas, lucidas, æthereas, superas inire sedes. In magni tecta tonantis, Regalémque domum ascendere, traduci.

Ab humanâ cessit in astra viâ. Rutili signa beata, culmina celsa poli, æthereas plagas, Cæli stellantis auream regiam, domum convexam, inclytam adire.

669. *Hebe, Juventa, Juventus.*

Junonis filia. Junonia Hebe. Herculis uxor. Nectar & ambrosiam, latices epulásque deorum Det mihi formosâ gnava Juventa manu.

670. *Hecate, Brimo, Perseis.*

Dea tergemina, triceps, triformis. Tria virginis ora Dianæ. Ecce procul ternis Hecate variata figuris. —Cœlóque Ereboque potens;

potens; nocturnis triviis ululata per urbes. Persæ filia.

*To take heed.* 19.

*To disherit the right Heir.* 437.

671. **Helena.** *Tyndaris.*

Lacæna adultera, &c. *Horat. Carm.* 3. 3. Oebalis pellex Menelai uxor. Menelais. Tyndari filia. Trojæ & patriæ communis Erinnys. Graja juvenca. Ledæa, Lacedæmonia, formosa, candida, bis rapta. Argiva, generosa, superba, fugitiva. —— Turpis adultera de qua Inter amatorem pugna virúmque fuit. Cui dat Leda Jovem cygno decepta parenti. Sit facie quamvis insignis, adultera certè est. Deseruit patrios, hospite capta Deos, &c. *Ovid. Epist.* 5. Oebalis Nympha. Paridis præda. — Pulchræ filia Ledæ pulchrior ipsa, &c. *Ovid. Epist.* 15.— Geminorum gloria fratrum.———— Jove digna viro ni Jove nata foret.

672. **To go to Hell.**

Ad inferos, umbras Tartareas, in Tartara, Erebum, Gehennam, Orcum; in loca pœnarum, damnatorum, tenebrarum, in Chaos tartareum, in puteum, carcerem, barathrum infernum; in sedes inferas, infernas, sceleratorum; in ignis æterni abyssum demigrare, descendere, præcipitari.

Infernas, tartareas sedes, nigri ostia Ditis, —— Chaos hoc ingens, vastique silentia regni; loca plena timoris: tristes sine sole domos, loca turbida adire. Sub Orcum, sub tristia Tartara mitti. Ad Stygiam paludem, Phlegetontis lacum, Acheronta, Cocytum: ad domum exilem Plutoniam, tristem sine luce domum: inamabile regnum Ditis: atram Plutonis aulam, januam nigram; umbrarum loca, nigri regiam cæcam Dei: Tartara nigra, tenebrosa dejici, demitti, deturbari. Nigros visere manes. Plutonis sub terrâ invisere sedes. Loca infera, inamœna, tristia, mœsta silentibus umbris, regna Ditis magni horrida, pallida, inania, obscura, opaca, diis invisa, luce carentia subire. Ditis, defunctorum accedere regna. Ad manes, inferos: ad Orci malas tenebras descendere. Est via declivis funestâ nubila taxo, &c. *Ovid. Met.* 4. 13. *Virg. Æneid.* 6. Tendimus huc omnes, hæc est domus ultima, &c. *Ovid. Met.* 10. 1.

Nunquam Stygias fertur ad umbras inclyta virtus.

673. **To throw down to Hell.**

In Orcum, in Tartara, ad inferos: ad manes, umbras mortuorum demittere, dejicere, præcipitare, deturbare.

Tenebrosa in Tartara mittere. —— Pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras, Pallentes umbras Erebi noctémque profundam. In Tartareas sedes & formidabile regnum Mortis inexpletæ, loca muta, & inane severæ Persephones præcipitem dare.

674. To

### 674. To suffer the torments of Hell.

In stagnum igneum, lacum sulphureum, inferiorem: in vallem tenebrarum, caliginis, in externas, extremas tenebras, in ignem gehennæ, flammas Tartareas, æterna supplicia præcipitari, demergi, corruere. Pœnas apud inferos æternas dare. Æternis suppliciis, malis in Tartaro excruciari.

—Cunctas Erebi consumere pœnas —Severi sectus Æaci loris delasset omnes fabulas poetarum.

### 675. To help forward, or further a work.

Laborantem juvare, adjuvare, adjutare, sublevare. Negotium per se arduum operâ opéque suâ promovere, provehere, expedire. Difficultate, magnitudine rei suspenso, hæsitanti succurrere, opitulari, adjutorem offerre se: præsto esse: suppetias ferre, auxiliares manus præbere: subservire, operam suam dare, commodare: opem conferre: subsidium præstare; adjumentum suppeditare, apportare; magno usui, adjumento, adminiculo, auxilio esse. Magna momenta ad aliquid peragendum, perficiendum afferre.

Roges tuum laborem quid juvem meo.

### 676. To help the afflicted. 1123.

Calamitosis, afflictis misero statu, gravi conditione opitulari, subvenire, succurrere: subsidio venire: præsidio & saluti esse: fidem & dextram porrigere: suppetias, opem, auxilium ferre. Afflictos ope sublevare; à naufragio vindicare, à rerum asperitatibus eximere, eripere, liberare. Calamitosorum querelis vacare. Miserorum & sordidatorum lamentis aures suas patefacere. Sollicitudinem, mœstitiam, squalorem laborantium, rebus suis diffidentiam, de spe meliore desperantium, sublevare, reficere, sustentare, recreare. In communi incendio, naufragio subvenire: mederi hominum incommodis: providere miserorum saluti. Præsidio esse solitudini & inopiæ. Naufragis anchoram præbere. Mederi ægris. In rebus incommodis indigentiam alicujus sublevare. Excitare jacentes. Salutem insperantibus reddere. Calamitate aliquem prohibere, liberare: à morte ad vitam, à desperatione ad spem, ab exitio ad salutem revocare, fractum & penè dissipatum restituere. Hominum innocentium, indignorum calamitatem levare, sublevare. Propensa benignitas esse debebit in calamitosos.

—Rebus succurrere læsis. Prodesse miseris, supplices fido lare protegere.—Afflictis addere rebus opem. Deserto mite levamen, salutiferam opem dare, ferre. Te mea supposita veluti trabe fulta ruina est, &c. *Ovid. Trist.* 1.5. Excipit, ac fessos opibus solatur amicos.

M Lapso

—Lapſo quam potes affer ſpem. ——Nec in æquore deſere navem. Quaſſatis pelago portus & aura veni. Regia, crede mihi, res eſt ſuccurrere lapſis; auxilio miſeros levare.

*To help or aſſiſt.* 130.
*To deſire help.* 131.
*Helpleſs.* 596.
*To do a thing without help.* 1423.
*I have no need of your help.* 886.

## 677. Hercules, Alcides, Claviger.

Amphytrionides. Tirynthius heros. Alcmenâ matre creatus. Alcmenæ, Jovis & magni fortiſſima proles. ——Cui nox (ſi creditur) una Non tanti, ut tantus conciperetur, erat. ——Diram qui contudit Hydram, Notaque fatali portenta labore ſubegit. Quem non mille feræ, quem non Stheneleius hoſtis, Non potuit Juno vincere. Qui implevit meritis ſolis utramque domum, &c. *Ovid. Epiſt.* 9. Invictus, efficax.

*To diſcover hidden things.* 432.

## 678. A high hill.

Mons excelſus, altus, altiſſimus, celſiſſimus: ſummæ altitudinis, celſitudinis: qui eò uſq; aſcendit, penetrátque nubes, quò ne oculi viſus pertingunt humani: aciem oculorum ſuperat altitudine.

Montis in auras It caput, & nullos admittit culmine viſus. Stat ſublimis apex, ventoſque imbréſque ſerenus Deſpicit, &c. *Stat. Thebaid.* 2. Mons ibi verticibus petit arduus aſtra duobus. ——Superátque cacumine nubes. Mons erat audaci ſeductus in æthera dorſo: qui cœlo minatur, ſidera contingit, attingit vertice nubes; ſublimíque ferit ſidera vertice. Aeriæque Alpes, & nubifer Appenninus. —— Riget ardua montis Aerii, ætherii facies, ſurgentique obvia Phœbo, Duratas neſcit flammis mollire pruinas. Quantum Tartareus regni pallentis hiatus Ad manes imos atque atræ ſtagna paludis A ſupera tellure patet; tam longa per auras Erigitur tellus. Cœlumque intercipit umbra, &c.

*To kill himſelf.* 756.
*To know himſelf.* 762.

## 679. To hinder, diſturb, or lett.

Occupato moram, tarditatem afferre, impedimento eſſe; negotium facere; moleſtiam exhibere, inferre, creare, addere, obſtare, obſiſtere quò minus, &c. magna incommoda, impedimenta objicere: magnas difficultates opponere: eripere benè gerendæ rei facultatem. Properanti viam obſtruere, iter intercludere, moras facere. Euntem, ſeriis negotiis intentum impedire, præpedire, perturbare, interpellere, retardare, morari, remorari, reprimere, prohibere, detinere, perturbare, diſtinere; deterrere quo minus pergat, procedat, progrediatur: tardiorem, ſegniorem facere; difficultatibus implicare.

plicare. Alicujus studia, impetum, celeritatem retardare, impedire; opus inchoatum interrumpere. Per eum stetit quo animo id fieret. Non sinis pervenire quò volo.

Cursus alicujus tenere. Obstare volenti, eunti. —— Lusúque suo mirabile patris impediebat opus.

*To hinder ones profit.* 1018.

*To hinder ones sleeping.* 1181.

## 680. To write a History or Chronicle.

Rerum gestarum historiam conscribere, contexere; commentarios conficere; memoriam consignare literis, prodere posteris, æternitati commendare, ad posteros transmittere. Res memorabiles literis, scriptis mandare, prodere; annalium, literarum fidei, monumentis consecrare; commentariis, annalibus tradere, inserere; literis celebrare. Rerum gestarum seriem conscribere, narrare; memoriæ tradere, prodere; chronicis, historiis mandare; oculis subjicere, in acta referre; libris, chartis committere, consignare.

Charta tradere victuris legenda temporum acta. Bella quis & paces longum diffundet in ævum? ——Non ego te meis Chartis inornatum sileri, Totque tuos patiar labores Impunè carpere lividas obliviones.

*Hitherto, until now.* 1355.

*To hold against right.* 1365.

*Inspired by the Holy Ghost.* 733.

## 681. To keep Holy-day.

Festos dies, ferias solennes, sanctum quoddam otium agere, celebrare, in honore habere. Negotia profana, opera privata segregare, semovere, secernere, missa facere; à negotiis humanis, à curâ studiorum, occupationum rerum humanarum requiescere, feriari; ut publicis, ut divinis vacet. Animo suis operibus impedito, occupato non detineri: supersedere aliis negotiis & operibus, ut memoriam mortémque Christi atque Sanctorum celebret. Diem aliquem celebrem, solennem, sanctum, religiosum facere, habere, otiosum, quietum traducere sine ullo labore, quo liberum sit opportunúmque tempus, hominum piorum recolendi memoriam, numinísque divini laudem celebrandi. In festi celebritate, solennitate peragendâ, rebus divinis operam dare, denegare humanis. ——Festum genialiter egit. Immunes operum famulæ dominæque suarum Festum agitant, celebrant. Luce sacrâ requiescat ager; requiescat aratrum, Et grave suspenso vomere cesset opus. ——Festus Dat veniam somnúmque dies. Sacra, festa dies, lux.

## 682. Homer, Homerus, Mæonides.

Vates, senex Mæonius. Trojani belli scriptor. —— A quo ceu fonte perenni Vatum Pieriis ora rigantur aquis. Cujus de

Patriâ certant Smyrna, Rhodus, Colophon, Salamus, Chios, Argos, Athenæ. Magnus, magniloquus, Smyrnæus, cæcus. Ingenium magni livor detrectat Homeri, Quisquis es ex illo, Zoile, nomen habes. Homeromastix.

683. An honest good man. 1334.

Vir bonus, probus, pius, integer, probatus, spectatus, sanctissimus, planè bonus, & cum primis honestus; summa innocentiâ, integritate, probitate, candore, & perspectâ morum probitate ornatus, optimis, & sanctissimus moribus; qui continentiæ, innocentiæ sibi legem indixit; animi defæcati, excocti, perpurgati, cujus vita fidésque inculpata est, innocentia singulari præditus; qui sibi ab omni maleficio cavit; in officio nullo claudicat; nullius sceleris conscientia exalbescit, commovetur, perterretur; dignus quicum in tenebris mices; sine macula, sine labe, expurgatus à vitiorum sordibus; genuinâ probitate; quem nulla conditio pecuniæ à summa integritate continentiáque deduxit. Homo innocentissimus, ab omni non modò facinore, verùm etiam minimâ errati suspicione remotissimus: antiqui officii severitas inest in vultu, in verbis fides.

——Est bonus, ut melior vir Non alius quisquam. Non illo melior quisquam nec amantior æqui Vir fuit. ——Justissimus unus Qui fuit —— & servantissimus æqui. ——Verâ simplicitate bonus. Cui Conscia mens recti, Qui pejus leto flagitium timet. Cui pudor & Justitiæ soror Incorrupta fides nudáque veritas; Quando ullum inveniet parem? Tanta tibi est recti reverentia ——& æqui, Quanta Numæ fuerat. ————Qui vindice nullo Sponte sua sine lege fidem rectúmque colebat.

*To give testimony of another mans honesty.* 1277.

684. Born to honour.

Ad honorem, decus, dignitatem natus, factus, susceptus, formatus. Ab ipsa natura ad splendorem, celebritatem institutus. Habilem, idoneum, aptum, alacrem, erectum, compositum esse naturâ ad honores assequendos, gerendos. Alto ingenio & ad res præclaras, ad laudem & gloriam, ad decus & dignitatem nato. Ab ipsis incunabulis virtutem excoluit, amplexus est; præclara sibi proposuit; ad summa contendit.

685. To contemn honour, to live a private life, 338.

De honoribus obtinendis parum esse sollicitum. Ab ambitionis aucupatione abstinere, abhorrere. Delatas sibi fasces rejicere. Nullo regnandi desiderio teneri. Honorum ornamenta prætermittere. Honores missos facere.

Ad

Ad rempublicam non accedere. Nullam partem unquam reipublicæ attingere. Privatum otium publicis negotiis anteferre. A publicis negotiis se subtrahere, removere, & ad otium perfugere, se conferre. Domi privatim delitescere, conquiescere, consenescere sorte contentum suâ. Vitam perobscuram transmittere. Eum esse quem nulla ambitio, nullus honor moveat, quem

Non levis ambitio, perfusaque gloria fuco,

Magnatûmque fames sollicitavit opum.

Vive tibi, quantûmque potes prælustria vita, &c. — jure perhorrui Latè conspicuum tollere verticem, &c. *Horat. Carm.* 3. 16. Sub lare privato latere. Latius regnes, avidum domando spiritum, quàm si, &c. *Horat. Carm.* 2. 2. Sed in littus amas. Beatus ille qui procul negotiis, &c. *Horat. Epod.* 2. Omitte mirari beatæ Fumum & opes strepitûmque Romæ. Principibus invidia accrescit, privatis quæ minor esset. ——Neque divitibus contingunt gaudia solis; Nec vixit malè, qui vivens moriénsque fefellit. Crede mihi, benè qui latuit bene vixit, &c. *Ovid. Trist.* 3. 4. Non ego ventosæ venor suffragia plebis, Virtus repulsæ nescia sordidæ, &c. *Horat. Carm.* 3. 2. Solutus misera ambitione gravíque, &c. *Horat.* 1. 6. Secretum iter, & fallentis semita vitæ. Stat quicunque volet potens Aulæ culmine lubrico; Me dulcis saturet quies. Obscuro positus loco, Leni perfruar otio; Nullis nota Quiritibus Ætas per tacitum fluat, &c. *Senec. Thyest. Act.* 2. *Chorus.* Me nulla vocet turba potentem: Stringat tenuis littora puppis, *Senec. Oeta, Act.* 2. *Chorus.* Offensus variæ tumidis terroribus aulæ, Privatos gaudet inde habitare lares. Non amet hanc vitam quisquis me non amat opto; Vivat & urbanis albus in officiis.

*To honour or reverence.* 1078.
*To advance to honour.* 47.
*To be advanced to honour.* 48.
*To seek for honour.* 71.
*Honourably descended.* 613.
*A very honourable man.* 993.

## 686. By hook, or crook, one way or other, any way.

Hâc non successit, aliâ aggrediamur viâ. Viam clausam precibus, vi facere. Ubi lenitate clementiâque nihil proficitur: severitatis aculeos atque stimulos adhibere. Vide quam iniquus sis præ studio, dum efficias id quod cupis. Precariò vel pretio, quo jure, voti se compotem facere.

———— Si possis rectè, si non quocunque modo rem. Flectere si nequeo superos, Acheronta movebo. ———— Vos ô mihi manes Este boni, quoniam superis aversa voluntas, ——Nil intentatum, nil liquit inausum. Nil obstat tibi, dum ne sit te ditior alter. Quod virtute fieri non potest, fiat dolo. ——Dolus an virtus quis

in hoste requirat? Si non proficient artes, veniemus ad arma: Extricare nummos unde. Omnem movere lapidem.

## 687. To hope.

Sperare, confidere. Benè sperare & bono animo esse. Spe teneri, niti, duci. In spem maximam adduci, venire; induci. Spem habere, fovere, pascere, alere, nutrire. Fidenti esse animo. Ad spem erigi. Expectatione verâ, constanti pendere. Magnū habere animum & spem bonam concipere. Expectatione, spe maximâ rerum erigi. Anchoram spe figere. Magna me spes tenet. Spei non nihil affulsit, afflavit, arridet, blanditur. Spes est fore uti. Lex affulsit. Adhuc cœlum volvitur; non omnium dierum sol occidit. Spe alendus est animus.

——Sperare salutem——&
Afflictis meliùs confidere rebus.
Spes mihi magna subit. Fluito dubiæ spe pendulus horæ.

## 688. To put in hope.

Ad spem erigere. Lactare, ducere spe. Spem, opimam spem alicui ostendere, injicere, facere, dare. Alacritatem & summam spem afferre. Jacentem animam excitare, & inducere in spem meliorem. In summam expectationem adducere.

Spémque dedit dubiæ menti.

## 689. To put in vain hope, and disappoint. 396. 1024.

Vanâ, inani, falsâ, vacuâ, obscurâ, cæcâ spe, expectatione; falso gaudio lactare, ducere, deludere, eludere, fallere, producere. Expectatione suâ frustrari, defraudare aliquem. Promissis fallacibus imponere alicui. Spem alicujus eludere, fallere. Dolo in fraudem impellere. Alicui fraudem facere; insidiosè spem falsam ostendere, nihil nisi spem meram dare; verba dare; magna polliceri tantùm, præstare nihil. Aliquem magnâ spe fraudare, ludificare; in lætitiam frustra conjicere. Spei multum, re nihil dare.

Spe, promisso ludit inani, vano, irrito.

## 690. To be put in vain hope.

Incertam, dubiam, cæcam, inanem opera spem quasi ducem sequi. Duci, illudi spe vanâ, inani, &c. Disparem promissis fidem experiri. Spe non saginatur venter. Spem falsam alere, fovere, &c.

——Animo spem pascere inanem. Spe captus inani.

## 691. To hope well of one.

De alicujus virtute singulari optimè, honorificè, præclare sperare, sentire. Præclaram concipere spem de aliquo. Ab aliquo maxima quæque, magnas res expectare. Inclinat animus ad optimam

timam spem tuæ virtutis eximiæ, indolis egregiæ.

### 692. To lose, miss, or fail of his hope.

Spem susceptam abjicere, amittere, deponere. De magna spe detrudi, depelli. Ex altâ spe decidere, dejici, deturbari. Extenuatur & evanescit spes. Spes me fefellit, frustrata est, delusit. Falsa me lactavit, aluit spes. Infirma, quâ nitebamur, spes est imbecilla, nulla.

*To be out of all hope.* 422.
*A hopeful young man.* 1466.
*To entertain with Hospitality.* 495.
*To break a wild horse.* 1265.

### 693. To be very hot, very cold.

Magno, maximo, nimio æstu, calore uti, incendi, ardere, exardescere, liquescere, æstuare, sudare, sudorem plurimum emittere: Intensi caloris vix sustinere vim. Ex æstu nimio laborare. Calere. Incalescere.

Me calor Ætnæo non minor igne tenet.

Frigidior glacie. Rigescere frigoris vi. Frigere. Algere. Frigescere, obrigescere algore. Concuti hyberno frigore, horrere. Rigere gelu. Gelidus, algidus. —— Solidus concrevit frigore sanguis. Aspera sævit hyems in me — Boreæ penetrabile frigus adurit. Dirigere.

### 694. To repair a ruinous house.

Ædes, domus, muros, parietes ruinosos, inclinantes, labantes, senescentes, prope cadentes, ruentes, ad ruinam proximos, vicinos tegere, restituere, sarcire, fulcire, reficere, reædificare, extruere, restaurare, in integrum restituere. Ædificia consumpta, propè collapsa, longâ annorum serie labefacta renovare, erigere, ædificare, in pristinum statum revocare. Domûs ad interitum ruentis, mœnia construere; pristinæ integritati, nitori, decori reddere, restituere; veteres ruinas recreare, reconcinnare.

Ædes labantes reficere. ——
Nequid labefactum viribus ignis
Corruat, explorat.

### 695. To throw down, or demolish a house.

Domum magnificam, ædificia sumptuosa, ædes splendidas demoliri, dejicere, subruere, subvertere, evertere, prosternere, solo æquare; penitùs, funditùs diruere; complanare, exscindere, vastare, eradicare, disturbare, præcipitare. Ipsos prorsus parietes tollere. Ferrum, flammam, faces tectis, ferro, saxis, ignibus, vastitatem ædibus inferre.

*To build a fair house.* 226.
*To break into a house by force.* 219.

in hoste requirat? Si non proficient artes, veniemus ad arma: Extricare nummos unde. Omnem movere lapidem.

### 687. To hope.

Sperare, confidere. Benè sperare & bono animo esse. Spe teneri, niti, duci. In spem maximam adduci, venire; induci. Spem habere, fovere, pascere, alere, nutrire. Fidenti esse animo. Ad spem erigi. Expectatione verâ, constanti pendere. Magnū habere animum & spem bonam concipere. Expectatione, spe maximâ rerum erigi. Anchoram spe figere. Magna me spes tenet. Spei non nihil affulsit, afflavit, arridet, blanditur. Spes est fore uti. Lex affulsit. Adhuc cœlum volvitur; non omnium dierum sol occidit. Spe alendus est animus.

—— Sperare salutem —— & Afflictis meliùs confidere rebus. Spes mihi magna subit. Fluito dubiæ spe pendulus horæ.

### 688. To put in hope.

Ad spem erigere. Lactare, ducere spe. Spem, opimam spem alicui ostendere, injicere, facere, dare. Alacritatem & summam spem afferre. Jacentem animam excitare, & inducere in spem meliorem. In summam expectationem adducere.

Spémque dedit dubiæ menti.

### 689. To put in vain hope, and disappoint. 396. 1024.

Vanâ, inani, falsâ, vacuâ, obscurâ, cæcâ spe, expectatione; falso gaudio lactare, ducere, deludere, eludere, fallere, producere. Expectatione suâ frustrari, defraudare aliquem. Promissis fallacibus imponere alicui. Spem alicujus eludere, fallere. Dolo in fraudem impellere. Alicui fraudem facere; insidiosè spem falsam ostendere, nihil nisi spem meram dare; verba dare; magna polliceri tantùm, præstare nihil. Aliquem magnâ spe fraudare, ludificare; in lætitiam frustra conjicere. Spei multum, re nihil dare.

Spe, promisso ludit inani, vano irrito.

### 690. To be put in vain hope.

Incertam, dubiam, cæcam, inanem opera spem quasi ducem sequi. Duci, illudi spe vanâ, inani, &c. Disparem promissis fidem experiri. Spe non saginatur venter. Spem falsam alere, fovere, &c.

— Animo spem pascere inanem. Spe captus inani.

### 691. To hope well of one.

De alicujus virtute singulariter optimè, honorificè, præclarè sperare, sentire. Præclaram concipere spem de aliquo. Ab aliquo maxima quæque, magnas res expectare. Inclinat animus ad optimam

timam ſpem tuæ virtutis eximiæ, indolis egregiæ.

### 692. To loſe, miſs, or fail of his hope.

Spem ſuſceptam abjicere, amittere, deponere. De magna ſpe detrudi, depelli. Ex altâ ſpe decidere, dejici, deturbari. Extenuatur & evaneſcit ſpes. Spes me fefellit, fruſtrata eſt, deluſit. Falſa me lactavit, aluit ſpes. Infirma, quâ nitebamur, ſpes eſt imbecilla, nulla.

*To be out of all hope.* 422.
*A hopeful young man.* 1466.
*To entertain with Hoſpitality.* 495.
*To break a wild horſe.* 1265.

### 693. To be very hot, very cold.

Magno, maximo, nimio æſtu, calore uti, incendi, ardere, exardeſcere, liqueſcere, æſtuare, ſudare, ſudorem plurimum emittere: Intenſi caloris vix ſuſtinere vim. Ex æſtu nimio laborare. Calere. Incaleſcere.

Me calor Ætnæo non minor igne tenet.

Frigidior glacie. Rigeſcere frigoris vi. Frigere. Algere. Frigeſcere, obrigeſcere algore. Concuti hyberno frigore, horrere. Rigere gelu. Gelidus, algidus. ——— Solidus concrevit frigore ſanguis. Aſpera ſævit hyems in me — Boreæ penetrabile frigus adurit. Dirigere.

### 694. To repair a ruinous houſe.

Ædes, domus, muros, parietes ruinoſos, inclinantes, labantes, ſeneſcentes, prope cadentes, ruentes, ad ruinam proximos, vicinos tegere, reſtituere, ſarcire, fulcire, reficere, reædificare, extruere, reſtaurare, in integrum reſtituere. Ædificia conſumpta, propè collapſa, longâ annorum ſerie labefacta renovare, erigere, ædificare, in priſtinum ſtatum revocare. Domûs ad interitum ruentis, mœnia conſtruere; priſtinæ integritati, nitori, decori reddere, reſtituere; veteres ruinas recreare, reconcinnare.

Ædes labantes reficere. ——
Nequid labefactum viribus ignis
Corruat, explorat.

### 695. To throw down, or demoliſh a houſe.

Domum magnificam, ædificia ſumptuoſa, ædes ſplendidas demoliri, dejicere, ſubruere, ſubvertere, evertere, proſternere, ſolo æquare; penitùs, funditùs diruere; complanare, exſcindere, vaſtare, eradicare, diſturbare, præcipitare. Ipſos prorſus parietes tollere. Ferrum, flammam, faces tectis, ferro, ſaxis, ignibus, vaſtitatem ædibus inferre.

*To build a fair houſe.* 226.
*To break into a houſe by force.* 219.

## 696. To humble himself.

Remittere ſpiritum, ſpiritus. Comprimere animos, ſedare arrogantiam, ponere ſupercilium. Alicui ſupplicem eſſe, præbere ſe. Alicujus ad pedes volutari, accidere, ſtratus jacere, ſeſe abjicere; proſternere, projicere ſe; amplecti genua; ad genua accedere, pedes amplexari. Humili & ſupplici ratione petere ut ſui miſereatur quis. Fracto animo & humili ſupplicare alicui. Humiles & ſupplices preces fundere.

Cedere cœlitibus, verbiſque minoribus uti. Ponere faſtus, ſupercilium.

## 697. To be humble, lowly, meek.

Humiliter & demiſſe ſentire, non ample & elatè. Quanto quis major, ſuperior eſt, tanto ſe gerere ſubmiſſiùs. A ſupercilio faſtúque omni longè abeſt, alienus eſt. Vir humilis atque demiſſus, humili demiſſóque animo. Homo ſummâ, ſingulari modeſtiâ demiſſionéque animi; ſine omni faſtu & ſuperbiâ.

*To follow ones humour in all things.* 899.
*An hundred years old.* 1457.

## 698. To be hungry.

Vehementer eſurire. Fame, appetentia cibi, deſiderio alimenti, victus teneri, laborare. Cibum requirere, alimentum deſiderar[e]. Latrat, oblatrat ſtomachus. A[d] hæſit mihi ad infimum ventr[em] fames.

——— Quos improba ve[n]tris Exegit cæcos rabies. Sti[mu]lante fame furens. —— Furit ard[or] edendi, Perque avidas fauce[s] immenſáque viſcera regnat, &[c]. *Ovid. Metam.* 8. 11.

*To ſatisfie his hunger.* 478.

## 699. To hunt.

Venari. Feras captare, agi[ta]re, indagare, curſu inſecta[ri]. Venando ſectari canes; feras p[er]ſequi; exercere, oblectare ſe. C[a]nibus lepores venari. Cum b[el]luis audacter congredi. Canib[us] feriſque operam dare.

Per juga, per ſylvas, dumos[que] ſaxa vagatur, Hortatúrque c[a]nes, &c. *Ovid. Metam.* 1. 1[...]

—— Laqueis captare feras, & f[al]lere viſco. —— Canibus circunda[re] ſaltus, &c. *Virg. Æneid.* 4. Vena[n]di ſtudium colere. ——— R[e]tia ponere cervis, Auritóſq[ue] ſequi lepores, & figere dam[as]. Retia ſæpè comes, &c. *Ovi[d.] Epiſt.* 5. In nemus ire libet, &[c.] *Ovid. Epiſt.* 4. Inſidiis, curſúq[ue] feras agitare. Trepidos agitare i[n] retia cervos. ——— Saltus indagin[e] cingunt —— Cervos jaculo curſú[que] fatigat. —— Tradit acres hinc & hinc multa cane cervos in ob[-] ſtantes plagas. Feras inſidiis, plagis, retibus excipere. ——— In[-] cinctæ ſtudia exercere Dianæ —— Pavidum, pronum catulo le[-] porem

Porem ſectare ſagaci, &c. *Ovid. de Remed. Amor.* 1. —— Curſu timido agitabis Onagros, &c. *Virg. Georg.* 3. —— Sua cum duris venatibus otia miſcet. Dumque feras ſequitur, dum ſaltus eligit aptos, Nexilibúſque plagis ſylvas ambit. ——— Volutabris pulſos ſylveſtribus apros Latratu turbare, montéſque per altos Exagitare feras. Dum inſectaris apros.

### 700. To ſpeed in hunting, or take the prey: to miſs of it.

Prædam venando capere; quam ſectatus eſt, captavit. Ferarum ſpoliis potiri. Contigit mihi præda quam venatus ſum; prædâ onuſtus redeo.

Irata Diana venari, prædam nullam capere, reportare, domum referre. A venando, è ſylvis vacuum, nulla præda ditiorem, auctum redire. Præda omnis è manibus, è plagis elapſa eſt, evaſit.

### 701. Cauſe of his own hurt, or harm. 337.

Temere ſibi malum accerſere, creare. Suo ſe gladio jugulare. Incidere in foveam quam fecit. Ad interitum ruere voluntarium. Sibi attrahere mala, ut magnes ferrum, ut Ceſias nubes. Movere Camarinam. Quas geſtat compedes fabricatus eſt, ut Perillus taurum quo combuſtus.

*A good husband.* 982.

*To play the good husband.* 1284.

### 702. To hide himſelf, or live privately.

In tenebris, ſilvis, occultè, locis abditis, deſertis latere, latitare, celare ſe. In latebris occultare ſe. In loco occultiore, ſe parietum umbris, præſidio tueri. Latebras, receſſus, diverticula, ſeceſſus, ſolitudinem quærere. Celebres hominum cœtus, conventus, lucem, conſpectum, commercia, frequentiam, celebritatem; oculos hominum vitare, odiſſe, fugere, effugere, relinquere, deſerere, declinare, devitare. A civium oculis, conventu, cœtu, à conſuetudine hominum & frequentia ſe abducere, ſubtrahere, ſubducere, avocare, amovere, ſemovere, removere: longiùs diffugere: in ſolitudinem tanquam in portum concedere, ſedere, ſe recipere: tenebras captare. Non comparere in foro. Carere, abſtinere publico. Domi apud ſe incluſus & abditus deliteſcere. Intra ſuos domeſticos parietes quieſcere: ſe abdere, tegere, continere, includere: perpetuo deſidere. Vitam umbratilem, domeſticam amplexari, agere, tranſigere. Nullius ſocietate, familiaritate, congreſſu gaudere, uti, frui. Nunquam è nido evolare: domo exire, egredi, è limine pedem efferre. In operto eſſe, in occulto. In tenebras, in angulos ſe abdere. Quaſi claudus ſutor domi ſedet totos dies.

—- Latet,

——Latet, ut marinæ filium dicunt Thetidis. —— Hominum vestigia vacat. Conspectum lucémque fugit. Obstrictus limine tecti cæcis se condidit umbris. Oderat hic urbes, nitidáque remotus ab aula, Secretos montes, & inambitiosa colebat Rura, nec Iliacos cœtus nisi ratus obibat Æsecus. *Ovid. Met.* 11. 11. Clausum cava se condere terra. Nigris, cæcis, obscuris speluncæ tenebris, latebris inclusus, occultus delituit. Ubi me recondam, quave tellure obruam, occultem ? Ille me abscondet locus.

## 703. To play the Hypocrite. 441.

Inanem pietatis speciem præ se ferre. Rugis superciliόque decipere : homines in errorem, in fraudem inducere. Fingere & simulare : ostendere pietatem quam non habet. Simulatione tegere mores suos. Sub ficta severitate, ementita virtute, abumbrata integritate, inclusas in animo libidines habere, continere, tegere. In falsa, vana virtutis specie delitescere. Frontis integumentis, involucris scelera execranda, flagitia nefaria contegere, occultare, removere ab oculis hominum. Fuco sanctimoniæ personatus. Prætendere vultum & tristitiam pessimis moribus. Moribus pessimi, solutissimi, vitiosissimi, vultus & vestium severitate vitæ continentiam præferunt, simulant, mentiuntur. Aliud videri, aliud esse, ut Cumanus ille sub leonis pelle asinus, & purpurata simia. Sic barba tenus Philosophi, cucullo monachi, & sacro habitu sancti. Dealbati parietes, & picta ornatáque extrinsecus sepulchra, aurum subæratum, & Gracculus Æsopicus.

Introrsum turpes, speciosi pelle decorâ. Fronte potius vapido servat sub pectore vulpem. —Qui vultu torvo ferus & pede nudo, Exiguæque togæ simulat textore Catonem ; Virtutem morésque Catonis minimè repræsentat. Vir bonus omne forum, *Horat. Epist.* 1. 16. & 19. Cujus votum est, ——— Pulchra Laverna. Da mihi fallere, da justum sanctúmque videri, &c. Nequitiam vultu tegit — & fronte serenat. Quod non es, non esse velis.

704. Janus

I

## 704. Janus, Patulcius, Clusius.

Consuvius, Janus pater, biceps, bifrons. Matutinus pater, qui annum reserat. —— Anni tacitè labentis origo. Solus de superis qui sua terga videt, &c. *Ovid. Fast.* 1. Idque quod à tergo est, ídque quod ante videt. Annorum, nitidíque sator pulcherrime mundi. Publica quem primum vota precésque canunt, &c. *Mart.* 10. 28. Unde homines operum primos vitæque labores instituunt. A tergo quem nulla ciconia pinsit.

## 705. Jason, Jasonides.

Æsone natus. Heros Colchiacus, Pegasæus. Juvenis Æmonius, Æsonius, &c. *Ovid. Met.* 7. 1. Superbus, perjurus, efferus, formosus, Æmonius prædo.

*To be idle.* 1185.

## 706. Jealous.

De uxoris pudicitiâ, fide sollicitus, suspicax. Conjugis fidem, pudicitiam habere suspectam; rivalem ferre non posse.

Sed non fulvus aper mediâ tam sævus in ira est, Fulmineo rapidos dum rotat ore canes, &c. Fœmina quàm socii deprensâ pellice lecti Ardet, & in vultu pignora mentis habet. O quàm cruentus Fœminas stimulat dolor, Cum patuit una pellici & nuptæ domus, &c. *Senec. Herc. Oetæ, Act.* 2.

## 707. To jest wittily, or utterly.

Bellè, festive, scite, argute, facetè, venustè, ingeniosè, lepidè jocari. Ludo & jocis uti; migrari. Jocis festivis indulgere. Salibus & facetiis ludere jocosè, per jocum illudere. Ludicra jactare, agitare. Urbanitatis lepôre tanquam sale perspergere sermonem, orationem. Ita bellè, scitè, &c. jocari, ut singulis verbis risum excitet, moveat, faciat; ut audientes mirâ voluptate perfundat. Sale, lepôre, facetiis politissimis singulas ferè sententias, dicta sua omnia condere, imbuere. Argutias facetas, facetias argutas exhibere.

Dicendi sal facetiæque.

Agitare remissos jocos.

## 708. A witty, or merry jester.

Homo ingenii festivi, amœni. Gratiarum alumnus. Vir facetus, & multi lepôris; sale, facetiis, jocis, leporibus conditus. Urbanitatis & facetiarum artifex mirus. Homo lepidus, festivus, argutus, ingeniosus, salsus & perurbanus; argutiis, & lepôre plenus; cujus facetiis mirè, mirificè omnes capiuntur, rapiuntur; salibus & facetiis fluens, abundans.

Multo permadere sale. — Pallentes

lentes radere mores Doctus & ingenuo culpam defigere ludo.

Homo facie magis quàm facetiis ridiculus: *A witless jestmonger.*

## 709. To speak jestingly, or by way of jest. 499.

Joco, jocose, per jocum, per ludum, animi gratiâ dicere. Ludicrum est, non seriò & ex animo dictum. Quod lusi tecum, non par est seriò vortier.

——Sic ut qui jocularia ridens Percurram ———— Ridentem dicere verum Quis vetat?

## 710. To play the jester, or fool.

Morionem, mimum agere. Ridiculis dictis, jocis, stultis dicteriis mœstitiam discutere; risum captare, hilaritatem concitare, excutere, excitare.

———Stulti sapiens imitator.

*Ignorant.* 1349.

## 711. Ill favoured, or deformed.

Homo deformis, informis, turpis, fœdus, aspectu, vultu teter, deformis, &c. tetro, deformi, &c. facie inhonestâ, illiberali; specie nullâ, formâ infœlici, infœlicissimâ, fœdissimâque; deformitate, fœditate, turpitudine summa, prodigiosa, monstrosa, odiosa, à furiis oriundus, ut habet proverbium; quo conspecto ominari licebit, ut est in proverbio. Thersite Deformior. Densâ pylorum sylvâ hirsutus, obsitus, deformatus. —— Cui difficilis formam natura negavit. Monstrum horrendum, informe. Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine luscus.

*Ill at ease.* 1158.

*To take ill.* 1262.

*To bear one ill-will.* 50.

*To incurr mens ill-will.* 440.

## 712. To imitate, or follow others. 83. 509.

Alios sequi, insequi, persequi, imitari, sectari, insectari, consectari, æmulari studiosè; moribus, studiis, vita, imitatione exprimere, referre; autores habere, sibi ante oculos ponere; exemplaria vitæ, studiorum, suæ artis proponere. Alterius vestigiis inhærere, insistere; instare, adhærere, ingredi, imitatorem & æmulum se præbere; exemplum æmulari; fontes delibare, ex fontibus haurire; ex agris flores decerpere; vestigia servare, tenere; à vestigiis ne transversum unguem discedere. Iisdem rebus studere, studiis incumbere, dedere se quibus alius quis.

*To imitate his Ancestors.* 80.

## 713. Immediately, presently, forthwith to undertake a work. 638.

Mox, illicò, protinùs, confestim, continuò, extemplo, è vestigio, statim, immediate, quàm celerrimè, subitò, expeditè, actutùm, nulla interposita mora, sine, absque

absque morâ, omni cunctatione, omni dilatione, procrastinatione sublatâ: primo quoque tempore; nullo interjecto spatio, intervallo temporis, nullâ interveniente remorâ se ad opus accingere, rem aggredi. Dictum factum. Non distulit; non moratus, non cunctatus est. Abjecit omnem moram.

*Immoderate.* 870.
*Writings only are immortal.* 1447.
*Writings make men immortal.* 1447.
*To get immortal praise.* 1000.
*Immoveable.* 331.
*To impart, or communicate to another.* 306.
*Impatient of evils.* 950.
*To leave a work Imperfect.* 1434.
*Impertinent.* 472.

## 714. Implacable, not to be appeased. 554.

Ingenio adeò duro & inexorabili; odio tam inexhausto & inexpugnabili, ut neque misericordiâ neque precibus molliri queat. Non supplicationibus demissis, non lachrymis profusis mitigari; odium, ulciscendi libidinem deponere, abjicere. Nullâ ratione, non dignitatis amissione, non sanguinis profusione placari posse.

——Nullis ille movetur Fletibus, aut voces ullas tractabilis audit. Num fletu ingemuit nostro: num lumina flexit? Num lachrymas victus dedit? —Inexorabile durus Exerces odium, nec iniquæ finis in irâ est. Quem nec longa dies, pietas nec mitigat ulla. Nec mala te reddunt mitem placidúmque jacenti, Nostra, quibus possunt illachrymare feræ.

## 715. Immortal hatred. 494.

Inimicitiis perpetuis, æternis, sempiternis aliquem prosequi, ab aliquo dissidere. Immortale odium alteri denunciare.

Æterna bella pace sublatâ gerit, Nunquam meus cessabit in pœnas furor. Æternum servas sub pectore vulnus. Amat Thyesten frater? Æthereas preces persundet Arctos pontus, &c. *Senec. Thyest. Sect.* 3. Desinet esse priùs contrarius ignibus humor, &c. Pax erit hæc nobis donec mihi vita manebit, Cum pecore infirmo quæ solet esse lupis. Et priùs hanc animam, &c. Quàm dolor hic unquam spatio evanescere possit. Leniat aut odium tempus & hora meum, &c. *Ovid. in Ibin.* Immortale odium spirans.

## 716. To importune, or be importunate. 192.

Importunitate, precibus importunis oppugnare. Finem rogandi non facere. Ardenter efflagitando, intentè supplicando, assiduè obtestando alicui obstrepere, aures obtundere, surdas reddere; molestiam, molestum se, importunum exhibere. Assiduis precibus urgere, tentare, pulsare, impellere, sollicitare, vexare; vehementissimè flagitare.

717. **Impossible to be done.** 1342.

Quod fieri non potest; nullo modo, pacto fieri, nullo effici labore potest; non est humanarum virium; superat humanas vires. Res inexpugnabili difficultate, quæque nullâ industria, nullâ vi superari potest. Antè clavam extorquebis Herculi, fulmen Jovi, quàm id efficias.

*To impoverish.* 1203.
*To be impoverished.*

718. **To imprison, put in bands and fetters.**

In carcerem, custodiam, ergastulum, caveam dare, condere, tradere, trudere, dedere, detrudere; claudere, includere, compingere, deducere, asservare. In vincula & tenebras abripere, conjicere. Carcere, vinculis & custodiâ arcere, coercere, multare, comprimere, detinere, cohibere. Tenebris & vinculis mandare. Catenis, vinculis, compedibus, ferro onerare, domare, compescere. Pædore atque squalore carceris affligere. Catenis vinciendum, compedibus constringendum dare, tradere. Captis vincula injicere, adhibere. —Vinculis & carcere frænare. —Solidis, cæcis includere tectis. Adde manus in vincla meas. — In manicis & Compedibus sævo te sub custode tenebo. Compedibus vincire, & duris colla catenis, ferratis, adamantinis.

719. **To be imprisoned, fettered.**

In carcerem, custodiam dari, compingi, &c. In carcere claudi, concludi. Dura, ferrea vincula pati, perpeti, subire, ferre, cervice gerere. Dare, porrigere manus ad vincula. Catenis colla subjicere. In nervum corripi. In barathrum detrudi, præcipitari. Vinculis coerceri, constringi.

Clausa domo teneor, gravibusque coercita vinclis. Carcere Cimmerio & spissa caligine septus. — Claudi tenebris & carcere cæco. Compede crura sonant.

720. **Impudent, or shameless.**

Homo impudens, ad audendum impudentissimus; sine pudore; durissimi oris; perfrictæ frontis; insignis impudentiæ, audaciæ; intolerabili petulantiâ; cui exhaustus, devoratus, decoctus est pudor; cujus eminet & projecta est audacia; color nullum pudoris signum indicat; vultu canino; quem pudor à turpitudine non revocat. Refractis pudoris & verecundiæ claustris, audaciâ furere. Os, frontem perfricare. Omnem pudorem, verecundiam deponere, exuere, abjicere, profligare. Quid de se homines sentiant & loquantur nihili facere, minimè curare. Parum frontis habere. Periit cui periit pudor. Qui semel verecundiæ

diæ fines, limites transierit, eum bene & gnaviter oportet esse impudentem.

——Duri puer oris & audax. Fronte carens. Frontis ad urbanæ descendit præmia. Ejecit — attritâ de fronte pudorem. ——Pudor cessit, sanguisque induruit ora. Depuduit, profugusque pudor sua signa reliquit Deposito pudore.

*An incendiary*. 1091. 1465.

## 721. To commit incest.

Concubitu incesto; connubiis vetitis, illicitis; conjugiis, matrimoniis profanis, incestis naturam, naturæ jus, jura, leges violare, profanare, confundere, fœdare, contaminare; — Venerem temerare maritam. Ritu ferino, ferarum, pecudum promiscuo coire, in concubitus ruere. Sorores atque matres, filias nepotésque more belluino promiscuè inire. Facere stuprum nefarium cum sorore germanâ.

Concubitu vetito naturæ fœdus polluere, &c. *Ovid. Met.* 10. 9. *Myrrha.* ——Scelus est odisse parentem; Hic amor est odio majus scelus. Gentes esse feruntur In quibus & nato genetrix, & nata parenti Jungitur, & pietas geminato crescit amore. Dii suas habuêre sorores: Sic Saturnus Opim, &c. *Ovid. Met.* 9. 11. Byblis, Hic thalamum invasit natæ, illicitosque hymenæos. — Matris scelerasse toros, & crimine fratres Progenuisse reo. Scandit thalamos patris impius hæres, Et gremium incestat parentis, proprios revolutus in ortus.

## 722. Inconstant, or mutable. 331.

Homo varius, inconstans, levis, mutabilis, infidus, animi dubius; lubricâ, ancipiti fide; Chamæleonte, Proteo, polypo mutabilior: Euripo, Vertumno inconstantior. Omni animi impetu tanquam vento; paulo momento huc illuc impellitur, incitatur. Ab instituto, proposito facilè dimovetur, recedit. Sibi non constat. Aliud stans, aliud sedens loquitur. Quod fretum, quis Euripus tot motus, tantas, tam varias habet agitationes? Cujus mentem huc & illuc, in hanc aut illam partem facilè flectas. Qui eundem sæpè & laudat & lædit.

Tu levior foliis, tunc cum sine pondere succi, Mobilibus ventis arida facta cadunt, &c. *Ovid. Epist.* 5. Cortice levior. Mutatur in horas. — Varium & mutabile semper Fœmina, Et tantum constans in levitate suâ est. Mobilis —— & verna quâvis incertior aurâ. Qui jam contento, jam laxo fune laborat, &c. *Horat. Serm.* 2. 7. Romæ Tibur amo ventosus, Tibure Romam. —— Manet in nullo certa tenaxque loco. Quod petiit spernit, repetit quod nuper amisit; Æstuat & vitæ disconvenit ordine toto. Diruit, ædificat, &c.

## 723. Incredible, unlikely. 1013.

Incredibile. Minus probabile. Dissimillimum vero. A fide abhorret, alienum est. Admirabile, & præter opinionem hominum omnium : discrepat à sententiâ vulgi. Tanta ejusmodi res est, ut fidem superet, fide careat. Non est ut credatur. Mendacium præ se fert.

Fide majus — Ratam res non habitura fidem.

## 724. Infamous, ill-spoken, or reported of.

Ab omnibus malè audire. Infamiâ gravi, summâ flagrare, laborare. Ignominiæ labe, infamiæ notâ turpissimâ, insigni dedecore, infamiâ, omnibus ignominiis affici, notari, aspergi, inuri, cooperiri. Decus summum ; infamiæ, turpitudinis maculam fœdissimam contrahere, concipere. Ignominiosissimè notari. In infamiæ sordibus esse, jacere. In sermonem hominum atque vituperationem gravissimam venire. Homo malâ famâ, publicâ infamiâ graviter laborans, qui se omnium sermonibus, linguis vapulare sentit.

## 725. To get himself everlasting infamy or shame.

Sempiternum sibi dedecus inurere. Eam labem nomini suo aspergere, quam nunquam eluet. Infamiam æternam subire. Nullam sibi in posterum dignitatis partem reliquit. Viri boni nomen & splendorem prorsus amisit. Ignominiæ notam indelebilem contrahere. Famæ jacturam, naufragium facere. Homo prostitutæ famæ : nullâ fide, nullâ famâ.

*From my infancy.* 268.

## 726. To infect.

Afflatu venenato inficere, nocere ; luem, pestem, malum, venenum, virus spargere, aspergere ; proxima, vicina quæque corripere. Contactu, afflatu ex vicino nocere, lædere ; venenum, contagionem, &c. diffundere. Afflare virus mortiferum, pestiferum. Labe contagionis imbuere, vitiare, polluere, inquinare, assequi, pertingere. Serpit ; proserpit hoc malum latiùs & diffundit se. Affricare aliis malum.

Dira per incautum serpunt contagia vulgus. Afflatúque nocent & agunt contagia latè. Aspirare nocens virus —Suis remeare venenis Afflatúque suo populos, urbésque domósque Polluit. Mala vicini pecoris contagia lædunt.

## 727. To be infected.

Veneno affici, infici. Morbo, lue corripi. Contagionem, luem, contagii labem ducere, trahere, contrahere, concipere.

Uváque conspectâ livorem ducit ab uvâ. Dum spectant læsos oculi læduntur & ipsi. Multáque corporibus transitione nocent. Quis non è timidis ægri contagia

Vicinum metuens ne trahat inde malum.

*To inform or instruct.* 1271.
*To inforce or compel.* 312.
*To inhabit or dwell.*

728. **To inherit his Fathers goods.**

Patre mortuo hæreditatem sibi relictam adire, suscipere; hæreditatis, hæreditario jure in patris bona succedere; bona paterna possidere. Patris morte ad me lege redierunt bona, hæreditas rediit. Is mihi reliquit quæ habeo, quæ habuit omnia.

729. **To do injury or wrong.**

Alicui injuriam indignam, gravissimam; injurias insignes facere, inferre, offerre, imponere; per summum scelus obesse, obstare. Aliquem injuriis, calumniis afficere, lacessere, provocare, vexare, affligere, onerare, lacerare, oppugnare; contra fas & jus contumeliosè, contumeliosissimè, indignissimè accipere, tractare, violare, lædere. Dignitatem alicujus violare, existimationem offendere. Petulantissimis verbis insectari. in aliquem jacere, immittere injuriam. Indignis sum acceptus modis. Magna mihi orta, facta injuria est.
*To be wronged.*

730. **To forgive injuries.**

Gravissimas injurias voluntariâ quadam oblivione conterere. Omnem veterum injuriarum memoriam abjicere, deponere. Omniem ulciscendi voluntatem, libidinem ex animo delere, tollere. Omnes offensiones obliterare. Ad offensas remittendas persacilis. Data, illata hactenus damna malàque remittere, condonare, nullâ persequi vindictâ, ultione.

731. **To bear injuries patiently.**

Æquo animo malum, omnes injurias fero. Contumelias tego, devoro, perpetior. Rectè fero vim; neutiquam grave est mihi. Iram reprimo, missam facio, depono, minuo. Contumelias malevolorum non moror, súsque déque habeo. De convitiis improborum non laboro. Neque calcantem asinum calcibus petam, neque allatrabo latrantem canem. Mussare injuriam.

*To protect from injuries.* 408.
*To recompence for an injury.* 1054.
*Innocent, or faultless.* 644.
*An innocent good man.* 683.
*To punish the innocent.* 1039.

732. **Innumerable, infinite store.** 810.

Multus & innumerabilis. Innumerus. Multitudo innumerabilis. Tot ea sunt, quot nullo numero comprehendas; nullus numerus comprehendat, nulla capiat Arithmeticæ ars; ut enumerari non possint.

Numerus innumerus. Quales & quoties non est numerare. ——Non densior aere grando, Nec de concussâ tantum pluit ilice glandis. Plura quàm quæ comprendere verbis In promptu mihi sit. ——Totidem quot messis aristas Sylva gerit frondes, ejejectas littus arenas. —— Quot in æthere sidera lucent, &c. *Ovid. Trist.* 1, 4. Si vox infragilis, pectus mihi firmius esset, Pluráque cum linguis pluribus ora forent; Non tamen, &c. *Ibid.* Cinyphiæ segetes citius, &c. *Ovid. de Ponto* 2. 7. ——— Quot habeat corpora pulvis. Millia quot viridis gramina campus habet. —— Quot inquis? Oceani fluctus me numerare jubes. Quàm multi Libyco volvuntur marmore fluctus, Sævus ubi Orion hybernis conditur undis, &c. *Virg. Æneid.* 7. ——Magnus erit quos numerare labor. Quàm multa in sylvis autumni frigore primo Lapsa cadunt folia, &c. *Virg. Æneid.* 6. Nec si forte roges possem tibi dicere quot sint Littora, quot conchas, &c. *Ovid. Trist.* 5. 2. Quot frutices sylvæ, &c. *Ibid.* 5. 1. Quot inter Occultum stellæ conspicuúmque Polum. Hybernos citius numeraveris imbres, Sylvarúmque comas. Non tot caducas Oeta frondes educat; Nec vere flores Hybla tot medio creat. Non tot signa micant tacente nocte. —— Pauca cupit, qui numerare potest. Pauperis est numerare pecus.

## 733. To be inspired by the Holy Ghost.

Numine, lumine, anhelitu divino inspirari, illuminari, affici, compleri. Splendorem divinum degustare. Divini Numinis, præpotentis Dei instinctu, nutu, afflatu ad pietatem erigi, excitari, inflammari; divinitus, divino motu, inflatu, inspiratione agitari. Cujus menti lumina Deus prætulit.

Divino motu concitus.

## 734. To instruct or breed up in learning and vertue. 224.

Juventutem, rudes puerorum animos, ingenia puerilia, ætatem juvenilem ad artes, humanitatem, ad bonos mores & religionem, virtutem, pietatem informare, fingere, instituere, erudire. Ingenia puerorum fideliter & accuratè tam literis bonis quàm moribus expolire, ornare, excolere, instruere. Præceptiones & institutiones tradere, quibus ætas puerilis ad artes ingenuas, ad omnes virtutes, ad optima quæque instruatur, erudiatur. Teneros dociléſque animos puerorum literis, præceptis, pietate, scientiâ imbuere. Præclare sapientiæ ac pietatis præcepta discipulis tradere.

—Pueri pectus præceptis format amicis. Mollibus annis in artes ingenuas erudire. ——Monitus sub pectore fixit justitiæ. Doctrina vim promovet insitam, Rectíque cultus pectora roborant.

*To instruct or teach.* 1271.
*To be instructed or learn.* 792.
*To play upon instruments.*
*To insult upon.* 1308.

### 735. To intercede, or pray for another.

Pro alio, alterius vice, causâ, gratiâ orare, supplicare, obsecrare, petere, se supplicem exhibere. Intercedere. Mortem, vitam, pœnam, supplicium alterius deprecari. Pro alterius periculo, vitâ, salute, fortunis deprecari; deprecatorem se præbere. Precatorem mihi parem, precatorem addam, credo, qui mihi sic oret. Nunc omitte, quæso, hunc. Cæterum posthac si quicquam, nihil precor. Tantummodo non addat, ubi ego hinc abiero, vel occidito.

*Intemperate, in prosperity.* 1274.
*To interpret, or exclaim.* 517.
*To interpret favourably.* 863.
*To inter, or bury.* 231.
*To intreat earnestly.* 192.
*Intricate, or obscure.* 900.
*To invade an enemy.* 125.

### 736. To withstand an Invasion. 125.

Hostium invadentium impetus reprimere, retardare; irruentium vim vi & armis repellere, propulsare. Hostibus irrumpentibus se objicere, opponere. Hostium infestantium audaciam, impetum frangere; irritos facere conatus.

737. *Io. Phoronis. Inachis.*

Pellex Argolica Jovis insana, &c. *Ovid. Metam.* 1. 14. Pharia juvenca grata Jovi. Inachia bos. Quæ bos ex homine est, ex bove facta dea.

### 738. To take a Journey.

Iter facere, moliri, capere, instituere, aggredi, ingredi, habere, suscipere. Aliquò, aliquò versus proficisci, contendere, migrare, conferre iter, maximis itineribus contendere. Profectionem, expeditionem suspicere, facere. In viam se dare. Iter vehiculis emetiri.

Ad iter accingere se, profectionem adornare; *To prepare for a Journey.* Viam Siculas —— molitur in oras.

Tendere iter. Viam capessere. I procul, & longas carpere perge vias.

### 739. To finish a Journey.

Iter conficere. Ad locum propositum, constitutum pervenire. Itineris metam assequi. Pergam quo cœpi hoc iter. Viam quam decrevi persequar. Iter institutum ad finem perducam. Sine me pervenire quò volo. —— Viæ finire laborem.

### 740. To return from a Journey.

Peregrinatus diù, longum emensus iter domum redire, regredi, remigrare, reverti, remeare, revertere; se referre, recipere.

Pedem referre, remetiri viam, revocare gradum. Tandem reversus sospes ad patrios lares. —— Lares parvósque penates revisere.

### 741. Weary of a Journey, or Travel.

Itineris molestiâ, labore defatigatus, fractus, malè se habet. Itineris longinqui lassitudine, molestiâ laborare. Defatigatione, itineris labore affligi. De viâ fessus, languens. Labor itineris graviter eum afficit. Lassitudinis morbo languidus decumbit.

### 742. A troublesome Journey or way.

Iter difficile, incommodum, impeditum, molestiæ ac periculi plenum. Magna ejus itineris molestia & difficultas. Eâ in viâ multæ occurrunt difficultates, incommoda, impedimenta. Ejus viæ iniquitas impedimenta apponit maxima.

### 743. Too too joyful, overglad. 638. 620.

Gaudio immodico, intemperato, nimio efferre se, pene decipere. Nimiâ voluptate gestire. Inani lætitiâ exultare, temere gestire. Præ gaudio vix apud me sum, ubi sim nescio: gestio, exulto, tripudio, lachrymo, non satis moderatè ferre lætitiam.

*To be joyful.* 620.
*To make one joyful.* 619.
*Joyful news.* 809.
*To joyn unto himself, or associate.* 132.

### 744. Iris. The Rainbow.

Thaumantis. Thaumantios. Virgo Thaumantea. Nubilus, imbrifer arcus. Nuncia Junonis varios induta colores. Fidissima nuncia vocis Junonis. Qualis ab imbre solet percussus solibus arcus Inficere ingenti longum curvamine cœlum, &c. *Ovid. Metam.* 6. 1. Cœlum inficit Iris. —— induitur velamine mille colorum Iris, & æquato cœlum curvamine signat. ——Croceis per cœlum roscida pennis Mille trahens varios adverso sole colores Devolat. Multicolor picto per nubila devolat arcu. —— Nimborum fulva creatrix. Quæ Curvata picto nunciat nimbos sinu. Virgo Junonia. Aerea, crocea, discolor.

### 745. Irreligious, ungodly, profane.

Divinum Numen; cultum, honorem Dei; sacra; divinitùs institutam religionem aspernari; ludibrio habere, contemnere, nihili facere. A sacris, ab omni studio sanctitatis abhorrere. Dei metum & reverentiam excutere, religioni bellum indicere. Omnem religionem, sanctitatem, pietatem violare, affligere, extinguere, tollere, abolere, evertere, prosternere, dissipare. Divinam, Divini Numinis majestatem, dignitatem offendere, minuere, lædere; impiè, nefariè, scelerate deridere, contemptu habere, convellere, conspurcare. Deo meritam laudem, debitum honorem non

non attribuit, persolvit; religiones sanctissimas scelere omni polluit; atrociter, contumeliose contra Deum insanit.

### 746. An Isthmus.

Æquora bina suis oppugnans fluctibus Isthumus, Et tenuis tellus audit utrumque mare. Qua duo porrectus, longe freta distinet Isthmus.——Maris gemini distinet Isthmus aquas.——Qualiter undas Qui secat & gracilis geminum mare separat Isthmus, Nec patitur conferre fretum, &c. *Lucan.* 1.— Freta bina repellit, Unáque pulsatur terra duabus aquis.—— Bina findit Isthmus exilis freta; arcet utrumque mare.

747. Italy. *Italia, Ausonia, Saturnia, Oenotria, Italy.*

Latium, Hesperia magna, Oenotria tellus: Ausonis ora: Italis ora. Itala terra, tellus, —— Magna parens frugum Saturnia tellus, Magna virum, &c. *Virg. Georg.* 2. Est locus, Hesperiam Graii cognomine dicunt, Terra antiqua, potens armis atque ubere glebâ, Oenotrii coluêre viri, fama inde minores Italiam dixisse ducis de nomine gentem. Agri, fines Itali. Itala regna.

Itali. Ausones. *A*usonii. Ausonidæ. Laurentes. Latinl. Latinum nomen.

748. To judge, or give sentence.

Pro tribunali judicare; jus dicere; sententiam ferre; judicium dare, perpetrare, pronunciare, facere, exercere, agere. De re diligenter cognitâ pronunciare; definire. De causâ statuere: Litem omnem expedire, dissolvere, componere, dirimere, dijudicare, determinare. Omnia judicia aut distrahendarum controversiarum aut puniendorum maleficiorum causâ reperta sunt.

749. To judge uprightly, or do Justice.

In omnibus causis, judiciis, id solum spectare quod æquum & jus postulet ac præcipiat; quod cum justitiâ conveniat; æquitati consentaneum sit. Æquis ponderibus in judicando ferri; de unâ justitiâ laborare. Justitiæ summam rationem habere; justitiam sibi ducem proponere. *A*d unicam justitiam referre omnia. Nihil favori, gratiæ, amicitiæ, sanguini, muneribus dare; sed æquitati omnia tribuere, inservire. *A*d legum trutinam omnia perpendere, æquâ lance librare, ponderare. Severè ac religiose judicare. Judiciorum religionem sanctissimè colere. Judicis fidem sancte, religiose, absolvere, liberare, implere; nec partium studio duci, nec pretio conduci ad violandam justitiam.

—— Justissimus unus Qui fuit —& servantissimus æqui. Qui rejicit alto dona nocentium vultu.

750. An unjust Judge. 948. 221.

Iniquus, injustus judex; qui suæ libidini, gratiæ, amicitiæ, sanguini, muneribus indulget, inservit,

 omnia

omnia dat; æquitati, justitiæ nihil. Iniquissimis judiciis homines irretire. Reorum sanguinem exsorbere. Qui per fas nefáque suam in judiciis agit rem, non publicam: Themidi non litavit. Cujus venalia sunt, empta, & constuprâta judicia.

Confundere jus omne.

*To judge of ones manners by his face.* 519.

*To get the favour of the Judges.* 547.

*To lose the favour of the Judges.* 548.

## 751. To juggle; a Juggler.

Arte quâdam ludos, imposturam facere; illudere spectantium oculis; fallacem, falsam speciem, nubem, caliginem objicere; Oculos intuentium fallere, præstringere, eludere, præstigiis oculorum aciem fallere.

Præstigiator, impostor, circulator, qui nugis ac strophis, fallaciis circulatoriis, imposturis, præstigiis quæstum captat.

## 752. Juno. Saturnia.

——— Magni consors Jovis. Magni matrona Tonantis. Et germana Jovis, Saturnique altera proles. ——— Ego quæ divûm incedo regina, Jovisque Et soror & conjux. ——— Sacris præfecta maritis. Toris quæ præsidet alma maritis. ——— Cui vincla jugalia curæ. Nupta sororque Jovis. Sui germana mariti. Siderei Regina poli ——— Nimborum fulva creatrix. Regia Juno. Dea Samia, Argiva.

## 753. Jupiter, Diespiter, Saturnius.

Pater omnipotens. Rex superûm. Hominum sator atque deorum. ——— Divûm pater atque hominum Rex. Altitonans. ——— Rex omnipotentis Olympi. Summus deorum. ——— O qui res hominûmque deûmque Æternis regis imperiis, & fulmine terres. ——— Pater rectórque Deûm, cui dextra trisulcis Ignibus armata est, qui nutu concutit orbem. ——— Deûm regnator. Cœlum & terras qui numine torquet. ——— Cedant Jovis omnia regno. ——— Et quid Jove majus habetur? Superbus Cœlicolum Rex. Optimus Maximus. ——— Vasti Rector Olympi. Qui fera terribili jaculatur fulmina dextrâ. ——— Rapidis qui tonat altus equis. Qui res hominum ac Deorum, Qui mare & terras variísque mundum temperat horis, &c. *Horat. Carm.* 1. 12. Gentis humanæ pater atque custos Orte Saturno: Tu gravi curru quaties Olympum, &c. *Idem.* Reges in ipsos imperium est Jovis, Clari Giganteo triumpho, Cuncta supercilio moventis. Qui terram inertem, qui mare temperat ventosum, & urbes, regnáque tristia: Divósq; mortalésque turbas Imperio regit unus æquo, &c. *Horat. Carm.*

*Carm.* 3. 4. —— Rerum cui summa potestas. Sator astrorum. Deorum arbiter. Qui mare, qui terras, & sua regna quatit.

K

*To keep his promise.* 123.
*To keep close, or conceal.* 314.
*To keep, or watch.* 1389.

## 754. To kill, or slay. 1286. 389, 876.

Occidere, perimere, interficere, necare, enecare, trucidare, confodere, contrucidare, cædere, mactare, obtruncare, jugulare, extinguere: E medio tollere. Communi luce, vitâ, animâ privare, spoliare. Ad perniciem vocare. Ex naturæ finibus exterminare. Ex rerum naturâ, ex numero hominum, viventium ejicere, exturbare, excludere, tollere. Ferro conficere. Alicui perniciem comparare; vitam eripere, adimere, eruere; mortem, necem inferre. Alicujus sanguine mucronem imbuere. Necem patrare, cædem, homicidium. Vitâ exuere.

Neci, leto dare, dedere, mittere. Neci, morti demittere. — Manes demittere ad imos. Ense pectus Norico recludere. Intima lethifero rupit præcordia ferro. Vulnere Tartareas geminato misit ad umbras. ———— Funere mersit acerbo. Spiramenta animæ lethali vulnere rupit. Ferro animam expellere, exturbare.

——Nec opinâ perdere morte: *To kill unawares.*

## 755. To be killed, or slain.

Cadere, occumbere, interire, occidi, interfici, &c. extrema pati. Occumbere neci. Exhalare sub acerbo vulnere vitam. Necem indignam pati. Vulnere acerbo confici.

## 756. To kill himself. 449. 647.

Sibi mortem, necem voluntariam consciscere; manus, mortem inferre, afferre, offerre. Suâpte se manu interficere, enecare: vitâ spoliare. Suam sibimet vitam auferre.

—— Ipsa suâ concidit ausa manu. Velis cadit ipse suis. — In pectus lethalem condidit ensem. Exegit rigidum sua per præcordia ferrum. ——Demisso per fortia pectora telo cecidit. Pectore nudo strictos incurrere in enses. Quoque erat accinctus demisit in ilia ferrum. — Aptato pectus mucrone sub imum Incubuit ferro. —— Fodit certâ pectora nuda manu. — Qui sibi lethum Insontes

tes peperere manus lucemque perosi; Projecere animos.—— Ferro per pectus adacto, Finierat moriens pariter cum luce colorem. Rebus in angustis facile est contemnere vitam, &c. *Mart.* 11. 57. De matre sua manus: Exegit pœnas acto per viscera ferro. Purgare fidem lecho, nefas ferro. Hostem cum fugeret, se Fannius ipse peremit. Hic, rogo, non furor est, ne moriare mori? Asperas tractare serpentes ut altum corpore combibat venenum.

### 757. To kill one another mutually.

Invicem, mutuò se interimere, conficere, prosternere, &c. Mutuis armis, cædibus necare, confodere se. Non hostium telis, non alienis armis, sed mutuâ pugnâ, propriis viribus, civili discordiâ, privato impetu, suis telis, mutuis vulneribus, in communi acie perire, cadere, interfici, obtruncari, mortem oppetere. Mutuas strages, cædes exercere, facere Sibi mutuò spiritum, lucem, vitam eripere, adimere. Alter alteri manus, necem intulit. Alter alterius perniciem, interitum machinatus est, sanguinem sitiit, casum expectavit.

—— Suo marte cadunt, pereunt per mutua vulnera fratres. Alterna vulnera passi civili cadunt acie. Mutuis vulneribus concidere.

### 758. To make himself King.

Regnum, sceptrum, solium, regnum invadere, occupare, arripere: sibi per vim asciscere: Se regem denunciare. Populo invito jugum, servitutem regiam imponere. Tarquinius regnum rapere maluit, quàm expectare.

*Kindred.* 60.
*To reign as King.* 1046.

### 759. To kiss.

Osculo accipere, deosculari. Osculari, suaviari. Arctiùs tenere & osculari. Suavium, basium, osculum alicui figere, dare, imprimere, affigere. Appetere dextram osculis. Oscula sumere, rapere, carpere, tollere.

Oscula libavit natæ. Oscula per longas jungere pressa moras. Oscula dimissæ quoties repetita dedisti? Osculo aliquem excipere. Basiare. Oscula jungere, congerere, ingeminare.

### 760. To kneel.

Genu flectere. Genua humi defigere, inclinare, submittere. In genua delabi, prolabi, decumbere. Genibus pronis supplex corpus inflectere, inclinare. Genibus submissis procumbere, terram petere.

Genibus minor orare, adorare.

### 761. To know, or understand perfectly.

Rem aliquam scire, cognoscere, capere, intelligere, animadver-

madvertere, tollere, tenere; compertam, perſpectam penitùs, exploratam, notam; benè, planè cognitam; ſatis firme conceptam animo atque comprehenſam; pro certo, ab opinionis arbitrio ſe junctam ſcientiáque comprehenſam habere. Intellectu aliquid, mente, animo, ratione, intelligentiâ percipere, comprehendere, conſequi, aſſequi, complecti, firmiter tenere. Ipſam rem attingere: nec audire modò, ſed etiam videre, plenéque ſentire. Ipſam rei medullam perſpicere, penetrare. Certam rei notitiam habere, imbibere. Senſum reconditum, ſententiam & rationem rei tenere, percipere. Certo certius habere. Non me latet, fugit fallit, præterit, clam eſt. Probè, præclarè, optimè novi. Pulchrè calleo. Innoteſcit id, certum, exploratum, compertum eſt mihi. Planè, certò mihi conſtat. Nota magis nulli domus eſt ſua.

Intus & in cute novi.

## 762. To know himſelf.

Noſce teipſum. In tuum animum, pectus deſcende. Pectoris tui penetralia, mentis arcana diſcutere, perſcrutare. Tuum animum, ſinum perſpice, perluſtra. Ad proprios defectus, ad inopiam, indigentiámque tuam reflecte oculos, mentem. Etiam atque etiam vide, conſidera qui ſis. Temetipſum collige, inſpice. Ego meæ imbecillitatis probè mihi conſcius ſum.

Tecum habita, ut noris quàm ſit tibi curta ſupellex.———Te conſule, dic tibi qui ſis.——Ne te quæſiveris extra. Concute num quæ tibi vitiorum inſeverit olim Natura, aut etiam conſuetudo mala. Ut nemo in ſeſe tentat deſcendere, nemo.

## 763. To know another mans mind or purpoſe.

Tua mihi conſilia planè nota ſunt. Animum tuum, ſenſuſque omnes teneo. Quæ ſint arcana mentis tuæ probè novi, præclarè intelligo, penitùs perſpicio. Conſiliorum tuorum nihil me fugit; nihil occultum, obſcurum eſt. Ipſa tui pectoris penetralia mihi aperta ſunt, perluſtrata, perſpecta. Quid cogites, cenſeas, ſtatuas, tibi proponas, quod conſilii capias optimè ſcio, plane cognitum, & perſpectum habeo. Animi tui ſenſum pulchrè calleo.

## 764. I know not the man.

Non novi hominem. Mihi plane ignotus, peregrinus. Nec de facie quidem novi. Hujus hominis, de hoc homine nulla mihi notitia eſt. Neque nomen ejus unquam fando audivi, neque vultum

tum oculis usurpavi. Quis aut unde sit prorsus ignoro, nescio; equidem ignarus, inscius sum; me latet penitus.

Albus an ater homo sit nescio.

## L.

### 765 To labour earnestly. 438.

ANimi toto impetu; omni, vehementissimâ contentione laborare, elaborare. Sedulò, studiosè, pro virili, pro viribus, maximopere, omni operâ & ope, omni studio, manibus pedibúsque, toto pectore, flagranti studio, maximâ industriâ, summo conatu, noctes diésque, omnibus nervis viribúsq; quàm maximè possit quis eniti, anniti, contendere, conari, agere, facere. In re aliquâ sudare, vigilare, excubare; multum operæ, operæ studiique plurimum impendere, conferre, ponere, consumere, collocare, omnes nervos intendere, conatus adhibere; sedulum, strenuam operam dare, navare, omnem adhibere industriam. Nihil non facere. Omnem movere lapidem. Velis equisque, velis remisque contendere. Laborabo industriâ meâ quantum posium pro viribus. Designabo huc omnes meos conatus & inflectam. Viriliter in hoc pulvere desudabo. Tanto in opus incubuit studio, ut parum abfuerit, quin sese laborando confecerit, enecarit, quin ipse operi suo immoreretur.

Omnis, totus in hoc sum. Navibus atque quadrigis petere.

### 766. To labour in his Vocation or calling. 445.

In suo studio atque opere nunquam cessare. In suo instituto, proposito; in sua vivendi ratione, genere, in suo munere fungendo summam, omnem adhibere diligentiam. Officiis vitæ fideliter & cum industriâ fungi. Partes suas exequi; Munus suum obire, tueri diligenter. Provinciam, Spartam quam nactus est ornare, exornare. Officio suo non deesse. In sui muneris administratione laborare. Indefesso labore, studio sua munera exercere: suæ arti inservire. In suis rebus & negotiis gnaviter, strenuè operam navare.

—— Quam tribuit sortem fortuna tueri.

### 767. To labour, toil, drudge continually.

Laboris molestias perpetuas devorare. Gravissimis, maximis laboribus, negotiis, operibus, molestiis onerari, distendi, distringi, vexari, distineri, multari. In labore corporis, in contentione animi

animi perpetuâ verſari; omnem vitæ curſum conſumere, conficere. Labores ingentes, immenſos, immodicos, aſſiduos, & penè Herculeos ſuſcipere, exantlare, perferre, ſuſtinere. Perpetuis laboribus, continuis ſtudiis, nocturnis lucubrationibus, ſudoribúſque diurnis frangere, exercere, enervare, macerare, exhaurire, conficere, defatigare ſe. Laboris & moleſtiæ plurimum exhaurire. Uſque ad extremum ſpatium nullum tranquillum atque otioſum ſpiritum ducere; nullum temporis punctum negotiis vacuum agere. Negotiorum, operum mole obrui, difficultate opprimi; nullis defatigari. Non te reſpicis. Mane egredi, veſperi domum redire; Arare, ſudare, nullum tempus prætermittere.

Duros, immenſos perferre labores. Dies totos —— Vigiléſque operi tranſmittere noctes. Non ſibi parcere.

## 768. To labour in vain.

Operam ludere, malè ponere, collocare, fruſtrà, inutiliter locare, conterere. Operam & oleum; omnes induſtriæ fructus perdere. Operæ jacturam facere. Fruſtrà, conatu irrito, ſucceſſu nullo, infructuoſe, ſine fractu, incaſſum, inaniter, nequicquam laborare, conari. Inanem, ſterilem, caſſum laborem ſuſcipere. Siſyphi ſaxum volvere, ſudans nitendo neque proficit hilum. Æthiopem, laterem levare. Surdo narrare fabulam. Mortuo verba facere Fluctus numerare. In pertuſum vas, dolium aquam infundere. Aerem, nebulas verberare. In arenâ ædificare. Aſinum tundere. Iſthmum fodere. Penelopes telam texere. Aquam cribro haurire. Reti ventos venari. In aere piſcari. Auribus ſurdis canere. Infructuoſo campo, arido, ſterili ſole ſemina committere, tradere.

—— Quid arenæ ſemina mandas? Non profecturis littora bobus aras. Infœlix operam perdas, ut ſi quis aſellum In campo doceat parentem currere frænis. In vento & liquidâ ſcribere aquâ. Quid tantum inſana juvat indulgere labori: Quid juvat ad ſurdas ſi cantet Phemius aures? Omnis effuſus labor. ——— Studio exercetur inani. ——— Bibulum curvo proſcindere littus aratro.

## 769. To ſpare his labour, or pains. 240.

De diligentiâ, induſtriâ multum, aliquid remittere: Modum ſtudiis imponere, ſtatuere. In ſtudiis, laboribus ſibi parcere, temperare, moderari. Res ſuas moderatiùs, remiſſe, remiſſiùs, leviter, lente, molli brachio, perfunctoriè, languidè, ſegniter agere.

## 770. To lament. 637. 875. 196.

Lugere, queri, conqueri, deflere, plangere, lamentari, affiictari, mœrere; gemere, ſqualere, deplorare,

rare. Queſtus,planctus turpiſſimos edere. Conſciſsâ veſte lachrymare. Luctui & lamentis effœminatè, muliebriter ſe dare, dedere, tradere. Plangore, lamentatione,fletu totam domum, omnia complere. Luctu, mœrore, gemitibus conficere,macerare ſe. Lamentabili voce,flebiliter deplorare. Quis eſt qui pro dignitate tantas calamitates deflere, deplorare poſſit? Ægris luctibus indulgere.——

Rupique ſinus & pectora planxi, Et ſecui madidas ungue rigente genas. Nec puduit ſciſſis exululare comis. Non aliter quàm ſi nati pia mater adempti Portet ad extructos corpus inane rogos.

Mœſtis loca queſtibus implet. Percutit indignos claro plangore lacertos, Et laniata comas. Rupi capillos, Oráque ſunt digitis aſpera facta meis. Immemores decoris liventia brachia tundunt. Squalidus. Immemor ſui decoris animum in luctus dat. Flere & lacerare capillos & dare clangorem. —Obductos luctu miſerabilis ægro Condidit vultus. Cædere mœſtis pectora palmis.— Miſerrima fletus Fértque refértque ſoror.— Abſciſsâ planxi mea pectora veſte; Tuta nec à digitis ora fuêre meis. Non mihi ſi centum Deus ora, &c. *Ovid. Met.*8.4. Meleagrides—— Ingentem gemitum tunſis ad ſidera tollunt Pectoribus, mœſtóque immugit regia luctu—— Planctúque lacertos Verberat, & queſtus ad nubila fundit inanes. Protinus iſta malo —— Solutis exiliit furibunda comis ac verbere crebro,Oráque, pectoráque & tenuem ſcidit horrida veſtem.

*To land at ſome place.* 117.
*Rich in land.* 183.

### 771. To ſpeak at large, or dilate. 222.

Ubertate, orationis copiâ luxuriare, luxuriari, diffluere. Pluribus; pluribus,plurimis verbis;fuſè,diffuſe;paulò fuſius; copioſe, prolixe; cumulatiùs,abundantiùs, uberiùs; luculenter, ampliſſimè, variè diſputate,agitare, explicare, illuſtrare, tractare aliquam rem; agere. Latiùs & copioſiùs: incredibili rerum varietate & copia diſſerere. Multus eſſe in aliquâ re. Verbis dilatare; cumulatius, magnificentius, magnificentiſſimè agere, augere rem. Rem pleniorem & planiorem facere: quamplurimis argumentis docere, infinitis exemplis oſtendere: pluribus perſequi. Cauſam non ſolum opponere, ſed etiam copioſe agere. De re aliquâ multa,permulta proloqui, verba facere. Fuſiore filo contexere orationem.Pandere orationis vela. Alveo pleno fluit oratio.

—— Longo ſermone morari, tenere, detinere.

*To make large promiſes.* 1022.
*Large matters of diſcourſe.* 243.
*Laſcivious, or given to luſt and wantonneſs.*

### 772. To laſt, or endure.

Durare, perdurare, permanere, perſiſtere,conſiſtere,perſtare.Non deficere.Firmitatem,conſtantiam, ſtabilitatem habere. Statum & vigorem

gorem suum diutissimè retinere. Seclis innumerabilibus non canescere, fatiscere. Nullâ vetustate consumi. Ætatem, vetustatem ferre. Stabilis, firmus, fidelis, ad perpetuitatem, diuturnitatem. Quod nulla ævi diuturnitas obliterabit.

Perennari. Exegi monumentum ære perennius, &c. *Hor. Car.* 3. 30. Jamque opus exegi, quod nec Jovis ira, &c. *Ovid. Met.* 15. 51.

773. Of late.

Nuper, nuper admodum, nuperrimè, recens, modò, modò jam, paulò ante, non ita pridem. Nostrâ, hâc ætate, memoriâ.* Nostro ævo. Recentis memoriæ. Per hos annos, dies. Nostris temporibus. Nobis superstitibus. Paucos abhinc dies, annos. Paucos ante annos, dies. Diebus superioribus. Heri, pridiè, nudiustertius.

774. Too late, too soon.*

Serò nimis, nimiùm, admodùm seró. Seriùs quàm oportuit. Diutiùs paulò remoratus est. Serò sapiunt Phryges; clypeum post vulnera sumo. Sera est in fundo parsimonia. Sera tum ratio. Machinas post bellum afferre; auxilium post victoriam, condimentum post cœnam. Post pœnam venia, post mortem medicina; Hedera post Anthisteria.

Sera nimis vita est crastina, vive hodie.

Præproperè. Citius, paulo citiùs quàm oportebat; quàm res ferebat. Nondum fructus maturuit. Ante victoriam canere, triumphare. Ante obitum dici, supremáque funera fœlix. Ante diem occidit.

775. To speak Latin exactly.

Purè, & benè Latinè, eleganter & castigatè loqui. Elegantiam sermonis latini, puritatem Romanæ linguæ tenere. Puræ Latinitatis, elegantiæ Romanæ palmam concedit nemini; omnibus aufert, præripit. Loquendi Latinè artem, peritiam, facultatem habet singularem, eximiam, summam. Latinæ orationis peritissimus artifex.

776. *Latona. Titanis.*

Cæo genita. Cæi filia. Gemellipara. Magna Gemelliparæ venerantur numina divæ. —— Cui quondam regia conjux Orbe interdixit, quam vix erratica Delos Errantem accepit, tunc cùm levis insula nabat, &c. *Ovid. Met.* 6. 6.— Cui maxima quondam Exiguam sedem parituræ terra negabat, &c. *Ovid. Met.* 6. 3.

777. To laugh, smile.

Ridere, cachinnare, cachinnari. Effusè ridere. Risu diffluere, corruere. Miros risus edere. Præ risu omnes qui aderant emori. Cachinnos tollere, effundere. In cachinnum solvi. Risu totum corpus concutere. In hilaritatem risúmque conversus, solutus. Minimum abfuit quin risu dissilierim. Democritum agere, omnia risu, cachinnis excipere.

Multo risu pulmonem agitare, ilia distendere.

Renidere, leniter arridere: *To smile.*

778. To be laughed at.

Derideri. Risui & ludibrio, pro ridiculo haberi. Risus populi factus est. Ridicule & petulanter illudi.

—— Quid

— Quid enim majore cachinno
Excipitur vulgi?

779. To forbear laughing.

Sibi à risu temperare. Risum cohibere, continere, tenere, inhibere.
Spectatum admissi risum teneatis.

780. To raise laughter, or make to laugh

Risum alicui excutere, elicere, movere, excitare, concitare, facere. Mœstum, vel invitum jocis & facetiis ad risum adigere, in cachinnos solvere.

*To laugh at one.* 868.
*A thing worthy to be laughed at.* 1090.

781. To make a Law.

Legem facere, statuere, figere, rogare, stabilire, jubere, sancire, confirmare, pronunciare, ponere, dare, imponere, inferre, instituere, sciscere, scribere, conscribere, describere, promulgare, ferre, recitare, condere. Rem aliquam lege, senatusconsulto, plebiscito, edicto, decreto sancire, statuere. Leges & instituta conferre. Jura constituere. Id legis habere vim voluit. Rempublicam temperare bonis institutis & legibus.
——Animum ad civilia vertet
Jura suum, legésque feret justissimus autor.

782. To keep or observe the Law.

Legibus parere, obtemperare. Leges observare. Ad legum, juris normam, regulam, se, vitam, mores componere, conformare, instituere.
Qui consulta patrum, qui leges juráque servat.

783. To abrogate, or repeal a Law.

Legem antiquare, refringere, rescindere, abrogare, abolere, abdicare, labefactare, dissolvere, evertere, infirmare, convellere, revocare, irritam facere, funditus tollere. Tabulas legum refigere, frangere. Senatus consultum inducere.

784. To free one from the Law.

Aliquem lege solvere, à severitate legum eximere; legum vinculis, nexibus, expedire; Sui juris facere. Fecit, indulsit, concessit ut in me nihil habeat juris, jus, nullam habeant leges vim.

785. To go to Law, or sue one at law.

Aliquem jure postulare; in jus, judicium: ad judicem vocare, deducere, rapere, trahere, citare, judicio, lite persequi, convenire in jus; injuriarum postulare: molestis, odiosis litibus divexare. Alicui dicam scribere, impingere, diem dicere. Lege agere, experiri. Judicio, jure certare, contendere cum aliquo. Actionem, litem intendere, instituere, inferre. Movere litem. Litigare & judicio conflictare, conflictari. Jus suum postulare, persequi. In jus ire.

786. To leave off his suit at Law.

Lite desistere. Tria verba non committere. De jurgio silere. Paratas lites relinquere: cum bonâ gratiâ componere. Impetum animi ad litigandum, concertandum jure,

jure, judicio cohibere, continere, amicè rem, negotium sine litigio, judicióque forensi transigere atque decidere cum aliquo.

787. To break all good Laws.

Omnia divina & humana jura; leges omnes & instituta majorum: gravissima decreta effrenatâ cupiditate, furore indomito prosternere, perrumpere, perfringere, vexare, conculcare, perturbare, extinguere, negligere, convellere, pervertere. Omnem juris religionem impurissimè, teterrimè violare, tollere, evertere. Omnia repagula juris, pudoris, officii perfringere, labefactare. Non leges, non instituta, non mores, non jura noscere, observare. Bustum legum omnium & religionum.

Fas omne abrumpit. Rumpere legum vincula. Sacrata resolvere jura.

738. To abide the rigour of the Law undauntedly.

Legum, juris acerbitatem, asperitatem, severitatem perpeti, tolerare, sustinere, subire intrepidè. Summum jus non vereri, pertimescere, deprecari. Legum rigoribus, minis, severitate non terreri, fugi, exanimari. Conscientiâ benè actæ vitæ contra omnem legum sævitiam armari, muniri, confirmari.

— Hic murus aheneus esto, Nil conscire sibi, nullâ pallescere culpâ.

*A Lawyer.* 976.

789. To lay up safely.

Recondere, reponere, clausum, & reconditum tenere, seponere & occultare. Fidæ, firmæ custodiæ tradere. Sollicitè in scriniis custodire, conservare, includere. In thesauris, ærario reponere, recondere pecuniam.

790. To make a League, or Covenant.

Pactum, fœdus, mutuum fœdus inire, sancire, ferire, pangere, conjungere, instituere, conflare, contrahere, percutere, componere inter se, vel cum aliquo sanctè, religiosè. Cum aliquo pactum religiosúmque fœdus facere, societatem contrahere, fœdere certo confirmare: conventionem facere. Fœdere & pactione obstringi, teneri, obstrictus teneri. Mutuo fœdere, consensu, sacramento devincire se, conjungi. Æquis conditionibus depacisci. In æquas pactiones descendere, convenire. Pactionibus inter se obligari. Ad quandam pacis conditionem, pactionem venire, accedere.

791. To break a League.

Pactiones, conditiones pacis, fœdera, pacta, conventa, conventiones, pacem initam perjurio turbare, perturbare, negligere, violare, rumpere, solvere, frangere, convellere, labefactare. In fide fœderis non permanere. Pactis non stare, sanctum, confirmatum religiosè fœdus nihili, irritum facere. Sanctiones, pactiones, sine ulla injuria factas rescindere. A pacto resilire. A fide data discedere. Non ego nequitiâ socialia fœdera rumpam.

Fallere dextras. Conceptum fœdus excutere. Disjicere compositam pacem. Fœdifragus.

792. To

792. To learn, to be instructed. 1223.
Discere, doceri, erudiri, &c. 1271. Traditas à præceptore disciplinas capere, percipere. Bonis artibus vacare. Præceptoribus operam navare; aures dociles præbere; informandum, instruendum, instituendum, erudiendum se tradere. In studia literarũ artiúmq; ingenuarum incumbere. Literis, disciplinis, præceptis artibúsq; animum excolere. Auditioni in scholis operari.
—— Ingenuas didicisse fideliter artes. Ingenuas pectus coluisse per artes. Intendere animum studiis & rebus honestis.—— Nunc imbibe puro pectore verba puer.

793. A very learned man.
Vir literatus, eruditus, doctus perquam, egregiè, magnopere, eximiè, præclare, planè, perfectè, absolutè, excellenter, exquisitè, exquisitâ quadam ratione, insigniter, non vulgariter, impensè, imprimis, apprimè, singulariter doctus, eruditus, literatus. Facilè doctissimus, eruditissimus, literatissimus; literarum humaniorum artiúmque omnium & linguarum peritissimus; omnibus perfectis, ingenuis artibus, iis artibus quæ sunt libero homine dignæ, omni doctrinâ, liberali eruditione, omnibus literis, disciplinis præclarè, eximiè excultus, eruditus, ornatus, perpolitus, instructus, ornatissimus: artium & linguarum præsidiis instructissimus; eruditionis, doctrinæ singularis, maximæ, reconditæ, summæ, miræ, egregiæ, admirandæ, multijugæ, eximiæ, non vulgaris, præclaræ, exquisitæ, exquisitissimæ, solidæ, variis expolitus disciplinis, summam doctrinæ laudem consecutus; in omnibus veterum scriptis multùm & studiosè versatus; multæ, plurimæ, propè infinitæ lectionis: multiformi eruditionis supellectile instructus; omnibus disciplinarum ornamentis præditus, cumulatus: omnigenâ eruditione clarus, conspicuus: in omni doctrinæ genere ità versatus ut cum primis certare possit. In quo plurimæ sunt literæ, nec eæ vulgares sed interiores quædam & reconditæ. Unicus ævi sui politioris literaturæ phœnix. Ætatis nostræ Varro. Literarum antistes. Literatorum princeps. Extra invidiæ aleam doctus. Facilè princeps in re literaria.
——Cecropiæ madidus Latiæq; Minervæ Artibus. Qui Socraticis madet sermonibus. Quem musæ multi-jugas doctum poliëre per artes. — Thespiadum decus immortale sororum.

794. A man of mean learning.
Sciolus, mediocriter literatus: leviter imbutus, tinctus literis: satis doctus ut est captus hominis: vulgariter, tenuiter, non admodum, haud satis, non multùm eruditus: non satis politus artibus. Qui literas meliores gustavit, delibavit, attigit tantùm: modicè redolet: primis, primoribus labris degustavit: à limine salutavit disciplinas, exiguam nactus notitiam rerum, in arcanis & mysteriis Musarum planè hospes & peregrinus: cùm literis Latinis

tum

tum etiam Græcis ( ut temporibus illis ) satis eruditus, ex abditis literarum fontibus nihil hauserat, à perfecta literarum scientia longè abest.

Cum siccare sacrum largo Permenida posset
Ore, verecundam maluit esse sitim.

795. To handle a matter learnedly. 930.

Oratione copiosa, docta, diserta, polita, perpolita, ornata: copiosissimè, & ornatissimè disputare, differere; rem tractare, agitare, prosequi, explicare, petractare. Omnibus verborum & sententiarum ornamentis, floribus rem perpolire, variare, ornare; luce verborum illustrare. Omnia redicendi ornamenta adhibere. In aliqua doctè, præclarè, doctissimè versari.

796. To advance or set forward learning.

Ex mediis ignorantiæ tenebris ingenuas artes vindicare. Bonas literas longo veluti postliminio redeuntes in suum quodammodo regnum dignitatemque, in pristinum nitorem restituere; suo splendori reddere. Redimere studia literarum. Editione utilium scriptorum publica studia juvare, adjuvare; studiis bonarum literarum benè, optimè mereri. Libris edendis, eruditissimis lucubrationibus egregiam navare operam rei literariæ. Libros à dura blattarum tinearúmq; servitute, qua diutissimè oppressi propemodùm interierant, liberare, vindicare ab interitu. Divitem ingenii proventum in universum orbem effundere; ac suo labore bonarum artium studia promovere.

797. To learn without book.

Memoriter discere, addiscere, ediscere, complecti. Memoriæ tradere, mandare, infigere, inserere. Verbatim ediscere. Verba singula memoria comprehendere, tenere, retinere. Animo inscribere quæ didicit. Exercenda est memoria, in ediscendis ad verbum quàm plurimis, & nostris scriptis & alienis.

*To breed up, or instruct in learning.* 754.

798. At leisure.

Vacat. Otium est. Per otium licet. Quies à molestiis datur, à negotiis laxatio & otium. Vacuus negotiis, liber & solutus opere; tempus vacuum & liberum negotiis nactus. Non impeditus animo. Animo vacuo & soluto, libero & quieto esse. Otio affluere. Nullo negotio, nulla re, nullis rebus implicatus, occupatus, districtus, constrictus teneri. A republicâ, à re familiari, ab omni negotio sevocare animum. Curis, laboribus, muneribúsq; omnibus laxari, liberari. Horis quibusdam subcisivis, succisivis, tempus à negotiis, à rebus seriis sepositum, surreptum studiis literarum vacat. Feriari à negotiis.

Jam vacat exiguis rebus adesse.
——Ubi quid datur otii.

799. To give leave, licence, or permit.

Alicui permittere, indulgere

veniam, facultatem dare, largiri, concedere, indulgere, permittere, potestatem facere, concedere; licentiam dare, permittere; dare autoritatem ad rem aliquam faciendam. Facile pati, sinere, ferre ut aliquid fiat. Autoritate suâ munire, permissu suo liberum facere ut aliquid faciat quis. Largiri libertatem loquendi.

*To leave off a work.* 254.
*To leavy forces.* 114.
*To leavy subsidies.* 1270.

800. *Leda.*

Helenæ mater, nigrâ conspicienda comâ. Candida cygni recubavit Leda sub alis. Quam plumis abditus albis Callidus in falsâ lusit adulter ave. Quam falsâ sub imagine cygni stupravit Jupiter. Thestii filia, Tyndari Laconis uxor.

801. **To lend.**

Mutuare, mutuari, commodare. Mutuò, mutuum, commodatum dare. Pecuniam alicui credere, ad tempus tradere. Usum rei, rem utendam dare, concedere, permittere. Credere per syngrapham. Commodata eadam res, mutuo data ejusdem pretii redditur.

*To lessen a sum.* 2.
*To let or hinder.* 679.
*To command one by letter.* 679.
*To write letters.*

802. **Liberal, free, bountiful.** 618.

Homo liberalis, munificus, beneficus, hospitalis, alienus ab avaritiâ & longe remotus, in cumulandis beneficiis largus & effusus; munificentiæ & liberalitatis laude clarus; cujus benignitas, beneficentia multos locupletavit; qui benevolentiam, beneficentiam longe lateq; diffundit, collatis in omnes beneficiis; qui omnes liberaliter, benignissime tractat, omnes liberalitate, beneficiis prosequitur, apud omnes cumulate, benigne, abundanter dona collocat; liberalitatis, bonitatis, humanitatis suæ plurima indicia; signa, testimonia reliquit; bonitatis, liberalitatis, thesauros omnibus explicat, aperit. Qui ad munificentiam & largitiones promptus & propensus, manibus ambabus largitur beneficia.

*To set at liberty.* 586.
*To come to light.* 433.
*To bring to light hidden things.* 432.

803. **Like to like.**

Pares cum paribus facile, facillime congregantur. Magnam vim habet ad conjungendas amicitias, studiorum ac naturæ similitudo.

In quibus eadem sunt studia, eædemq; voluntates, in his fit, ut æque quisq; altero delectetur ac seipso; efficitúrq; id quod Pythagoras vult in amicitiâ, ut unus fiat ex pluribus. Quos studiorum turpitudo similitudoq; conjungit.

——Coeat par Jungaturque pari. Sed non ut placidis coeant immitia, non ut Serpentes avibus geminentur, tigribus agni, &c.

&c. *Horat.* De arte Poet. Rusticus agricolam, miles fera bella gerentem, Rectorem dubiæ navita puppis amat. Fur diligit furem, velut lupus lupum.

*To like well of.* 74.
*To answer like for like.* 91.
*To liken or compare things.* 311.
*To counterfeit a likeness.* 356.
*To be like unto or resemble.* 1070.
*As you like or please.* 977.
*It is likely or probable.* 1013.
*To limit or bound.* 217.

804. **By little and little, leisurely.**

Paulatim, pedetentim, gradatim, sensim, minuatim, ductim, tractim, frustulatim, lente, tarde. Modicis, minutis auctibus crescere, progredi. Per minutias augeri. Non omnia simul & semel, summatim facere; sed membratim, particulatim, casim, minutim, incise & per gradus. Non per saltum ascendere, sed quasi scalis & gradibus quibusdam. Lento gradu.

Pérque gradus molles emoriatur amor.

805. **To live.**

Vivere, spirare. In vivis, humanis agere, esse. Vitam, ætatem agere, degere, ducere, traducere. In hominum cœtu, in hoc mundo, in hac vitæ statione, in brevi curriculo hujus vitæ, in rerum naturâ versari, hærere. Communi vitâ, communi luce; hujus lucis usurâ frui, perfrui. In corporis ergastulo detineri. Compagibus corporis includi. In terris morari. In hac vitæ scena agere, actitare. Haurire auram communem. Almæ parentis frui munere.

— Superátne, & vescitur aurâ Ætherea? nec adhuc crudelibus occubat umbris? Cœli convexa tueri. Fungi munere vitæ. Carpere vitales auras—— Vitali vescitur aurâ. — Dum spiritus hos regit artus.

806. **As long as I live.**

Quamdiu vixero. Dum vivo. Dum spiro & in vivis ago, apud superos dego. Dum vitâ, quousq; vita mihi superest, suppetit. Quamdiu spiritum, auram vitæ haurio. Donec anima, vita me deficiat, me auferat, prohibeátq; mors, abiero hinc. Quantum vitæ mihi spatium dederit Deus.

Dum spiritus hos regit artus. Dum res & ætas, & Sororum fila trium patiuntur atra. Dum supero, & aurâ vescor Ætherea —— Donec mihi vita manebit.

807. **To live a single life, a Virgin.** 837. **A Batchelour.**

Vitam cœlibem, thalami expertem jugalis agere, traducere. Cœlibatum agere. Matrimonii vincula servitutis habere. Conjugium servitutem appellare, putare. Animus abhorret à nuptiis, à re uxoriâ. Qui non duxit, &c. 837.

Illa velut crimen tædas exosa

 jugales,

Jugales. Multi illam petiere; illa aversata petentes. Impatiens experſque viri. Concubitus fugit—— Sine conjuge cœlebs, thalamique diu conſorte carebat. Melius nil cœlibe vita. Æterna virginitate frui—— Virginitatis amorem Intemerata colit.

*To live godlily.* 613.

*Willing to live and die together.* 1298.

*To load or burden.* 228.

808. To loath or be cloyed with. 1242. 1120.

Nauſeæ moleſtiam contrahere, ſuſcipere. Faſtidire rem. Faſtidio ſatiari. Ea res multum affert ſatietatis & faſtidii; faſtidio mihi eſt; nauſeam parit, ingerit, facit. Ejus rei me faſtidium cepit. Faſtidientis ſtomachi, delicatiſſimi faſtidii homo. Faſtidioſus literarum.

Subeunt mihi faſtidia.— Plenus languet amator. Quod cupidè petiit, maturè plena reliquit.

*To be loyal or obedient.*

809. To long after. 1420.

Aliquid vehementer, ſitienter, avidè, avidiſſimè, ſummo ſtudio expetere, exoptare, appetere, concupiſcere, avere, ſitire. Rei deſiderio, ſtudio ſummo, mirifico, impotenti, vehementi teneri, incendi, laborare, flagrare, uri, gemere, torqueri, cruciari, pendere, trahi, rapi, geſtire; incredibili ſtudio quodam inflammari, ardere, exardere, tangi, æſtuare. Aliquid inflammato animo, ad inſaniam uſque concupiſcere; ſummè cupere, percupere; acerrimo ſtudio proſequi. Rei vehementer inhiare. Ex deſiderio rei laborare. Rei ſtudioſus, cupidus, avidus, appetens; projectâ, indomitâ, & effrænatâ cupiditate efferri. Cupido gloriæ inceſſit.

Libido maxima cum invaſerat. Nimium vellem. Ardor ſciendi me tenet. Ipſam dari mihi geſtio. Intemperans ſum in ejus rei cupiditate.

Nil niſi Philumenam volo; Charinus apud Terentium.

Impetus eſt illi. Impetus ire fuit. Auri ſacra fames——Spe fervidus ardet. Ardet abire fugâ. Fervétque cupidine pectus.

810. Long to relate.

Longum ſi narrem. Vereor ne dies ſit ſatis ad narrandum; ne tempus me deficiat prius quàm oratio.

Longa referre mora eſt. Tempore deficiar ſi perſequar omnia. Plura — quàm quæ comprendere verbis In promptu mihi ſit—— Si primâ repetens ab origine pergam, Antè diem clauſo componet Veſper Olympo.

Cætera de genere hoc (adeò ſunt multa) loquacem Delaſſare valent Fabium. Quo feror? immenſum eſt erratas diſcere terras. Non mihi ſi centum Deus ora ſonantia linguis, &c. *Ovid. Met.* 8. 4. Si vox infragilis, pectus mihi firmius eſſet, &c. *Ovid. Triſt.* 1. 4. Deſeret ante dies, & in alto Phœ-

Phœbus anhelos Æquore tinget equos, quàm consequar omnia dictis.

*Long since.* 82.
*A long-lived-man.* 919.

811. To look pleasantly, cheerfully, merrily. 598. 1113.

Hilari, jucundo, candido, admodùm urbano vultu; fronte serenâ & tranquillâ esse. Vultu quandam hilaritatem significare, præ se ferre. Excutere animo solicitudinem, fronte rugas. Frontem tristem; severam, contractam, adductam explicare, remittere, exporrigere. Omnem asperitatem, tristitiam cùm ab animo tùm à facie, à fronte depellere, deponere, removere, Ore, vultu alacri, hilari; lætâ, exporrectâ fronte, oculis hilarioribus intueri. Clara fronte, rejecto supercilio se omnibus exhibere.

Nullæ in fronte minæ, nec formidabile lumen; Pacem vultus habet. Frontem serenare. Supercilium ponere.—— Super omnia vultus Accessere boni.——Quàm non tetricus, quàm nulla nubilus ira, Quàm placido nostras legerat ore preces? Deme supercilio nubem.

812. To look upwards to Heaven.

Oculos erigere, attollere sursum, in sublime, in cœlum; in cœlo defixos habere. Lumina, acies oculorum in cœlum tendere. Suscipere, intueri, contueri, spectare cœlum, sidera. Ad cœlum tollere, intendere vultum. Cœlum tueri —— & erectos ad sidera tollere vultus.——Tendens ad sidera vultus. Torvos extollit ad æthera vultus. Extulit oculos ad sidera.

813. To look downward.

Oculos in terram defigere, demittere: solo defigere. Vultum in humum dejicere. Pronus spectare terram.

—— Defixa Obtutu tenet ora, solóque immobilis hæret. Fertur virilem Torvus humi posuisse vultum. Illa solo fixos oculos aversa tenebat. Adversæ figit lumina terræ.——— Ille pudore Hæsit in opposita lumina fixus humo.

814. To look round about.

Cuncta undique lustrare oculis & observare. Oculos huc illuc, per omnia passim, per singula volvere, ferre, torquere. Mente oculisque circumspicere. Huc atque illuc intueri alacri atque prompto ore. Acies oculorum in omnes partes intendere, inflectere. Regiones circum prospexit.

—— Oculos partes dimittere in omnes.

815. To look upon sleightly.

Per transennam videre, aspicere. In transitu videre. Oculis currentibus, aliud agentibus leviter advertere, intueri. Non defixis oculis contemplari, collustrare, perlegere, aut observare diligentiùs, &c. 611.

*To look upon.* 184.
*To look sad.* 1113.
*To lose his sute.* 1249.

816. To suffer loss. 1206.

Incommodum, damnum, detrimentum capere, pati, accipere. Fortunarum, mercium, pecuniarum jacturam facere. Magnam cladem, calamitatem, vulnus à fortuna accipere. Infortunium ferre. Calamitatem haurire, subire, sustinere. Magnis incommodis, malis affici, affligi.

— Oves furto, morbo periêre capellæ. Spem mentita seges, bos est enectus arando. Grando contudit vites, oleúmq; momordit æstus.——— Longinquis armentum ægrotat in arvis.

*To recompence a loss*. 1054.

817. To cast Lots.

Rem ad sortes vocare, revocare, deducere; sortibus mandare. Sortes mittere, ducere. Sortitionem facere. Sortitò eligere. Sorte mihi hoc obtigit. Sortibus experiri.

818. To love one intirely. 542.

Aliquem vehementer, vehementissimè, constanter, constantissimè, unicè, maximè, fraternè, ex animo, toto pectore, magnopere, mirifice, valde, summâ pietate & fide, ex omnibus plurimum, magis quàm oculos suos, æque ac semetipsum; majorem, mirum in modum diligere, amare, adamare; egregie charissimum, in oculis, in sinu, in deliciis habere, in sinu gerere, gestare, ferre; omni studio, summo amore, benevolentiâ maximâ amplecti, prosequi: commodis suis chariorem, vitâ & salute potiorem ducere, habere. Oculis ferre, immò præferre. Vix dici potest quanto cum amore prosequar. Tantum accessit ad amorem, ut ante diligere, nunc amare videar.

— — Teque, O mea sola voluptas; Plus quoque quàm credi quod mihi possit amor.

819. To be loved. 543.

Alicui amore, benevolentiâ singulari devinciri, conjungi; in amoribus & deliciis esse. Ab aliquo vehementer, unice, &c. amari. In summa esse apud aliquem gratia, &c. 543. Luce magis dilectus.

820. Lovely or worthy to be loved.

Amabilis, omni amore dignus Vultus & animi candore; formâ venustissimâ suavissimisque moribus omnium sibi benevolentiam & amorem conciliare. Tum specie corporis egregiâ, spectabili, gratiosâ, mirâ pulchritudine, dignitate formæ; Tum lenitate, facilitate morum suavissimâ, gratissimâque incredibiles, mirificos amores sui excitare, concitare. Ita de omnibus bene meritus est, ut omnium voluntates & studia in se sit promeritus & assecutus. Mellitâ morum suavitate, inoffensa, pergrata, jucunda vitæ consuetudine dulcissimus. Ferreus plane sit, & omnis prorsus humanitatis expers, qui non illum amat.

——— Ererat tum dignus amari. Qui fronte & mente benignâ animos,

mos, mentes omnes sibi conciliat, ad se allicit. Ut ameris amabilis esto. Moribus & formâ conciliatur amor.

821. Unworthy of love, or to be loved.

Amore, qui ametur, indignus. Nihil in eo est quare diligatur; quod amorem conciliet: quod ad colligendam, comparandam benevolentiam, ad animos hominum sibi adjungendos faciat, conducat; quod homines ad illum amandum alliciat. Nullâ re commendatur, quâ gratiam ab hominibus inire, colligere possit. Formæ turpitudine & morum asperitate odiosus.

822. To fall or be in love.

Aliquem perditè, misere, afflictim, medullitus amare, deperire. Amore exardescere, æstuare, flagrare, discruciari, uri, torqueri, incendi, inflammari, ardere, delirare, insanire. Blandimentis amoris deliniri. Amorem concipere, alere, fovere, nutrire.

Amori inservire, obsequi. Amoris vinculis, compedibus, laqueis capi, teneri, perstringi, irretiri. Veneri se constringendum dare. Sub Veneris regno vapulare. Impotenti amoris æstu ardere. Totus ardeo.

Ardet amore gravi. *Sævi* vulnus amoris habet. ——— Magno animus labefactus amore. Non secus exarsit, &c. *Ovid. Met. 6, 7.*— Urimur, intus Urimur & cæcum pectora vulnus habent. Acer in extremis ossibus hæret amor. Me calor Ætnæo non minor igne tenet. ——— Acrior mentem exoquit, Quam qui caminis ignis Ætneis furit. ——— In virgine Hæsit, & accepti caluere sub ossibus ignes, In me tota ruens Venus Cyprum deseruit. ——— Totis perceperat ossibus ignem. ——— Est mollis flamma medullas —— Gravi saucia curâ Vulnus alit venis, & cæco carpitur igne, &c. *Virg. Æneid. 4.* Utque leves stipulæ demptis adolentur aristis, &c. *Ovid. Met. 1. 9.* Tibi flagrans amor & libido, Quæ solet matres furiare equarum, sævit circa jecur ulcerosum. Amoris in me maximum regnum fero. Trahere per ossa furorem. Bibere longum amorem. ——— Tacitum vivit sub pectore vulnus. Uror ut inducto ceratæ sulphure tedæ; ut in domitis ignem exercentibus Euris Fertilis accensis messibus ardet ager. Amore captus; ingenti perculsus. Incensum pectus amore. Concipere pectore flammas.

*Lowly or meek.* 697.
*To lowr.* 598.

823. With good luck or abode.

Auspicatò, faustè, fœliciter, fortunatè. Auspiciis bonis, secundis, salvis, prosperis, optimis; Omine fausto, fortunato, bono, læto, fœlici uti. Avibus bonis à dextrâ datis. Dextro Hercule, Mercurio, &c. Diis adjuvantibus, bene juvantibus, faventibus, auspi-

auspicibus. Fortunâ blandiente, aspirante, arridente, indulgente, propitiâ, favente. Faveat Fortuna. Prospero Fortunæ afflatu. Ventis secundis, prosperis, lætis, commodis, fœlicibus. Genio ridenti, beatiore, propitio. Faustis auguriis. Secundantibus inceptum diis.

Fausto sidere. Adsit modo dexter Apollo; intonuit lævum. Dextro, fœliciori alite. Jupiter notam fulgore dedit tonitrúq; secundo. Omnis in arvis Consonat arcanâ volucris bona murmura linguâ.

Ita veteres olim. Nobis vero jam dicendum est, Numine, Deo propitio, secundo, favente, fortunante, benè juvante. Auspice Christo.

824. With ill luck or abode.

Contra auspicia rem gerere, inauspicato, auspicio sinistro, avi adversâ avibus à læva datis; omine, auspicio, augurio malo, sinistro, tristi; sinistro alitis volatu, oscinis cantu; fortunâ iratâ, adversa, adversante, adverso ac repugnante genio; infœliciter. Cœli ac siderum inclementia quadam factum est. —— Mala ducis avi domum.

Sic Romani veteres. Nos autem dicamus, De ominiùs propitio, irato, averso, adversoque Deo, infœliciter & parùm prospere cecidisse res.

825. Signs thought of ill luck.

Monstra evenerunt mihi. Gallina cecinit: anguis per impluvium dedit ac tegulis. Introiit in ædes ater, alienus canis. Interdixit hariolus. Aruspex vetuit. Inauspicatum dat iter oblatus lepus. Prænuncius imposturæ vulpes. Buhones atq; vultures mali ominis. Dissolvendæ mox amicitiæ nota salini casus.

Ter pedis offensi signo est revocata: ter omen Funereus bubo lethali carmine fecit. Superi —— Signa luctus dant haud incerta futuri. Arma ferunt inter nigras crepitantia nubes, Terribilésque tubas, &c. *Ovid. Met.* 15.21. ———— Tellus & æquora ponti, Obscœnique canes, importunæque volucres Signa dabant, &c. *Virg. Georg.* 1.

Cum exires foribus Pes tuus offenso limine signa dedit. —— Nec monstra tenent, quæ plurima nectit Prodigiale canens certi, sors præscia fati. Quippe ferunt diros monitus volucresq; feræq; Sideraq; aversiq; suis de cursibus amnes. Infaustúmq; tonat pater, &c. *Stat. Thebaid. v.* 406.

*Lunatick.* 827.
*To lurk, or hide himself.* 702.
*Given to lust.* 1374.

826. To lye.

Mentiri, ementiri, fingere, confingere, comminisci. Falsa narrare pro veris. Ex suo cerebro fingere, ut aranea telas. Splendidè, prodigiose, ad nauseam mentiri. Mentita, falsa, ficta, à vero, à veritate aliena, erroris plena, commenta; rem fictam, commentitiam edere, excogitare, invenire, in medium

medium proferre. Mendacium construere, componere, comminisci, excogitare, fingere, confingere, conflare, edere, fundere, invenire. Mendacio se astringere, mendacii religione obstringere. Falsam fabulam inceptat. Falsitati, confingendis mendaciis strenuam operam dare. Homo insigni vanitate, ex mendaciis conflatus, totus constans. Cretense mendacior. Improbi hominis est mendacio fallere.

Fingere non visa, mendacia. Falsas, vanas pro veris fundere voces. Mendaces falso reddere ab ore sonos. Nunc immensa cavi spirant mendacia folles.

*No lyar.* 1317.

*To lie-down to sleep.* 1337.

M.

827. **Mad or frantick.**

INsanus, demens, amens, vecors, vesanus. Minimè compos mentis. Non compos sui. Mente alienatus, captus. Tragico Oreste, Athamante insanior. Impos mentis, expers rationis. Mens eum deficit, reliquit, destituit. Vaticinatur & insanit. Non esse apud se. Mentis alienatione, maniâ, insaniâ, insaniæ morbo laborare. Mentem amittere. Ad insaniam, furorem, dementiam, amentiam redigi. Mentis lumine privari, occæcari, obscurari, carere, capi. A sanitate rationis, à potestate mentis, à rectâ ratione, à se discedere, deficere. Exire ex, vel de potestate, non esse in potestate mentis. Dementiâ inflammari. Ratione, sensibus privari. Concitari & abstrahi à recta ratione à sensu mentis Ajacem, hunc cum vides, ipsum vides. Helleborum hisce hominibus opus est.

——Cui mentem insania mutat. Vix suæ, vix sanæ mentis — Dicisque facisque quod ipse Non sani esse hominis non sanus juret Orestes.——Interdicto huic omne adimit jus Prætor, & ad sanos — abit tutela propinquos. Omnibus Anticyris caput insanabile. Quæ poterunt nunquam satis expurgare cicutæ. Naviget Anticyram. Quem mala stultitia, & quæcunque inscitia veri Cæcum agit, insanum Chrysippi porticus & grex Autumat.

828. **To recover from Madness.**

Resipiscere. Ad se, ad ingenium suum, ad sanam mentem redire, revocari. Ex insaniæ morbo convalescere. Sui, suæ, sanæ mentis compotem fieri. Cæcitate mentis & insaniæ levari.

Cognatorum opibus curisq; refectus Expulit Helleboro morbum, bilémq; meraco, Et redit ad sese. Mens rediit. Nubes animi remota est.

829. **Raging mad or furious.**

Furere, simpliciter insanire. In apertum erumpere furorem. Furore, rabie, atrâ bile; furoris, furiarum

rum tedis ardentibus agi, agitari, exagitari, incendi. Furore, œstro furiali, rabie percitus, effrænate ferri. Rabidus, furiosus, furibundus, fanaticus, lymphatus, lymphaticus, rabiosus, phreneticus, efferatus. Furore correptus, accensus. Constringendus, alligandus. Larvæ nunc atque intemperiæ insaniæque agitant.

Sævit inops mentis, totamque incensa per urbem Bacchatur, qualis commotis excita sacris Thyas, &c. *Virg. Æneid.* 4. Jamque palam est demens. Nunc feror ut Bacchi furiis Eleides actæ, &c. *Ovid. Epist.* 4. —— Diffusis erravi sola capillis, Qualis ab Ogygio concita Baccha Deo. Heu furiis accensa feror. Dira subit rabies. —— Pectus anhelum, Et rabie fera corda tument. Furiis mens effera. Effera vis animi. Diris agitari —— Mentis inops, ut quam furialis Erichtho Impulit, in collo crine jacente feror. Ut quos pampineâ tetigisse bicorniger hastâ Creditur, huc illuc, quà furor agit, eo. Immensam sine more furit lymphata per urbem. Totâ mente deficit —— Utque tuæ, proles Semeleia, Bacchæ, &c. *Ovid. Metam.* 9. 11. Non aliter latos ululasse per agros Dicitur. Exegit cæcos rabies. —— Oculis micat acribus ignis. Non Dindymene, non adyris quatit Mentem sacerdotum incola Pythius; Non Liber æquè, non acuta sic geminant Corybantes æra.

### 830. To make one Mad.

De statu mentis dimovere, deturbare, deducere, dejicere, detrudere. Amentiâ afficere. In furorem vertere, agere, impellere. Dementiam alicui injicere, sanitatem mentis adimere, animam conturbare. Ad insaniam, amentiam, furorem, dementiam, mentis alienationem adigere, redigere. Mente alienare, emovere. Furiis, furore, rabie accendere, impellere, exagitare; animum stimulare, quatere, efferare. Sua quemque fraus, suum scelus de sanitate ac mente deturbat.

Horrificam —— oculis animoque objecit Erynnin. Furiata —— Stimulósque in pectore cæcos Condidit, & profugam per totum terruit orbem.

### 831. To ordain a Magistrate.

Alicui Magistratus personam, munus imponere. Consulatum, consulare officium, honores Consulis, munus Prætoris; autoritatem, salutem civitatis; Rempub. reip. gubernacula; fasces & secures tradere, deferre, committere, commendare. Consulum suffragiis, summo consensu eligere, creare, facere, constituere, designare, decernere, nominare, declarare, renunciare. Aliquem ad Remp. capessendam vocare, evocare, educere Reipublicæ; præficere, & summæ rerum. Vitæ & necis,

necis, populi moderandi, regendi potestatem alicui facere, tradere. Unius potestati omnia permittere. Reipublicæ habenas tradere. Ad aliquem Rempublicam, imperii summam deferre.

832. **To defile a Maid.**

Virginem, puellam stuprare, constuprare, comprimere, opprimere, violare, corrumpere, vitiare, devirginare, deflorare, depudicare, stupro contaminare, per vim stuprare, de stupro appellare, illicere ad stuprum. Vim, vitium, stuprum virgini offerre, afferre, inferre. Pudicitiam virginis eripere, spoliare, expugnare, attentare, imminuere. Virginitatem delibare; pudorem solvere: Stuprum designare. Præsidia munita pudoris & pudicitiæ vi & audaciâ capere, expugnare.

Huic ego Virgineum dilectæ nomen ademi. Virgineam Zonam solvere. Et mea virginitas libata est.——— Spolium nostri turpe pudoris habet.

833. **To maim a Body.**

Corpus mutilare, truncare, comminuere, decurtare; membratim discerpere, lacerare. Membra corporis abscindere, diripere, avellere, divellere; vulneribus dilaniare, debilitare. Dividere aliquem à membris suis. Mutilæ, mutilatæ aures. Mutilus cornibus. Corpus truncum.

Vidit laniatum corpore toto; ——lacerum crudeliter ora; Ora manusque ambas, populataque tempora raptis Auribus, & truncas inhonesto vulnere nares.——— Manibus truncatus & armis. Genitalia membra decidere. Animalia trunca pedum.

*To maintain or breed up a Child.* 896.

*Malicious or spightful.* 1203.

834. **To make manifest or plain.** 517.

Facere ut res claris argumentis signisq; luceat; ut minime obscura, dubia, incerta, ambigua sit. Lucem rei & perspicuitatem afferre. Splendorem accersere. Omnem rerum occultarum, abstrusarum obscuritatem tollere; tenebras discutere, illustrare, subtilitatem excutere. Nullum dubitandi locum; nullam neque inficiandi rationem neq; defendendi facultatem relinquere. Rem obscuram dilucidiorem reddere; occultam, in lucem, in medium ferre. Omnem scrupulum ex animis eximere, ejicere, tollere.

825. **It is manifest or apparent.**

Constat, liquet, patet. Liquidò, facile apparet. Liquidum, clarum, manifestum, perspicuum, apertum, compertum, illustre, manifestò deprehensum, exploratum, pervulgatum, luculentum, notum omnibus; nemini ignotum, minimè obscurum, occultum, dubium, abstrusum est. Res ipsa loquitur. Sole meridiano, ipso die, hâc luce clarius apparet. Extra omnem dubitandi aleam positum. Apertè, dilucidè, liquidò, planè constat. Manifestò, clare,

clarè, perſpicuè liquet. Luculenter, luculentiſſimè, evidenter, evidentiſſimè, lucidè, ſplendidè, ſplendidiſſimè apparet. Quid eſt quod in hâc causâ defenſionis egeat, indigeat? Qui locus ingenium patroni requirit, aut oratoris eloquentiam magnopere deſiderat? Remotis, depulſis omnibus errorum nubeculis, umbraculis; quaſi lumen aliquod elucet. In propatulo eſt, ante oculos omnium ita perſpicuum, ut oculis judicare poſſitis; ut vel cæco appareat. Res non conjecturâ, ſed oculis & manibus tenetur. Maximè enitet; ita in promptu eſt ut diſputatione non egeat; præciſa omnis dubitatio & diſputatio ſit. Vereor ne aut moleſtus ſim vobis, aut ingeniis veſtris videar diffidere, ſi de tam perſpicuis rebus diutiùs diſſeram.

——Non eſt dubitabile verum. Tum verò manifeſta fides. Omnibus & lippis notum & tonſoribus.

*Very many.* 732.

*To reform his manners.* 79.

836. At mans estate, or full age. A young man. 168. 1468.

Adoleſcens, juvenis, firmatâ jam atque integra ætate; qui virilem togam ſumpſit; prætextam ſumptâ jam togâ depoſuit; virilem, puberem ætatem attigit, ex ephebis, ex pueris atque ab iis artibus quibus ætas puerilis ad humanitatem informari ſolet, exceſſit; in virum tranſit, ad maturitatem, ad florem ætatis, ad pubertatem plenam adolevit, pervenit, primas adoleſcentiæ metas ingreſſus eſt; in viros tranſcriptus ſuo more vivit, ſuæ vitæ modum, liberiùs vivendi poteſtatem habet.

——Animo maturus & ævo. Nucibus relictis.

——Adhuc florente juventâ Fervidus——Firmata virum cum fecerit ætas. Simulac duraverit ætas Membra animumque tuum. ——Nec enim robuſtior ætas Ulla nec uberior——Cui flore novo pubeſcit firmior ætas; ora, malæ pubeſcunt——Ter quinque ferens natalibus annos—— Tria cum primum fecit quinquennia ——nec adhuc ſpectaſſe per annos Quinquennem poterat Graios quater edere pugnam. Primæ lanuginis annis. Bis adhuc octonis integer annis. Octonis iterum natalibus actis Signarat teneras dubiâ lanugine malas. Namque ter ad quinos unum Cephiſius annos Addiderat, poterátq; puer juveniſq; videri. Imberbis juvenis tandem cuſtode remoto Gaudet equis canibúſque, &c. *Horat. de arte Poet.*

Virilem ætatem, viriúmq; maximam firmitudinem nacti.

——Quibus integer ævi Sanguis ineſt, ſolidæque ſuo ſtant robore vires: *Men at full ſtrength.*

*To manure the ground.* 981.

837. To marry or wed.

Uxorem ducere, accipere, ſibi adjungere, copulare, ſtabili matrimonio copulatam habere. Connubi-

nubium, matrimonium, connubii fœdus inire. Sponsam, thalami sociam sibi asciscere, consociare, comparare. Liberali conjugio, matrimonii fœdere, nexu, arctissimo vinculo copulari, devinciri, jungi, astringi, se astringere. Conjugium contrahere. Vinculis jugalibus, conjugalibus innecti. Matrimonii fœdus peragere. Mulierem sibi in uxorem accipere, pro uxore habere. In matrimonium ducere. Hymenæos, & connubia celebrare. In rem uxoriam incumbere. Animum ad uxorem appellere.

Alicui se vinclo, thalamo sociare jugali. Tedæ jure coire. Face solemni aliquam sibi jungere. Unus eras cum quo sociare cubilia vellem: Connubialia vincla.

838. To be married to an Husband.

Viro nubere, denubere, uxorem dare se; locari, desponderi, jungi. Cum viro nubere.

In thalamos alicujus denubere. Multæ mulieres in ejusdem viri matrimonium coeunt.——Uxori nubere nolo meæ. Non ego sum furtim tibi cognita; pronuba Juno Adfuit, & sertis tempora vinctus Hymen. Me tibi, teque mihi teda pudica dedit.

839. To bestow in Marriage.

Virginem, filiam, natam si am viro locare, elocare, nuptum dare, locare, collocare in matrimonium; alicui despondere, uxorem dare, commendare; credere, committere cum summâ dote. Generum capere. Filiæ nuptias parare, apparare, conficere.

Connubio jungam stabili, propriamq; dicabo, &c. *Virg. Æneid.* 7.

*A maid marriageable, at womans estate.* 1427.

840. *Mars. Mavors. Gradivus.*

Marspiter. Enyalius. Enyalius Deus. Deus bellicus, bellipotens, armipotens, belliger, armiger. Gradivusq; pater. Geticis qui præsidet arvis, oris. Quem juvat clamor galeæque læves, *Acer & Mauri peditis cruentum Vultus in hostem. Qualis apud gelidi cum flumina concitus Hebri Sanguineus Mavors, &c. *Virg. Æneid.* 2. Cuncta tuo qui bella, pater, sub numine torques. Odrysius Mars.

*To Massacre.* 876.

841. A material Point, and proper.

Id maximè ad rem facit; ad causam spectat, pertinet; proposito convenit, conducit; cum instituto congruit; maximè aptum & opportunum; permagni ad rem, plurimùm causa interest, refert; rem præcipue, proximè attingit, continet; admodum confine & cognatum rei propositæ, è visceribus & medullis causæ cum negotio præsenti conjunctissimum; quo nihil accedit propinquiùs, attingit propiùs. Accedit hinc magnum pondus ad tollendam contro-

controversiam. Res magni ponderis, momenti non levis ad causam hanc pervincendam, quæ ipsam quæstionis arcem invadit; nec alio expugnanda est causa, quàm hoc tormento. In eo rei, causæ cardo volvitur; summa judicii causa tota consistit.

842. Large matters of Discourse. 810.

Causa talis oblata est, in quâ oratio nemini deesse potest; tempus te citius, quàm oratio deficiat; difficilius est exitum quam principium invenire; non tam copia quàm modus in dicendo quærendus est; nunquam tibi desit quod dicas. Efflorescens rerum sylva. Luxurians materiæ seges. Luculenta supellex orationis. Amplissimus dicendi, spatiandi campus, & latissimè patens. Copiosa rerum varietas.

——Inopem me copia fecit,
Copiaque ipsa nocet.

*By any means.* 686.

843. To measure others by himself.

Ex se, ex ingenio suo de aliis judicare, conjicere, conjecturam facere. Ex naturâ suâ cæteros fingere. Moribus suis alium æstimare, existimare qui sit. Ad exemplar suum alios examinare. Mores aliorum è suo ingenio reputare. Suâ facultate aliorum pondera metiri. Mala mens, malus animus. Ut quisque vir optimus est, ita alios difficillime improbos esse suspicatur. Tuum animum animo spectavi meo.

*To abstain from Meat.* 12.

844. To meddle with other mens Matters, and neglect his own. 238.

Strenuam operam in alienis negotiis procurandis navare; in sui autem muneris administratione minimam adhibere. Negotium alteri præscriptum, designatum prosequi, conficere: sui vero interim oblitum esse. In aliena Rep. curiosum, in suâ negligentem esse; in alienâ civitate hospitem, in suâ peregrinum. De rebus alienis plus quam suis sollicitum esse. In alterius muneribus administrandis elaborare, elucubrare: in suâ re suspenso, parum sollicito esse animo. Alienarum rerum satagere, aliorum commodis consulere; suæ utilitatis nullam rationem habere, suas res indiligenter administrare. De se suisq; oscitanter cogitare. Foris aliena curare, domesticorum negotiorum oblivisci. Sui negotii nihil agere, de alio inquirere. Concilium aliis das, tibi non potes auxiliari.

*To meditate.* 329.

*A medler in other mens matters.* 238.

845. To go to meet one in the way.

Obvius, obviam ire, prodire, progredi. In viâ occurrere alicui, obvenire. Obviam venire, obviam fieri; obvium, obviam se dare, ferre, offerre, adversum ire; obviam procedere honoris causâ, gratiâ; in occursum ire, proficisci. Adibo contra.

—— Sese tulit obvia.

846. A

846. A memorable or notable thing.

Res præcipuæ notæ, observabilis, memorabilis, prædicanda & præ se ferenda; diligenter, imprimis observanda; insignis ad decus & gloriam; ad memoriam clara, præclara, egregia, aureis literis insculpenda; omni prædicatione, memoriâ omnium seculorum, notatione & animadversione, laude summâ; quæ literarum monumentis commendetur; quam cognoscamus, attendamus, animadvertamus, observemus, commemoremus, prædicemus digna. Gloriosa & memorabilis virtus. ——— Magnum & memorabile nomen. Memorandum nomen condere.

847. A man of an excellent memory.

Memoriâ tenacissimâ, fœlicissimâ vir, & minimè fallaci; qui fidelissimam habet rerum optimarum commissarum custodiæ memoriam; thesaurum habet memoriæ, ubi recondat omnia quæ didicit, inexpugnabilem, unde amitti potest nihil; quæcunque didicit, trabili clavo (quod aiunt) memoriæ infixum retinere, conservat; nullus unquam rei obliviscitur quam didicit. Non eum fallit; non titubat, non vacillat memoria, nedum abjicit sibi commissas res.

*Of a bad memory, or forgetful.* 578.
*To keep in Memory.* 1065.
*To mend a work.* 345.

848. To mention or make mention of.

De aliquâ re meminisse, mentionem facere, sermonem habere; loqui, colloqui, verba facere. Aliquid referre, commemorare, inculcare; in ore habere, crebris usurpare sermonibus.

*To Merchandise.* 1303.

849. *Mercurius, Cyllenius. Caducifer.*

Atlantiades. Deus ales. Nuncius ales. Deus aliger, volucer. Almæ filius Maiæ. Atlantides, Maiâ natus, creatus, genitus. ——— Quem candida Maia Cyllenes gelido conceptum culmine fudit. Atlantis magni Pleionésque nepos. Facundus nepos Atlantis, &c. *Horat. Carm.* 1. 10. & 3. 11. Magni Jovis & Deorum nuncius. Cyllenia proles. Nubilus Arcas. Vocalis citharæ repertor Arcas. Quem lucida partu Pleias enixa est, &c. *Ovid. Metam.* 1. 9. ——— Pedibus talaria nectit Aurea, &c. *Virg. Æneid.* 4. Atlantis Tegeæe nepos, commune profundis & superis numen; qui fas per limen utrumq; Solus habes, geminóq; facis commercia mundo. ——— Ego sum qui jussa per auras Verba patris refero, pater est mihi Jupiter ipse. Cyllenes cœlique decus, facunde minister, Aurea cui torto virga dracone nitet. Interpres divûm.

850. **To have, or shew mercy.** 965.
Singulari quâdam humanitate ac misericordiâ calamitosos dignari; supplicibus occurrere. Misero, supplici facilem, propitium, mitem, placidum, misericordem dare, præbere se: Misericordiâ frangi, & hominis miseri fortunis misericordiam, mansuetudinem & clementiam adhibere. Leniter supplicem & clementer accipere; clementiùs humaniúsq; tractare. Miseratione, misericordia in miseros capi, moveri, commoveri, promoveri, affici, emoliri.

851. **To be merry or chearful.** 620. 811.
Animo esse libero, erecto, soluto, jucundo, hilari, minimè perturbato, curâ soluto, læto. Relaxari animo, & jucunditati se, lætitiæ, hilaritati dare. Omnem sollicitudinem animo excutere. Nullo dolore, mœrore, angore; nullâ sollicitudine, mœstitiâ, tristitiâ angi, cruciari. Omni mordaci cura vacuum habere animum. Omni perturbatione animi vacare. Recreari animo & frontem exporrigere. Animum diffundere, remittere.

Solvere corde metum, curas secludere, ——Latis solvere corda jocis. Nigrorúmque memor dum licet ignium, Misce stultitiam consiliis brevem, Dulce est desipere in loco.

852. **To make one Merry.**

Exhilarare, hilariorem, alacriorem reddere. Hilaritatem quàm plurimam, alacritatem summam alicui afferre, omnem tristitiam, mœstitiam, sollicitudinem ex animo adimere, delere. Aliquem, animum alicujus à severitate, mœstitiâ, tristitiâ ad hilaritem traducere; jucunditate & jocis permulcere, recreare, reficere.

853. **Let us make a merry day of this.**

Hilarem hunc sumamus diem. Lætum hunc esse diem volo. Veneri & Genio hic dies, Baccho & Cerere sacratus est. Convivemur & perpotemus strenué. Genialiter vivendum est hoc die, Genio indulgeamus hodie; voluptates omnes cupidè arripiamus, hauriamus. Omni genere deliciarum affatim perfruamur, expleamus nos. In voluptatis altum plenis velis invehamur. Hic dies conviviis & comessationibus, choreis atq; ludis dedicatus, destinatus est.

Nunc est bibendum, nunc pede libero pulsanda tellus, nunc Saliaribus, &c. *Hor. Car.* 1. 37. Cressâ ne careat pulchra dies notâ, Neu promptæ modus amphoræ, Neu morem in Salium sit requies pedum, &c. *Car.* 1. 36. *Hor.*

*To look merrily.* 811.

854. **To marvel, or wonder.**
Valdè, maximè admodum mirari, admirari, demirari, obstupescere. Admiratione gravi teneri, commoveri, affici; prosequi rem. Attonitus, stupefactus, ob stupefactus, videre & hærere, intueri,

tueri; suspicere. Rei considera- tione, admiratione percelli. Non possum non vehementer, magno- pere demirari. Satis mirari non possum. Æstu quodam in altam admirationem rapior. Admiratio non mediocris, ingens me cepit, invasit, tenet; animam incessit.

855. To make one marvel or wonder.

Magnam, maximam admirati- onem alicui movere, concitare. Illud me admiratione quâdam & stupore afficit, percellit. Eos qui audiunt in summam admirationem rapere, traducere, conjicere; ad- miratione suspensos tenere.

856. To marvel at a mans great worth or excellenty.

Aliquem suspicere & admirari. Magnâ cum admiratione aliquem suspicere. Alicujus virtutem, præ- stantiam, excellentiam admirati- one prosequi, summâ cum admira- tione intueri. In unum intenti, conjecti sunt omnium oculi, con- versa omnium sunt ora. Sicut ho- minem de cœlo delapsum intuen- tur. Cepit me viri admiratio.

*At midnight.* 893.
*Of a mild nature.* 612.
*Too mild in punishing.* 614.

857. To put one in mind or remembrance.

Aliquem admonere, commo- nefacere, stimulis fodere; in rei memoriam inducere, reducere. A- licui suggerere, subjicere; in me- moriam, in animum redigere, re- ducere, revocare aliquid; aurem vellicare; memoriam rei pene intermortuam renovare, excitare, refricare; latus fodere. Ubi me fugit memoria, ibi tu facito ut subvenias. Quod exciderat ani- mo quasi postliminio in mentem alicui revocare.

—— Cynthius aurem vellit & admonuit.

858. My mind misgives me, or I fear, misdoubt some ill news.

Nescio quid animus mihi præ- sagit mali. Haud multum abesse à me infortunium reor. Vereor ne quid nuncius apportet mali. Ti- meo miser quam rem nunciet. Nescio quod magnum hoc nuncio expecto malum.

—— Magna præsagit mala Pa- ternus animus. Nihil timendum video, sed timeo tamen. Hoc erat, hoc animo quod divinante time- bam. —— Præsagaq; pectora mœ- rent.

859. To continue in the same mind or opinion. 77. 331.

In eadem sententia commorari semper. Nihil mutare de proposi- to, nec à se discedere. In proposi- to, sententiâ immobilis perma- nere.

—— Eadem est sententia nobis. Nec mea jam mutata loco sen-

tentia cedit. Permanet in voto mens mea firma suo, Propositumq; premit.

*To agree in one mind.* 24.
*To change ones mind.* 77.
*To know another mans mind.* 763.
*To deliver his mind.* 923.
*To call to mind.* 1066.

860. *Minerva. Pallas. Tritonia.*

Bellica virgo, dea. Quæ de patrio vertice nata dea est; ——— De capitis fertur sine matre paterni Vertice cum clypeo prosiluisse suo. Quæ condidit arces. Oleæ inventrix. Flava virago. Si pæta, est Veneri similis; si flava, Minervæ. Terrarum primam Libyen (nam proxima Cœlo est, Ut probat ipse calor) ——Stagnique quietâ Vultus vidit aquâ; posuitq; in vertice plantas; Et se dilectâ Tritonida dixit ab undâ. Diva ferox, magni decus ingeniumq; parentis. Armipotens belli præses, Tritonia virgo, &c. *Stat. Thebaid.* 2. Armisona, Unigena, bellicosa.

*Gods Ministers.* 1007.

### 861. To work Miracles, or wonders.

Signa, miracula, prodigia, opera mirabilia edere ut prodigiosa. Miros effectus producere. Operari ea quæ longe superent vires rerum creatarum, hominum dæmonumque. Mirum aliquid & incredibile; portenti, prodigii simile facere, producere. Rem præter omnem opinionem fidemque naturæ; opinione communi ac fide majorem, ne fando quidem auditam efficere.

### 862. To intend or indeavour ones mischief. 330.

Exitium, interitum, pestem & perniciem, scelus, malum sceleratissimum alicui machinari, moliri, parare, comparare, in aliquem concipere, fabricare, comminisci, parturire, contexere, meditari. Sanguinem alicujus avidè sitire, de pernicie, & interitu cogitare; in perniciem incumbere; jugulum ferro petere; vitæ, saluti insidias struere. Ad aliquem oppugnandum omnes machinas adhibere, admovere. Insidiis aliquem petere, cuniculis oppugnare.

Imminet exitio vir conjugis.

*To do one mischief.*
*Mischievous or spiteful to his small power.* 1204.
*To prevent mischief intended.* 1007.

### 863. To mis-construe or misinterpret.

Aliorsum ac res est, atque factum est accipere. Benedicta pervertere, depravare, malè interpretari. In sensum alienum, diversum, contrarium verba rapere, inflectere, detorquere. Perperam, iniquè, perversè intelligere, interpretari. Lævâ accipere, quod dextrâ porrigitur. Sensu omisso, mente & consilio scriptoris neglecto, in verbis nudis insistere, literis apicibúsque verborum adhærere. Errare de verbis alicujus: falsum & alienum sensum verbis affige-

affigere, affingere. Sententiarum verborumq; vim, rectam veramq; interpretationem rei non tenere. Ad contumeliam arripere omnia. Aliter atq; dixi, non recte accipis. Nihil est quin malè narrando, interpretando possit depravarier.

Aliquid interpretari, accipere meliùs, candidiùs, in partem meliorem. Candidus interpres.

*To interpret favourably.*

### 864. To bring one to misery. 1343.

In rerum summas difficultates, angustias adigere, conjicere, detrudere, adducere, deturbare, compingere. Ad inopiam, rerumque omnium indigentiam & mendicitatem redigere. Gravissimis malis, calamitatibus affligere, implicare, opprimere.

*To be in misery.* 52.

*A most miserable man.* 1346.

*My mind misgives me.* 858.

### 865. To mis-inform or report falsly.

Malâ fide rem, aliter quam gesta est, aliter atque est tradere. Fabulas fictas & commentitias; falsa pro veris narrare, nunciare. Afferre, apportare falsum, vanum, fictum, alienum à veritate nuncium. Ficto, mentito, fallaci nuncio fallere; auribus alicujus imponere, illudere. Effingere, ementiri nuncium. Falsis vera, veris falsa confundere, commiscere.

*To mislike or find fault.* 587.

*To mispend the time.* 1292.

### 866. A man greatly missed or wanted.

Qui magnum sui desiderium apud omnes ordines reliquit; in omnium desiderio, omnibus magno desiderio, est. Cujus mortui amissi memoria viventium superstitum perpetuo dolore celebratur & colitur; memoriam posteri charissimam habent; desiderio maximo afficiuntur omnes, moventur, anguntur, laborant. Quem ut communem, publicum parentem, patriæ patrem omnes defunctum requirunt, desiderantq; fletu acerbissimo, plurimis lacrymis prosecuti sunt. Vir magnopere defletus & desideratus à suis.

Quis desiderio sit pudor aut modus Tam chari capitis? O Brute, si nunc viveres.

### 867. If I mistake not, am not deceived.

Nisi me fallit animus & parum prospiciunt oculi. Nisi longè me fugit veritas; graviter hallucinatus sum, in errore magno versor; oculi cæcutiunt.

——Aut ego fallor, aut ego lædor, ait. Ne tu sis insciens, nequid erres: *Lest you mistake.*

*To mistrust.* 1243.

*To misuse one.* 720.

*They mistake.* 399.

### 868. To mock, scoff, or laught at.

Aliquid suaviter, facetè, salsè, scitè, jocosè, argutè, argutissimè, ridicu-

riidiculè, petulanter, asperè, dicaciter, contumeliosè, maledicè irri ere, ludere, ludificari, illudere, insectari, exagitare, deridere deludere; risui, ludibrio habere, exponere; petulantibus facetiis, dicteriis, scommatibus, convitiis, jocorum aculeis perstringere, percellere, agitare, configere, pungere, mordere, urere, vellicare; dicacitate, argutiis eludere; vulnerare, lædere, violare; per ludum & jocum irridere atque contemnere, pro ridiculo & oblectamento, delectamento habere; amariore joco aspergere; dicaci linguâ ferire, petere, lacerare, proscindere, lacessere. Sannis excipere. In aliquem asperiùs ludere; jocari; scommata, dicteria torquere, jactare; liuguam dicacem, maledicam, petulantem stringere; salibus amaris ludere. Alicui per lasciviam illudere, dicaciter insultare. Ab aliquo jocum captare.

Scurra, sannio, paulò nimiùm dicax, facetus, salsus; paulò dicacior, amarus, amarulentus; Momi sale perfusus non Mercurii; cujus felle suffusi sales; *A scoffer, mocker.*

——Naso suspendere adunco, aceto perfundere. Medium ostendtere unguem. Lividus & mordax. Qui captat risus hominum, famamq; dicacis, ——Quavis aspergere cunctos, Præter eum qui præbet aquam. ——Dummodo risum Excutiat sibi, non hic cuiquam parcet amico. Vernaculorum dicta, sordidum dentem, & fœda linguæ probra circulatricis, &c. spargere, *Mar.* 10. 3.

869. **Moderate or temperate.**

In omni re mediocritatem tenere; modum finire, imponere; fines & modum terminare; temperantiæ præceptis obtemperare; ad sobrietatis normam se componere. Voluptatum rerumque omnium modum, qui ad mediocritatem revocandus est, adhibere, retinere, statuere. Voluptatibus & cupiditatibus frænum injicere. Vir moderatus & temperans in omnibus vitæ partibus. Cultu, in cultu modicus. Ne quid nimis. Nimia resecari oportet in omni re.

Est modus in rebus, sunt certi denique fines

Quos ultra citráq; nequit consistere rectum.

Insani sapiens nomen ferat, æquus iniqui.

Ultra quàm satis est, virtutem si colat ipsam.

870. **To use no Moderation.**
**Immoderate, Intemperate.**

Modum, modestiæ, mediocritatis limites transire, transilire. Nil pensi neq; moderati habere. Non satis moderatè ferre lætitiam. Extra modum sumptu prodire. Quicquid vult valde vult.

Nil medium est.

*Content with a moderate, or mean fortune.* 338.

*To use moderate fear.* 530.

*Modest or bashful.* 164.

*A matter of great moment.* 328.

871. To lack or want mony: out of purse.

Egere, carere nummis, pecuniâ. Ægrotat crumena. Nummi desunt. Pecuniæ, nummorum magna mihi penuria, summa est difficultas. Incredibiles mihi pecuniarum angustiæ sunt. Ad restim planè res rediit, nec suppetit unde emam. Nummus mihi ne plumbeus est. —— Obulo non ditior uno. Nequicquam fundo suspirat nummus in imo. Cui deest egenti æs laquei pretium.

872. The Moon. *Luna.* 426.

Noctiluca. Quæ nova crescendo reparat cornua; —— nunquam quo prius ore micat. Alta nocturnas Luna regebat equas: gelidis argentea bigis. Gubernatrix tenebrarum & mobilis umbræ. Lucidum Cœli decus. Siderum regina bicornis. Soror ignea Phœbi. — Arcanæ moderatrix Cynthia noctis.——Soporiferos niveis argentea bigis Luna vehit radios. Sidereis nocturna umbris Latonia gaudet. Nec par aut eadem nocturnæ forma, &c. *Ovid. Met.* 15. 3. Radiosa, frigida, gelida, varia, lactea, candida, nivea, noctivaga, lucida, aurea, roscida, argentea, humida, multivaga.

873. The Eclipse of the Moon.

Lunæ labores, ubi terra interposita radios intercipit solares, umbramq; offundit lunæ. Obscuris Luna laborat equis, terrena nocte gravata tremit. Tristior Lunæ caput umbra texit. —— Obscuratæ mœsta silentia Lunæ.

*Early in the morning.* 475.
*From morning to night.* 72.
*To mortifie his carnal affections.* 1267.

874. To morrow, the next day.

Cras, die crastino, die postero. —— Cum primum crastina Cœlo Puniceis invecta rotis Aurora rubebit. —— Ubi primum crastinus ortus Extulerit Titan, radiisq; retexerit orbem ——Lux cum primum terris se crastina reddet. Postera cum veniet terras visura potentes, Memnonis in roseis lutea mater equis. Postera depulerant Auroræ lumina noctem. Postera vix summos spargebat lumina montes Orta dies, &c. *Virg. Æneid.* 12. Postera depulerat stellas Aurora micantes: nocturnos, sidereos removerat ignes. Postera jamque dies primo surgebat Eoo, Humentemque Aurora polo dimoverat umbram. Postera cum primo stellas oriente fugarat Clara dies. Postera cum primo lustrabat lampade terras Orta dies.

*To mount upwards.* 120.

875. To mourn or wear Mourning Apparel. 770.

Vestes atras, pullas, sordidas, lugubres, funebres induere, indui, gerere. Pullati, sordidati, squallidi, mœsti incedere. —— Auratis mutavit vestibus atras. Da lacrymas, lugubriaque

que indue. Induiturque atras vestes.

*To murmur.* 641.

876. To Murder, Massacre. 754.

Cædem indignam facere. Homicidium nefarium designare, patrare, perpetrare. Aliquem nefariè, indignè, indignissimè, atrociter, atrocissimè, per insidias, per vim, per summum scelus, immani scelere, contra omnes leges divinas atque humanas mactare, jugulare, &c. 754. Innocentibus, nullo jure, vitam crudeliter eripere; summâ immanitate necem inferre. Viros optimos atque integerrimos ad perniciem vocare; cæde immani tollere, in viros optimè meritos crudelitate inhumanâ desævire.

## 877. The nine Muses.

*Musæ novem.*

Pierides, Camænæ, Pernassides. Heliconiades. Nymphæ Libethrides. Phœbi chorus. O testudinis aureæ dulcem quæ strepitum, Pieri, temperas: O mutis quoq; piscibus Donatura cygni, si libeas, sonum. Doctæ novem sorores;

1. *Clio.*
2. *Melpomene.*
3. *Thalia.*
4. *Euterpe.*
5. *Terpsichore.*
6. *Erato.*
7. *Calliope.*
8. *Urania.*
9. *Polyhymnia.*

878. To learn and have skill in Musick.

Musicam, artem musicam tractare, callere. Ad studium Musicum se applicare, animum adjungere. Fidibus scire. Clarus arte Musicâ. In Musicis solers, eruditus. Lyrâ institui. Præclarè fidibus cecinisse dicitur Epaminondas.

Musæ, lyræ solers. Qui didicit chordas tangere. Cantor——atq; optimus est modulator. Dulces docta modos, & citharæ sciens.

*To ease care with Musick.* 245.

*To play upon instruments of Musick.* 973.

*To muster an Army.* 114.

*To mutter.* 641.

*To kill one another mutually.* 757.

*To do a thing by mutual accord.* 25.

## N.

879. To name, or give a name: to be named.

REi nomen facere, dare, induere, imponere, tribuere. Nomine aliquid insignire, notare, distinguere, designare.

Sortiri, reportare, ferre, assumere, trahere, asciscere nomen. Nomine inscribi.

Nomine Parnassus.

*To blemish ones good name.* 405.

880. Natural, or naturally engendred.

Naturale atque insitum, innatum,

tum, ingenitum, congenitum, nativum. Insitum & innatum omnibus. Naturâ, à naturâ insitum; impressum animis, infixum, inditum, comparatum. Quod natura insevit, impressit animis. Naturæ insitum. Quod natura induit nobis; inolevit in ipsis statim principiis; non didicimus, legimus, accepimus, sed à naturâ arripuimus, hausimus, expressimus. Ita natura fert. Naturæ vi, impulsu, instinctu, motu, impetu. Ingeneratus appetitus à naturâ omnibus. Naturalis, non fucatus nitor. Natalis & ingenita sterilitas. Hæreditarius morbus. Secundùm naturam.

## 881. Against nature, unnatural.

Contra, præter naturam. Naturæ repugnans, contrarium. Invitâ Minervâ (ut aiunt) hoc est, Adversante & repugnante naturâ nil decet, &c. *Cic. Offic.* Afferre ingenio atq; naturæ vim. Quid est aliud bellare cum diis, nisi naturæ repugnare? Obluctari genio.

## 882. To excel in good parts of nature. 563.

Ab ipsâ naturâ mirabiliter instrui; optimè informari; animo & moribus optimè componi, constitui. Animi, naturæ, ingenii dotibus, præsidiis, ornamentis eximiis, clarissimis, summis, amplissimis imbui, excoli, instrui, ditari, donari, poliri, expoliri, augeri, amplificari, exornari. Omnibus ornamentis à natura præditus. Optimis studiis naturâ deditus. Ita naturæ muneribus habilis, ornatus, instructus, ut non natus, sed ab aliquo Deo fictus esse videatur. Ad omnia vitæ munera docilis, propensus, formatus, compositus. Omnibus muneribus idoneus, utilis. In quo summa sunt omnia.

## 883. Necessary, needful, very useful things.

Necessaria, per-utilia, per-opus. Quæ ad usus vitæ, ad rationes nostras vehementer conducunt, plurimùm conferunt, valde requiruntur, commodissima sunt. Sine quibus vita esse vitalis non potest. Ea quibus vita carere non debeat, possit; queis humana sibi doleat natura negatis. His rebus magnopere usus, opus est.

*Neat, effeminate.* 484.
*To abound in necessaries.* 3.

## 884. Needless, unnecessary, superfluous.

Supervacuum, supervacaneum, otiosum, superfluum, vanum, redundans, nimium, inutile; Minùs, minimè necessarium: nullius momenti, loci, usûs. Satis superque. Quod minime, nequaquam requiritur, ad rem spectat, pertinet. Quod sine incommodo abesse potest. Quo facile quis careat. Cujus sine damno jacturam ferat.

**885. As need required.**

Mihi sic usus, æquum, necesse, par fuit. Ita ratio, res tulit, ferebat, monuit, cogebat, postulabat, poscebat, exigebat, desiderabat, expetebat. Ita decuit, decebat, conveniebat, expediebat, oportebat fieri. Ut opus, justum, necessarium, dignum, consentaneum, rectum videbatur.

886. **I have no need of your help, nor you of my counsel.**

Neque ego tuâ operâ indigeo, neq; tu meis eges præceptis, admonitionibus, consiliis. Ego tibi consulendi officium sine causa suscepi, tu adjuvandi me. Supervacanea sunt, parum utilia, nullius momenti, emolumenti, minimè necessaria mea consilia, nec erat cur tu mihi auxilio subvenires, aut opem ferres non laboranti, non postulanti; causam opitulandi nullam habuisti; minimè necessaria fuit industria tua.

Locum apud te non habent; à te non requiruntur, non desiderantur, non expectantur mea præcepta; meis tibi monitis nequicquam opus est, quibus facile carere possis: nec ego magis tuam operam & opem expectabam, desiderabam, requirebam. Neq; mihi tuâ manu, neque linguâ tibi est opus meâ. Supersedere præstabat tuo auxilio te, meo me consilio. Tu guttas in oceanum spargis, ligna portas in silvam: ego soli addo lumen, lucernam accendo meridie: inutili ambo, inani, vano, supervacuo, supervacaneo labore, operâ.

*To draw near.* 104.

*To neglect his own matters, and meddle with other mens.* 844.

*To neglect his own profit.* 1019.

887. *Neptunus, Enosigæus.*

Tridentifer, Tridentiger, Equorum rex. Parens aquarum. Saturnius domitor maris. Deus liquidus; maris, tempestatumq; potens; æquoreas qui cuspide temperat undas. Rex, rector, arbiter pelagi, æquoris, maris. Qui totum temperat æquor. Cui imperium pelagi, sævusq; tridens sorte datus; secundus Jupiter. Jovis Cæruleus frater tumidis qui regnat in undis; in æquore. Proles Saturnia. Consus. Concita qui ventis æquora mulcet. ———— Cur prima frementem Fudit equum magno tellus percussa tridenti. O numen aquarum Proxima cui cœlo cessit, *Neptune*, potestas! O proxima terræ regna vagæ sortite Tridentifer undæ.——Magni rector genitorque profundi.

888. *Nestor. Nelides.*

Neleius heros. Pylius senex. Ter ævo functus. Cujus à lingua, ex ore melle dulcior fluebat oratio. O facunde senex, ævi prudentia nostri. Vixi annos bis centum, nunc tertia vivitur ætas, &c. *Ovid. Met.* 12. 4.

889. **It will never be, fall out, or happen.**

Nunquam, nullo unquam tempore

pore id fiet, continget, obtinget, cadet, accidet, eveniet, usu veniet, futurum est, ad Græcas Kalendas, cum mula pepererit, mare tulerit vitem, aquilam testudo vicerit, & præverterit leporem; locusta bovem pepererit; volaverint cancri; ab asino lanam totonderis; ex arena nexueris funiculum; anno magno Platonis id fiet.

——Ante leves pascentur in æthere cervi, &c. *Virg. Eclog.* 1. ——Æthereas priùs profundet Arctos pontus, &c. *Sen. Thyest. Act.* 3. Ante nascetur seges in profundo, vel fretum dulci resonabit unda, Ante descendet glacialis ursæ Sidus & ponto vetito fruetur ——— Prius incipient turres vitare columbæ, Antra feræ, pecudes gramina, mergus aquas. Vere prius volucres taceant, æstate cicadæ; Menalius lepori det sua terga canis. Ante retro Simois fluet, & sine frondibus Ide Stabit, &c. Definet esse prius contrarius ignibus humor, &c. *Ovid. in Ibin.* Ante hæc excusso frondebit lancea ferro, Inachus ante retro mutilusque Achelous abibunt. Prius in caput alta suum labentur ab æquore retro, &c. *Ovid. Trist.* 1. 7. Prius in æquore frondes — & in summis nascentur montibus algæ.— Prius umbrosâ cariturus arbore montes, Et freta velivolas non habitura rates Credo, Fluminaq; in fontes cursu reditura supino. Longa dies citior brumali tempore, noxq; Tardior hybernâ solstitialis erit, &c. *Ovid. de Pont.* 2. 4. Ante lupus sibi junget ovem: & prius Apulis jungentur capræ lupis.

890. **Good and joyful News.**

Multa mihi hoc nuncio conveniunt bona. Quantam obtulit lætitiam, quantum voluptatis hic nuncius? Quot commodas res, quot gaudia attulit, impertivit? Grata nuncias. Lætus istuc audio. Optatissimum, exoptatum, bonum nuncium afferre, præferre, deferre. Bonis nunciis aliquem afficere. Voluptatem præter spem nuncias. Lætus nec opinanti objicis. Insperatum gaudium narras. Ab orco mortuum reducis, beasti me hoc nuncio. Exples animum gaudio. Optata, non expectata narras, injicis mihi. Auribus haurire magnum gaudium.

——Lætarum nuncia rerum Fama — Dulci animos novitate tenere.

891. **Ill news.**

Rem mihi sanè quam acerbam narras. Nuncius tristis, horribilis affertur, venit. Mœstissima de clade, de morte, &c. Fama perculit mihi aures, pervulgata est. Graviora quædam, duriora jactabantur. Infausti, adversi, minime læti rumores dissipantur.

Gravior nuncius vulnerat aures.

892. **Strange News.**

Magnam novitatem apportas. Mira, mirabile, monstri simile; rem miram, incredibilem, prodigiosam; somnium narras. Non est

est mihi simile veri, credibile quod nuncias; prodigio simile, majus fide, supra quàm credi possit. Novum quid præter opinionem narras.

*Nice, Effeminate.* 484.
*Niggardly.* 1215.
*Towards night.* 505.

893. At night, in the night-time, at midnight.

Nocte. Noctu. In obscurâ noctis umbra. Per densas noctis tenebras. Mediâ, intempestâ, multâ, profundâ, altâ, provectâ, connubiâ nocte. Post primam facem. Post occasum solis.

Nox erat & cœlo fulgebat Luna sereno Inter minora sidera. —— Ubi lux acta est, & noctis amicior hora Exhibuit pulsâ, sidera clara, die. Nox cœlum sparserat astris. Vertitur interea cœlum, & ruit oceano nox. Involvens umbrâ magnâ terramq; polumq; Candidus oceano nitidum caput abdiderat sol, Et caput extulerat densissima siderum nox. Tempus erat quo prima quies mortalibus ægris Incipit, & dono divûm gratissima serpit. —— Seram pepulêre crepuscula lucem, Umbraq; telluris tenebras induxerat orbi. —— Homines volucresq; ferásq; Solverat alta quies. —— Obtentâ densantur nocte tenebræ. — Curarum maxima nutrix Nox intervenit. Prima quies aderat quâ curis fessa diurnis Pectora somnus habet. Nox erat, & placidum carpebant fessa soporem, quietem. Corpora per terras sylvasq; Nox atra polum bigis subvecta tenebat. Nox ruit & fuscis tellurem amplectitur alis. Jam pater Hesperio flagrantem gurgite currum Abdiderat Titan, aliis rediturus ab undis. Jamq; per immeriti surgens confinia Phœbi Titanis, &c. *Stat. Theb.* 1. Cœloq; cavam nox induit umbram. Solverat Hesperii devexo margine ponti Flagrantes sol pronus equos, &c. Nox subit & curas hominum motusque ferarum Composuit, nigrosque polos involvit amictu.

Noctis erat medium — Mediæ tempora noctis erant. Cum lassa quiete Cuncta jacent mediâ. Alma Phœbe Noctivago curru medium pulsabat Olympum —— Medio jam noctis abactæ Curriculo. —— Mediæ per muta silentia noctis. Tempus erat quo cuncta silent, interque Triones Flexerat obliquo plaustrum temone Bootes. — — — Torquet medios nox humida currus. Dum medio volvuntur sidera lapsu. Cum tacet omnis ager, &c. *Virg. Æneid.* 4. Jamque ferè mediam cœli nox humida metam Contigerat.

*Proud of his Nobility.* 1033.
*A Noble-man.* 613.
*To perform noble Acts.* 42.

894. To nod or beckon.

Nutu, nutu capitis quæ vult loqui. Nutu & inclinatione capitis animum & mentem significare, indicare, aperire. Quod fieri vult tacitus innuit. Annuere, nutu assentiri.

Abnuere, nutu dissentire & negare.

*For the nonce.* 141.

895. At noon, or mid-day.

Meridie. Medio die. Fecerat exiguas jam sol altissimus umbras—— Medio cum plurimus orbe Sol erat & minimas à vertice fecerat umbras. Dum calet, & medio dum sol altissimus orbe est. Æstus erat mediúsq; dies;——Nunc Phœbus utrâq; Distat idem terrâ, finditq; vaporibus arva. Jamq; dies medius rerum contexerat umbras. Et sol ex æquo metâ distabat utraq;. Ulterius medio spatium sol altus habebat—— —— Medio cum sol altissimus orbe Tantum respiciat quantum superesse videret: Jamque fere medius Titan venientis & actæ Noctis erat, spatioque pari distabat utrinque. ——Medius cum sol accenderet æstus. Cùm sitiunt herbæ & pecori jam gratior umbra est, Jam medium sol igneus orbem Hauserat, &c. *Virg. Georg.* 4. Sol medium cœli conscenderat igneus orbem. Jam summas cœli Phœbus pervenit ad arces; conscenderat arces. Tempus erat medii cum solem in culmine mundi Tollit anhela dies, &c. *Stat. Theb.* 4. Sol operum medius summo librarat Olympo Lucentes, ceu staret, equos.

*The north-wind.* 1411.
*A notable thing.* 846.
*To give notice.* 41.
*To receive notice.* Ibid.
*To note other mens faults.* 532.

896. To nourish, breed up, maintain. 353.

Puerum tollere, alere, nutrire, educere, educare, fovere, sustentare; necessariis, victu & vestitu donare. Alimenta & vestimenta; sumptus ad vitam necessarios; res naturæ necessarias, utiles, commodas præbere, suppeditare, subministrare, sufficere. Parentis more & amore pascere & vestire. Alimonia educationis, sumptus, impensas præstare, erogare, impendere. Parentis vicem obire, præstare. Eduxi à parvulo. A puero bene pudicéq; educatus.

*To nourish with meat and drink.* 553.

897. To nurse a child.

Infantem lacte alere, nutrire. Lac, ubera, lactis alimenta, primos infanti cibos dare, præbere, suggerere. Mammas admovere lactanti. Lactare.
——Teneros lactanti pectore fœtus, partus pascere, uberibus implere. Tepidiq; ope lactis alebat. ——Tota in dulces consumens ubera natos. —— Plena infanti dedit ubera mater, nutrix——Ubera vaccæ Lactea demittunt.

Ubera trahere, ducere. Sugere mammas: *To suck.*

To

## O.

*To take an Oath*. 1251.
*To put one to an Oath*. 1252.

893. To obey. 200. 289.

ALicui parere, obedire, obsequi, obsecundare, obtemperare, morigerari. Magistratus, superiorum, Principis voluntati parere, &c. Morem gerere, obsequium præstare; concedere, morigerum se præbere. Alacrem, paratum se in principum mandatis perficiendis præbere. Dicto audientem esse, exhibere se. Alacriter alicujus imperata peragere.

—— Ocyus omnes Imperio læti parent ac jussa capessunt. ——Festinant jussi rapidisq; feruntur passibus. Mandatis fungi, perfungi—— Regum ducunt quò jussa sequamur; quò imperiis egêre suis. Facta puta, quæcunq. jubes.

899. To obey a mans lust, or follow his humour in all things.

Se totum ad arbitrium & nutum alterius fingere, componere, comparare. Alterius libidini, studiis parere, obsequndare, obtemperare, morem gerere, voluntati inservire, assentiri & obsequi in omnibus; nullâ in re adversari. Cupio omnia quæ tu vis. Ais? aio. Negas? nego.

*An obedient Subject*. 1230.
*To object a Crime*.
*Obliged for Courtesies*. 363.

900. Obscure, dark, hard to be understood.

Res obscura, latens, abdita, invo-luta, nodosa, perplexa, implicita, implicata, tenebricosa, caliginos[a], cæca, spinosa, recondita, perre-condita, inexplicabilis, inextrica-bilis, ar dua, difficilis, tortuos[a], flexuosa, impedita, velo coope[rta], explicatu, ad explicandum diffi-cilis, perdifficilis intellectu; mul[tæ] tæ disquisitionis, nec quæ facil[e] habet explicatus, caligine qua[dam] & tenebris obscurata, obtecta, o[b]-ducta; numeris Platonicis obsc[u]-rior, quæ lumen doctrinámq; de[si]-derat; Mera ænigmata, argu[tiæ] spinosæ quæ Delio narrare op[us] habent; quibus explicandis Oe[di]-po sit opus. Oratio crassis occ[ul]-ta & circumfusa tenebris; m[ul]-tis obstricta difficultatibus; in[vo]-lucris plena. Sermo ita orac[ulis] flexiloquis, flexuosis, obscu[ris] implicatus ut egeat interpre[te]. Ænigmata Bœotica, quæ ne Ap[ol]-lo quidem intelligat. Error ve[r]-borum inextricabilis. In his o[b]-scuritas est. Spinosiora sunt i[s]. Subtiliter magis quàm diluc[ide] dictum. Verborum laquei, spin[æ], nebulæ, ambages, labyrinthi, n[o]-di, nodi Gordii, insolubile[s], quos præter Sibyllam nemo leg[at], minus intelligat.

Non lectore tuis opus est, s[ed] Apolline libris, &c. *Mart*. 10. 3[5].
Cæcis obscura tenebris Ver[ba]

901. To speak obscurely. 328.
Ambagibus, involucris verb[is]
ru

rum uti. Verborum & argutiarum fuliginem ob oculos audientium jacere. Noctem quandam rebus; tenebras, caliginem, pulverem, fumum oculis infundere. Rem tenebris involvere. Allegoriis & Ænigmatibus orationem obscurare, excæcare; obscuritatem afferre orationi, lucem eripere.

*An observable thing.* 846.

902. **Obstinate or perverse.** 331.

Obstinatus, obfirmatus, pertinax, pervicax, refractarius, præfractus, cerebrosus, opiniosissimus. Ad suam sententiam quam adamaverat, tamquam ad saxum adhærere. Se, animum suum, viam suam obfirmare. Pertinaciter, audacter in sententiâ perditâ, sceleratâ, apertè falsâ permanere, persistere, perseverare. Opinioni tenere, nullâ ratione susceptæ, proposito suo minimè probando pertinacissimè adhærere, adhærescere. Nunquam errori receptum, ab errore receptui canere. A sententiâ perversâ, ab errorum umbris, tenebris, labyrintho non moveri, discedere; nullo modo dimoveri, distrahi, divelli posse. A civitate prius quàm à sententiâ depelli, quàm à proposito abduci. Opinioni suæ consecratus eripi errorem sibi non patitur. Opinionem adamatam animo non remittere, pugnacissimè defendere. In errore, in turpi re diuturnam habere mansionem. Quem de susceptâ propositâque sententiâ nulla contumelia, nulla vis, nullum periculum potest depellere. Propositi etiam turpis & fœdi tenacissimus. Obstinato, præfracto, perverso ingenio, quod semel opinatus est mordicus tenet, summâ pertinaciâ tuetur. Semper in eadem perstat hæresi. —— Frustra inhibere laborant. Acrior admonitu est, irritaturq; retenta, Et crescit rabies, &c. *Ovid. Met.* 3. 7.

903. **To obtain by intreating.** 634.

Precibus impetrare, exorare, obtinere, flectere, movere. Voti compotem fieri. Postulata, à Deo optata, quod expetivit quis, assequi, consequi. Potiri voto.

Vota suos habuêre Deos. —— Habes totâ quod mente petisti. Vota valent; pondus habent, & tetigêre Deum. Permovere aures precibus, &c. *Hor. Epod.* 17. *de Telepho.* Humili precatu Deum infringere; superare supplicibus votis.

*To obtain or get.* 139.

904. **To Seek an occasion, opportunity, or due season.**

Causam, occasionem, opportunitatem idoneam, aptam rei tempestatem; tempus commodum, dextrum, opportunum captare, observare, venari, expectare. Tempus aucupari. Ansam, causam quærere. Inservire, insidiari temporibus.

905. **To give, offer or minister occasion, &c.**

Occasionem, &c. offerre, præstare, ministrare. Ansam dare, præbere. Materiam offerre. Aditum, viam præstruere, patefacere, aperire. Fenestram aperire, patefacere

ficere. Aperire, dare suspicioni locum. Invitat Venerem Bacchus.

906. To take occasion or opportunity.

Ansam avidè arripere. Causam, opportunitatem, occasionem, tempus rei opportunum, magis idoneum, facultatem faciendæ rei, ad agendum quid arripere, amplecti, invenire, urgere, non negligere, non prætermittere, non sinere dilabi. Tempore oblato, optato, opportuno uti. Temporis opportunitatem sequi. Occasioni, tempestati occurrere, obsequi, servire. Scitè, commodè carpere tempus agendi quid. Omnia ad tempus accommodare. Omnia temporibus quomodo divisa sunt efficere. Unde aliquis flatus ostenditur, vela do. Oblatâ occasione sibi non deesse.

Rapiamus occasionem de die; ——Spatio brevi spem longam reseces; dum loquimur fugerit invida Ætas; carpe diem quàm minimùm credula postero.

907. To have fit occasion or opportunity.

Causam oblatam, occasionem, opportunitatem, partem temporis optatam, aptam proposito, rei faciendæ commodam, idoneam, nancisci, tenere. Oblatam sibi facultatem habere. Ansa præbetur. Locus opportunus. Dum æstas adest. Dum res, dum tempus feret. Teneo quam optabam occasionem neq; omittam. Occasio nunc quasi decidit de cœlo. Dum licitum est, potestas, mora, temp[us] & spatium datur; finit opportunitas, otium & spatium habes. Dum vires anniq; sinunt. D[um] virent genua. Dum res & ætas, sororum Fila trium patiuntur.

908. To omit or let slip an occasion.

Optatam occasionem, tem[pe]statem, opportunitatem, tem[pus] oblatum, facultatem rei benè g[e]rendæ omittere, amittere, præt[er]mittere, remittere, neglige[re]. Tempore oblato non uti. Sin[ere], pati ut abeat, prætereat, fug[iat], evanescat, elabatur de manib[us] occasio. Occasione fraudari.

909. To take away all occasion.

Omnem offendiculi ansam, m[a]li occasionem tollere, submover[e], subtrahere, præcipere, præri[pe]re, è medio auferre. Aditum c[lau]dere, præcludere, intercluder[e], obstruere. Prohibere, impedir[e] ne opportunum sit aut temp[us] peccandi aut locus. Locum ob trectationi non relinquere. Ma[te]riam ejus furori subtraxit.

*To occupy one in some business.* 49[..]
*To be occupied in many Affai[rs]* 239.

910. Odious, or hated of a[ll]. 440.

Omnibus in odio esse; in od[i]um venire; odiosus, invisus. Ta[m]quam monstrum, prodigium a[li]quod, omnibus, apud omnes odi[o] esse.

esse. Invidiâ, odio publico, communi laborare, premi, opprimi, flagrare, conflagrare. Apud omnes odio esse. Invidiâ, odio publico, communi laborare, premi, opprimi, flagrare, conflagrare. Apud omnes ordines invidiosus. Inimicitias & odia in se omnium suscipere, concitare. Is est à quo animi atq; aures omnium abhorrent; quem cives universi uno animo detestantur, una voce execrantur, oculis infestis intuentur; nemo aditu, congressu, congressione, sermone, luce dignum putat, judicat.

## 911. To offend or commit a fault.

Offendere, peccare, labi, cadere, errare, delinquere. In culpa esse. Delictum, noxam, noxiam, erratum, offensam, errorem, culpam admittere, in se admittere. ——Absuit omne peccato facinus consiliumq; meo. Fortunæ crimen in illo, Non scelus invenies. Quod enim scelus error habebat? *A small offence.*

## 912. To offend hainously, or commit a hainous offence or sin.

Peccatum, scelus, crimen, flagitium, maleficium, nefas, facinus grave, immane, ingens, impurum, horrendum, indignum, atrox, nefarium designare, patrare, concipere, moliri, perpetrare, suscipere, committere. Scelere turpissimo, gravissimo astringi; se astringere, obstringere, contaminare.

Gravissimè peccare. Flagitiosissimè facere. Aliquid nefariè moliri; impie, scelerate committere. Summum dedecus in se admittere. Criminibus obruere se, sceleri scelus cumulare. Fraudes inexpiabiles concipere. Scelestum facinus & nefarium atque ejusmodi, quo uno maleficio scelera omnia complexa esse videantur. Atrox, singulare maleficium, quod ita rarò extitit, ut si quando auditum sit, portenti atq; prodigii simile numeretur.

Sceleris nefandi artifex——Immeritis nocituram postmodo te natis fraudē committere. Teq; piacula nulla resolvent. Ausi immane nefas. Utrum minxerit in patrios cineres, an triste bidental Moverit incestus.

Illum & parentis crediderim sui Fregisse cervicem, & penetralia Sparsisse nocturno cruore Hospitis; ille venena Colchica, Et quicquid usquam concipitur nefas Tractavit. Dirum nefas. Scelus exitiale.

## 913. To offend, give offence or displease one. 84.

Aliquem, in aliquem offendere. Alicujus animum graviter offendere, voluntatem in se alienare, vulnerare. Offensionem suscipere, subire. Esse apud aliquem in offensa. Offensioni esse alicui. In offensionem alicujus incidere, incurrere, irruere. Graviter in aliquem delinquere.

## 914. To take offence. 85.

Offensionem facilè arripere. Animo esse offenso, offensiore, & alieno

alieno in aliquem: alicujus delicto in se offendi, commoveri, irritari.

*To give offences.* 230.

915. To refuse, not to accept of an Offer.

Conditionem, beneficium, rem benevolè, benignè, humaniter, amicè oblatam recusare, repudiare, rejicere, repellere, respuere, deprecari, non accipere, pulsare, renuere, spernari, aversari. Suas sibi jussit res habere.

—— Quis talia demens Abnuat? Quis nisi mentis inops oblatum respuit aurum?

*To offer sacrifice.* 1111.

916. To discharge an Office well. 445.

Præclarè suis honoribus, muneribus, muniis in Rep. fungi, perfungi. Egregie, eximie se in Rep. in munere, in provinciâ suâ gerere. Summa cum expectatione ad Rempublicam accessit. Rempublicam attigit, capessivit, summa cum laude gessit. Magistratum pro suâ reiq; publicæ dignitate administravit. Ex magistratu suo eximiam laudem colligere, ferre, capere, adipisci, consequi.

Munera Reipub. diligenter & laudabiliter obire: Magnâ virtutis & innocentiæ famâ provinciæ præfuit.

*To be admitted to an Office.* 44.
*To resign an Office.* 1071.

917. Oftentimes. Seldom. Again.

Sæpe, persæpe, sæpius, sæpenumero, quàm sæpissimè, multoties, crebrò, frequenter, plerumq; subinde, identidem, non rarò, centies, millies, crebrius, creberrimè, quotidie, multis, variis temporibus, iterum atq; iterum, plus semel, haud semel bisve factum est. Assidue fit.

Rarè, rariùs, rarissimè, rarenter, per-rarò, insolenter, minus frequenter, aliquando, haud sæpe, nonnunquam, *Seldom.*

Iterum, iterum atque iterum, rursus, rursum, denuo, de integro, identidem, vicissim. Secundò tertioque. Bis terque. *Again.*

918. To wax old or grow in years

Senescere, consenescere. Senium, rugas, canitiem contrahere. In senectam vergere, ruere, se inclinare. Adest, instat, appetit, appropinquat, præsto est, ingravescit senectus. Ætas ingravescit; in senium præcipitat, inclinat, labitur, præceps est. Ætatem prope actam, exactam, decursam habere, agere. Senectutis limen attigi. Ultimam vitæ fabulam acturus prodeo. Modo juvenem, jam virum, in cursu à tergo insequens assecuta est senectus. Mea ætas, vita, dies, lux advesperascit. Ad occasum, ad vesperam meus inclinat Sol. Annis jam vergentibus in senium.

Vergimur in senium. Annis vergere, ——Propior abeuntibus annis. Candidior postquam tondenti barba cadebat. Emeritis medii —— temporis annis Labitur occiduæ pariter declive senectæ, &c. *Ovid. Metam.* 15.

Jam ſubeunt anni fragiles & inertior ætas.

919. An old man, long lived. 390.

Senex triſtis ac decrepitus, rugoſus, capularis, depontanus, emeritus, de ponte dejiciendus, annis obſitus, ætate provectus, confectus, ætate, natu grandis; longiùs ætate provectus; ætate provectâ, percursâ, exactâ, præcipitatâ. Homo ſummâ ſenectute, ſenio confectus; cujus ætas præteriit & effluxit, viriditatem ſenectus abſtulit. Silicernium. Effœtum ſenio corpus. Annos Neſtoreos, ultra Tithoni, aquilæ ſenectam vivere. Vitam, ætatem in longum; longiſſimum producere. Ad ſummam ætatem pervenire. Qui trium Neſtorum exceſſit annos. Longævus, grandævus, annoſus ſenex; Ævi maturus, gravis annis; gravior, ſegnior, grandior; obſitus ævo; cujus rugis vetus Frontem Senectus exarat; marcet corpus annis; multo jam fractus membra labore; cui maturis ſignantur tempora canis; tempora maturæ qui vidit longa ſenectæ —juxta illa finis, & ætas tota retro. Jam mea cygnæas imitantur tempora plumas, Inficit & nigras alba ſenecta comas. Jam mihi deterior canis aſpergitur ætas, Jamque meos vultus ruga ſenilis arat; &c. *Ovid. de Ponto* 1. 5. Parte premor vitæ deteriore meæ. Sparguntur canæ per caput omne comæ. Membra levant baculis, tardiq; ſenilibus annis. —— Baculo incumbens ruitura ſenectus Aſſiduo feſſam verbere pulſat humum. ———— Tremuloq; gradu venit ægra ſenectus. Annos permultos numerare. Pylii ſenis ævum degere Senex —— Dilator, ſpe longus, iners, &c. *Horat. de art. Poet.*

920. An old woman.

Anus, vetula, provectâ ætate mulier.

Pyrrhæ filia, Neſtoris noverca, Quam vidit Niobe puella canam, &c. *Mart.* 10. 67. & 9. 30. Quem fata ſunt ſervatura diu parem Cornicis vetulæ temporibus annum. Quæ vidit numeroſa Sibyllæ tempora.

921. Old men wiser in counsel.

Sapienter conſulunt ſenes; rarò admodum peccant, errant, offendunt in conſiliis. Prudenter fere conſulit ſenilis ætas; in conſiliis rarò labitur. Non ſæpe inutilia ſunt, inania, ſtulta, vana, repudianda ſenum conſilia. Robore juvenes, conſilio præſtant ſenes. Quorum grandior eſt ætas, qui longiùs ætate proceſſerunt, is eorum ſolet eſſe plerumq; ſenſus, qui à ratione minimum diſcedat, recedat; non procul abſit; qui cum ratione congruat, ratione maximè conveniat, conſentaneus ſit. Senilis opinio; ſententia optimis fere', plerumq; rationibus nititur. Fallere & falli juvenes facillimum eſt. At ſenex vulpes non capitur laqueis. Seni verba

dare difficile est. Quare bella gerant alii, quibus corporum vires quàm animorum, quàm ingeniorum sunt promptiores, firmiores, præstantiores. Eos verò in rebus dubiis

Consule, queis ætas longa magistra fuit.

——Non omnia grandior ætas Quæ fugiamus habet; seris venit usus ab annis. Consilium ne sperne meum.

*In old time.* 83.
*Fifteen or sixteen years old.* 836.
*An hundred years old.* 1457.

922. To omit, or pass by in silence.

Rem omittere, prætermittere, transmittere, transire, præterire, mittere, relinquere; missam facere, habere; silere, dissimulare; silentio præterire, obruere, involvere, prætervehi, dissimulare, non attingere; tacitam, tacitus relinquere. De re silere, tacere, nullum verbum facere, nihil dicere, silentium agere, silentium sibi indicere. Abstineo ab hac re. Præstat in his Harpocratem agere. Sicco pede pertransire.

*To open doors.* 449.
*To open a passage.* 1370.

923. To deliver his opinion, or mind.

Suam opinionem, intelligentiam, sententiam, sensum; animi sui sensum, sententiam proferre, explicare, aperire, ostendere, tradere, dicere de re aliquâ, voluntatem indicare. Animi sui comp[...] catam sententiam exolvere. Qu[...] sentit, quid potissimum sen[...] expromere, exprimere. Suæ me[...] tis, animi cogitata, sensa, & co[...] silia arcana verbis explicare, enu[...] ciare, proloqui. Id quod vult, qu[...] sibi videatur dicendo expedi[...] planè significare.

924. A common general opinion. 62.

Percrebuit hæc opinio, in a[...] mis plerorumq; hominum inve[...] ravit. Vetus opinio est, jam usq[...] Heroicis ductus temporibus. Ha[...] opinionem pleræq; nationes im[...] berunt. Summam apud doctos op[...] nionem obtinet. Mentes omniu[...] imbuit opinio deorum.

925. To vary or differ in opinions. 429.

Quot homines, capita, tot se[...] tentiæ. Hâc de re variant, discr[...] pant, multùm inter se dissentiu[...] autores; magna sententiarum pu[...] na est; aliud atque aliud sentiu[...] eruditi. Velle suum cuiq; est. Op[...] nionibus differre, discrepare, dig[...] diari, certare, contendere, non co[...] venire inter se. Sententias, opini[...] nes contrarias, diversas tueri, t[...] nere.

——Vulgi variant labantia co[...] da. Scinditur incertum studia contraria vulgus.

—— Cunctiq; fremebant Assi[...] su vario.

*To accord in one opinion.* 24.
*To alter ones opinion.* 77.

*To differ in opinion.* 429.
*This is my opinion.* 1279.
*Contrary to my opinion.* 934.
*To seek, have take, give, omit an opportunity.* 904, &c.
*To come opportunely.* 284.

926. To oppose, resist, withstand.

Alicui resistere, repugnare, adversari, obluctari, obniti, obsistere, obstare; sese opponere, objicere, reluctari, obnunciare, occurrere, refragari, reclamare, contradicere, contravenire, interdicere, obvenire, adversarium se præbere, profiteri; cornua obvertere. Aliquem oppugnare, impugnare, repellere. Contra aliquem reniti, vires suas opponere, intendere. Irruentem, invadentem, adorientem, impetum facientem propellere, propulsare. Hostis, adversarii vim vi repellere; tela retorquere; mucrones, acies gladiorum retundere; faces ardentes extinguere; impetum atque vim sustinere, frangere; insidias occupare, omnes conatus, molitiones, machinationes impedire, reprimere, frustrari, irritos facere.

Ille velut pelagi rupes immota resistit.

*To oppose the truth.* 1324.

927. To use oppression.

Pauperes, inopes, tenuiores conculcare, opprimere, vexare; miseriis, oneribus maximis, gravissimis afficere, affligere. Dominatu & potentiâ suâ in debiliores, inopes, imbecillos ad summam injuriam abuti, grassari. Sanguinem innocentium exorbere, gustare, heluari. Conditiones duriores miniméque ferendas imponere, exigere. Terrore ac vi dominari. Aliena violenter invadere, rapere. Jacentes urgere, præcipitantes impellere, perditos prosternere. Sanguine, rapinis, prædâ, spoliis bonorum civium saginari; suam luxuriam, sævitiam saginare. In prædâ miserorum & sanguine versari. In cæde atque ex cæde aliorum vivere. Dominari, imperitare insolenter, superbè, crudeliter. Gratiâ & opibus, authoritate & amicitiis, temporum opportunitate & beneficio vicinos frangere, tenuiores opprimere, luminibus aliorum officere.

Jus est in armis, opprimit leges timor.

928. To consult an Oracle, or Soothsayer.

Oraculum à Deo petere. Vatem, prophetam, Deum, Pythium Apollinem, Pythiam, præpositum oraculo sacerdotem; augurem, aruspicem, ariolum, oraculum consulere. Ex oraculo, Deo, Apolline responsa quærere.

——Cœleste precari Numen, & auxilium per sacras quærere sortes. Scitatum oracula Phœbi Mittimur. Anxia prodigiis turbatus pectora.——Vadit Consulat ut sacras hominum oblectamina sortes. Venimus huc lapsis quæsitum oracula rebus: Auxilium cœleste petunt, mediamque tenentes Orbis humum

 Del-

Delphos adeunt, oracula Phœbi, &c. *Ovid. Met.* 15. 50.
Precibus oracula poſcere.

929. To make an Oration, or Speech.

Orationem, concionem habere, inſtituere. Apud populum verba facere, concionari, agere, perorare. Pro concione loqui. Pro roſtris dicere. Dicendo, oratione longâ hominum cœtus, aures tenere, detinere. Concionibus populum tenere. Omnibus ſilentibus magno in conventu auditus eſt; ubi hâc eſt oratione uſus.

930. An eloquent, elegant Oration.

Oratio, concio culta, exculta, polita, perpolita, expolita, præclara, flexanima, diſerta, elaborata, exquiſita, compta, elegans, argumentoſa; pulchra, luculenta, venuſta, limata, elimata, inſignis, illuſtris, erudita, uberrima, copioſa, ſplendida, concinna, accurata; omnibus numeris abſoluta, partibus completa, ut nil addi adimíve poſſit; omni elegantiarum genere inſtructa, ornamentis omnibus decorata & ſplendida; gemmis lucidiſſimis ornata, exornata, adornata & diſtincta; pigmentis Rhetoricis & fuco artis venuſtiſſimo illita, nativo tamen decore venuſtior, facili quadam lenitate profluens; filo tenuiſſimo contexta; quæ una omnes dicendi Veneres complectitur.

Neſtor eloquii ——— Cultæ facundia linguæ.

931. A rude unlearned Oration.

Oratio inculta, invenuſta, impolita, incompta, macilenta, ſicca, jejuna, arida, humi ſerpens, inepta, rudis; craſſiore, levidenſi contexta filo, & Minervâ rudi, levi, lentaq; manu, ſtylo vulgari, ex quotidiani ſermonis fæce congeſta.

*An eloquent Orator.* 486.
*To ordain a Magiſtrate.* 831.

932. To ſet or diſpoſe things in order.

Ordinare. In ordinem certum redigere, colligere, diſtribuere, digerere, reducere, diſpertire. Suis quæque locis reponere, diſponere, componere, digerere, collocare, conſtituere, diſpenſare, coaptare, ordinare. Certis ratiſq; ordinibus deſcribere. In certos ordines tranſcribere.

933. *Orpheus. Oeagrius.*

Calliopes & Apollinis filius, vel Oeagri. Thracius. Threicius vates, Sacerdos. Sylveſtres homines, ſacer interpreſq; deorum, Cædibus & victu fœdo deterruit Orpheus, Dictus ob hoc lenire tigres, rapidoſq; leones. ——— Vocalem temerè inſecutæ Orphea Sylvæ, &c. *Horat. Carm.* 1. 12.

934. Otherwiſe than I thought, contrary to opinion. 692.

Aliter, longè aliter, ſecus, multo

tò ſecùs, contrà, alio modo; diverſo, contrario planè modo; aliâ ratione quàm putabam, ſperabam, exiſtimabam, atq; opinabar, rebar, ac ſpe votiſq; conceperam accidit, contigit, cecidit, evenit, obtigit. Præter opinionem, ſententiam, expectationem, omnem ſpem, exiſtimationem obvenit. Fefellit me mea opinio, ſpes mihi fruſtrata eſt. Fefellerunt caſus varii ſpem cogitationum & conſiliorum meorum. Res multo ſecùs evenit, quàm fuit inſtituta. Divina voluntas intercepit, antevertit anchoræ jactum. Res in diverſum exit, in contrarium cecidit. Exitus, eventus rei non reſpondit expectationi meæ.

## 935. To overcome, overthrow or vanquiſh.

Hoſtes bello vincere, ſuperare. Hoſtilem exercitum, copias acie, prælio fundere, profligare, debellare, frangere, expugnare, ſternere, obterere, perdomare, ſubigere, opprimere, peſſundare, diſſipare, cædere, fugare; in fugam vertere, convertere, dare, avertere, agere, conjicere, fugâ diſpergere, diſtrahere, diſſipare, disjicere, diſgregare, caſtris exuere. Fugam hoſtibus injicere. Signis collatis victoriam ex acie reportare, referre; ſuperiorem diſcedere, victoriam glorioſam conſequi, obtinere, adipiſci, ferre. Hoſtium copias, legiones evertere, gradu movere, funditus ad internecionem delere, extinguere. Hoſtiles opes atterere. Magnâ clade hoſtes afficere. Magnàm hoſtium ſtragem edere. Magnâ cæde in hoſtes graſſari, ſævire. Clara, inſignia trophæa de hoſtibus ſtatuere, conſtituere, erigere. Victoriâ, armis ſigniſq; hoſtium potiri. Victis vinctiſq; hoſtibus triumphari.

Marte hoſtes proterere. —— Fortunâ proſpera Belli ſecundos reddidit exitus. —— Redit ſuperato victor ab hoſte. — In certamine Martio Devota morti pectora liberæ. Magnis fatigavit ruinis. Immanes hoſtes Auſpiciis pepulit ſecundis. Barbarorum agmina ferrata vaſto diruit impetu: Primoſq; & extremos metuendo, ſtravit humum ſine clade victor. Victores ſpolia ampla retulerunt, prædâ ſpoliiſq; potiti ſunt. —— Victor multâ cæde cruentus erat.

## 936. To be overcome, overthrown, &c. 2452.

Viribus, armis inferiorem, imparem, hoſti cedere. Bello, acie, prælio ab hoſte devinci, profligari, &c. Victoriam, palmam pugnando amittere. In bello magnam cladem, plagam, calamitatem accipere, in cladem incidere; magnâ clade affici, magnâ ſtrage, cæde ab hoſtibus conſterni, conteri, perdomari. Caſtris exui.

Arcum porrigere. Manus dare.
—— Fracta virtus, & minaces
Turpe ſolum tetigere mento.

## 937. To over-flow, or overrun the Bank, a Floud.

Redundare, inundare, exunda-

re, diffluere, ſuperfluere, reſtagnare. Ripas, littora ſuperare, tranſgredi. Alveo ſe efferre. Ultra margines intumeſcere. Immenſis auctibus ita creſcere, excreſcere, increſcere, augeſcere, ut inundet agros, invadat, ripis contineri non poſſit. Ex alveo ſuper ripas, extra fines, terminos, limites, cancellos à natura præſcriptos, præſtitutos emanare, fluitare, egredi.

Expatiata ruunt per apertos flumina campos-—— Amnis ſævit horrendamque cultis Diluviem meditatur agris; quem ſuper notas auxere ripas imbres, Fervet immenſuſq; ruit.—— Aggeribus ruptis cum ſpumeus amnis Exiit, oppoſitaſq; ejecit gurgite moles, Fertur in arva furens, &c. *Virg. Æneid.* 2. Cum fera diluvies quietos irritat amnes. Uberior ſolito nimbis hyemalibus auctus, Vorticibuſq; frequens erat atque impervius amnis.—— Rapidus montano flumine torrens Sternit agros, ſternit ſata læta, boúmque labores, Præcipiteſque trahit ſylvas. Amnis abundans Exit, & obducto latè tenet omnia limo. —— Rapidiſſimus ibat Imbribus aſſiduis paſtus nivibuſq; ſolutis, Sperchius, avulſaſq; trabes & ſata ferebat. Pulverulenta prius, calcandaq; flumina, nullæ Aggeribus tenuere moræ, &c. *Stat. Theb.* 1. 1. Ut rapidus torrens animos cui verna miniſtrant Flumina, & exuti concreto frigore colles. Cum ...gus in campos fruſtra prohibentibus exit, Obicibus, &c. *Stat. Theb.* 3.

——Decreſcentia ripas Flumina prætereunt: *The Floud decreaseth.*

## 938. To over-study himself, or study too heard.

Immoderato diſcendi ſtudio ingenii vires, aciem debilitare, minuere, obtundere, affligere, exhaurire, conſumere, infirmare, imminuere. Nimium laborioſè ſtudia tractare, colere, exercere. Plus laboris impendere ſtudiis quàm vires ferant: Nimis immoderatè, ſupra modum, nimium, intemperanter ſtudere; in ſtudiis elaborare, invigilare, ſudare, exercere ſe. Animi excolendi gratia vigiliis intempeſtivis, laboribus immoderatis macerare corpus, attenuare, ad ultimam maciem redigere. Nimio plus operæ in ſtudiis ponere, collocare. Ingurgitare ſe in Philoſophiam, & in ſtudiis frangere. Non pro viribus tantum, ſed ultra ſupraq; vires in ſtudio literarum eniti, contendere, laborare. Aſſiduus, perdius & pernox in ſtudiis, in literis. Libris affixus, pertinaciſſimè inhærens. Affectum ſtudiis atque vigiliis corpus.

Invigilant noctéſq; diéſq; laboribus hauſti.—— Quos nocturnis juvat impalleſcere chartis; qui nunquam ſtudiis remittunt fræna. Quorum Attenuant ſtudiis vigilatæ corpora noctes.

*To overthrow a Town.* 1301.
*To overwhelm in water.* 457.

939. *Ovid*, the Poet. *P. Ovidius Naso.*

Juvenis Pelignus. Pelignæ gentis gloria dicar ego. Sulmo mihi patria est gelidis uberrimus undis. Ingeniosissimus, suavissimus omnium Latinorum poëta. Ingenio periit Naso poëta suo.

P.



## 940. To look Pale.

PAllere, pallescere, expallescere. Pallidus — Buxoq; simillimus ora Pallor obit. Facies miris modis pallida. Pallor in ore sedet. Fugerat ore color. Ora pallor albus inficit, occupat. Pallida semper Ora fame. Culpâ, curis pallescere. Nocturnis impallescere chartis. Sanguis reliquit corpus. Pariter cum voce colorm Perdiderat. Fugat colorem pallor. Totoque recanduit, expalluit ore. Figit gelidus Nereida pallor. Candore languido pallent genæ. Metu pallere. Huic color oris erat, qui frondibus olim Esse solet seris quas nova læsit hyems. Statuâ inauratâ pallidior. Membra —— cerâ pallidiora novâ. —— Multos pallere colores: *To change colour often.*

941. *Pan. Deus Arcadiæ.*

Semicaper deus; pinu præcinctus cornua. — Qui pinu tempora nexa gerit; Ovium custos. Cui pecus & nigri colles Arcadiæ placent. Cui Mænala curæ. Tegæus, Lycæus, primus calamos non passus inertes.

## 942. A Parasite.

Parasitus, Gnatho, mensarum assecla. Cujus animus semper est in patinis, in patinis alienis. Homo famelicus, alieni cibi heluo.

Infidus scurra, Immunisq; sedens aliena ad pabula fucus ——— In obsequium plus æquo pronus, & imi Derisor lecti; sic vultum divitis horret, Sic iterat voces & verba cadentia tollit, Ut puerum, sævo credas dictata magistro Reddere. ——Tuo vultum desumit ab ore.

943. *Paris. Priamides. Alexander.*

Lacænæ adulteræ Famosus hospes. Fatalis incestusq; judex, &c. *Horat. Carm.* 3. 3. Phrygius adulter. Timidus Gratæ raptor maritæ. Penè puer cæcis abducta armenta recepi Hostibus; & causam nominis inde tuli: *Alexander.* Penè puer juvenes vario certamine vici, &c. *Ovid. Epist.* 15. Incestus prædo. Pastor Dardanus, Idæus. —— Injustæ temerarius arbiter Idæ.

## 944. To pardon or forgive Offenders. 504.

Sontes à supplicio vindicare; eximere, expedire. Reo vitam, salutem, veniam, impunitatem delictorum, incolumitatem dare, tribuere, concedere; supplicium, pœnas debitas remittere, condonare. Ignoscere delinquenti, gratiam delicti facere. Peccatum, crimen remittere, condonare, silentio tegere. Pœnas à reo non repetere. Noxam mittere, missam facere. Omne ultionis consilium penitus abjicere.

Dare noxis veniam, iramque remittere.

## 945. To beg pardon for an offence.

Culpam, noxam, pœnam deprecari. Flagitiorum impunitatem submisse orare, precari, postulare, obtestari, obsecrare, quærere, rogare, pluribus verbis exposcere, expetere. Alicujus misericordiam requirere, captare, implorare, efflagitare; precibus ut condonet, ignoscat, allicere, provocare, excitare. Supplices manus alicui tendere; Ad misericordiam, clementiam, lenitatem alicujus confugere veniæ causâ. Læsum, violatum animum precibus mollire, mitigare. Magnopere ibs te postulo ut ignoscas. Ad genua accedo lacrymans, supplicans adsum. Meæ stultitiæ sit tua facilitas aliquid præsidii. Quanto tuus est animus natu gravior, tanto sit ignoscentior. Da veniam obsecro; inopis te misereſcat mei. Fracto animo supplicare, & errati veniam petere.

Peccatum fateor; sed des veniam bonus, oro. Orabam veniam & peccâsse fatebar. Posce deos veniam. Supplici voce rogat veniam.

*To pardon his friends faults.* 539.
*Of mean Parentage.* 163.

## 946. To commit Parricide.

Parentem occidere, impiè trucidare, contrucidare. Parricidio se nefariò obstringere; sui parentis nece, cæde, sanguine aspergere, contaminare. Patri mortem afferre, pro quo mori ipsum, si res postulet, divina & humana jura cogunt. Per quos hanc suavissimam lucem aspexerit, eos indignissimè luce privare. Ei vitam adimere, à quo suam ipse accepit. Parricida. —— Parentis impiâ manu senile guttur frangere, Impiâ nece genitorem sternere. Cæso genitore infamis. Ferro genitricem occidit. Laqueo collum pressisse paternum. In matris jugulo ferrum tepefecit acutum — Qui letho dedit ense patrem. Patrio respersus sanguine.

## 947. To take ones part. 130.

Alicujus partes tueri, suscipere, sequi, fovere; partibus studere, favere. impensè favere, accedere, se addicere. Ab aliquo, à parte alicujus stare; in partes transire; ad partes accedere; partes, causam opibus juvare. Nobiscum facit. Populi Romani fidem sequuntur.

*To part or divide.* 443.
*To part or separate.* 1153.
*To take in good part.* 16.
*To excel in good parts of nature.* 882.
*To make one partaker.* 306.
*To pass by in silence.* 922.
*To pass the time pleasantly.* 1293.
*To pass over waters.* 1392.
*To stop the passage, and to open it.* 1369.
*Time passeth away continually.* 1294.

## 948. To be patient of evil.

Alacri semper fortique animo adversis casibus resistere, mala omnia devorare. Quemcunq; casum fortuna invexit, patienter, molliter ferre, tolerare. Eodem vultûs tenore etiam adversis interpellantibus perstare. Humanè, humaniter, æquo, lævi, sedato animo, modestè, facilè, constanter, sedatè, moderatè, æquanimiter, quietè, quàm levissimè, non repugnanter mala sustinere, pati. Toleranter, placidè dolores omnes perferre. Tanto esse animo, ut omnia quæ possunt homini evenire, in hominem cadere, contemnat, & pro nihilo habeat. Nec prosperis efferri nimium, nec dejici adversis. Injurias fortunæ modestè ferre, magno animo superare. Hilaritate tristitiam temporum condire. Magnum habere animum, & ad omnes casus ferendos constantem atque paratum.

Durate & vosmet rebus servate secundis. Tu ne cede malis, sed contrà audentior ito. —— Quo fata trahunt retrahuntq; sequamur.

Quicquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est. Æquam memento rebus in arduis Servare mentem. Rebus angustis animosus atq; Fortis appare. —— Adversis rerum immersabilis undis. Quemcunq; dederit exitum casus feram. Sperat infestis benè præparatum pectus —— & amara læto temperat risu; Nihil est ab omni parte beatum. —— Levius fit patientiâ Quicquid corrigere est nefas. Fortiter ille facit qui miser esse potest, &c. *Mart.* 11. 57. Casus animo qui tulit æquo.

Fortunæ cedere, oneri malorum succumbere: Pondera detrectans, jugi impatiens, indocilis pauperiem pati: *Impatient of evils.*

## 949. To be partial in Judgement. 750.

Partibus favere, studere, partium studio duci, abduci, teneri in judicando. Personam magis quàm causam in judicio spectare, attendere, respicere. Ex libidine, simultate, gratiâ, munerum magnitudine, non æquitate rei causam ponderare. Affectibus occupari: Propter gratiam leges inflectere, infringere; vim legibus inferre; jus atque leges torquere, pervertere, corrumpere; judicia depravare; tenuiores, inopes judiciis opprimere, vexare; pauperum causas negligere; justitiam habere

re venalem; à semita justitiæ deviare; justitiæ fines, limites transilire. Pretio non æquitate jus describere. Ad gratiam, non ad juris normam, amussim judicia dirigere. In partem alteram nimis propendere, inclinare libram justitiæ non oportet. Cavendum est ne iisdem de causis alii plectantur, alii ne appellentur quidem.

950. Not to bear evils patiently. *Impatient.*

Mala, damna, incommoda, acerbitates, dolores, res incommodas, adversas turbulentè, valdè graviter, animo ægro, iniquo, anxio, &c. 1262. ferre, pati non humanè, humaniter, &c. tolerare. Fortunæ cedere; oneri malorum succumbere.

Indocilis pauperiem pati. Jugi impatiens. Malorum pondera detrectare.

## 951. To paint skilfully.

Scienter, solerter, artificiosè, singulari artificio, &c. 119. pingere; formas rerum delineare, lineamenta formarum ducere, atq; vivis coloribus exprimere, exornare, illustrare, perpolire. Summa cum laude pingendi artem exercere. Res ita pingere ad vivum, ut spirare, ut veræ esse, non simulatæ, videantur. Arte, peritiâ, artificio pingendi, cum Apelle certare, contendere. Formas rerum coloribus aptissimè imitari, simulare, reddere.

Ars quam Parrhasius protulit, hominem reddere, nunc liquidis coloribus solers, nunc Deum.

## 952. To paint the face.

Faciem, ora, vultum, genas pingere, depingere, coloribus tingere, pingere, inficere, depingere, fuco aspergere; candore fucoso, fucato, adscititio, purpurisso, cerussâ oblinere, medicamentis illinere, ut candorem atque ruborem cutis recipiat. Unguentis cuti ruborem, candorem inducere. Colore juvenili aniles rugas exornare, perpolire, obtegere. Pigmentarii arte ornatúque faciem excolere. Vitia corporis occultare fuco. Pigmentis decoloratum, deforme os exornare. Cerussata nitore, simulata, fucata, decorata mulier.

Vultum fingere fuco. Quem creta colorq; stercore fucatus crocodili venustat. Compositis lineere ora venenis. Ne magis alba velis, quàm det natura, videri.

953. To suffer great pain of body.

Corporis dolore magno; doloribus sævis, summis, gravissimis, acutis, acutissimis, ingentibus, acerrimis, acerbis, odiosis affici, affligi, vexari, angi, corripi, cruciari, tentari, premi, opprimi, conflictari, torqueri, urgeri, uri, divelli, dirumpi. Gravem, incredibilem, quasi in Phalaridis tauro sit, dolorem; omnes, magnos dolores, cruciatus, acerbitates ferre, perferre, subire, perpeti, suscipere, devorare, haurire, sustinere.

Maximo dolorum cruciatu confici, frangi. Morſum doloris acrem pati, ſentire. Cruciatus maximos tolerare. Mortiferum dolorem contrahere. Fatigant, urunt me dolores. Excuſſit ſenſus mihi nimius dolor. E dolore capitis, laterum, articulorum laborare. Dolent mihi aures, ab ictu, caput à ſole.

—— Lateris cruciatibus uror. Longi tormenta doloris ferre.

## 954. To make peace.

Pacem inire, conficere, conciliare, ſtabilire, ratam facere; certam firmamq; conſtituere, componere; confirmare cum omnibus. Pacis, otii communis autorem, patronum ſe, ad concordiam, tranquillitatem principem, ducem præbere. Concordiam conglutinare. Memoriam diſcordiarum oblivione ſempiternâ delere, ſepelire, extingere. Mea conſilia ſemper pacis & togæ ſocia, non belli atque armorum fuerunt. Bello juſtiſſimo injuſtiſſimam pacem antefero; jacere malo in pace, quàm in bello vigere.

Fraternæq; fidem pacis petiitq; deditque. Damnavit multo ſtatutum ſanguine bellum. Bella velint Martemque ferum rationis egentes.

—— Pax una triumphis Innumeris melior, pacem te poſcimus omnes. Placidum componere fœdus. —— In amicitiam coeunt & fœdera jungunt — Triſtia condere bella.

## 955. To live in peace.

Caſtra fugere, otio delectari. Amicitiâ, à bello, à militis munere abſtinere, abhorrere. Togæ, non armorum ſtudioſum eſſe. Otium molle, in otio agere. Pacem cum omnibus colere. Summâ tranquillitate & otio, perpetuâ pace perfrui. A bellorum impetu, à caſtrorum pulvere remotus; ſua pacatè poſſidere, hoſtium incurſione non divexari.

Beatus ille qui, &c. Non excitatur claſſico miles truci, &c. *Hor. Epod.* 2. Dulcia tranquillæ fœdera pacis amo.

## 956. It is peace, times are quiet.

Pacatæ res & minimè turbulentæ. Otio perpetuo & tranquillitate pacis fruimur. Nullæ bellorum minæ obſtrepunt, interpellant otium commune.

—— Apertis otia portis agunt. Mollia ſecuræ peragunt — otia gentes. Aſpera jam poſitis miteſcunt ſecula bellis. — placidâ compôſti pace quieſcunt. — Diræ ferro & compagibus arctis Clauduntur belli portæ, &c. *Virg. Æneid.* 1.

———— Tenent rigidæ condita bella feræ.

*To hold his peace.* 1166.

*A man of a peaceable nature.* 1045.

*A Peaſant.* 280.

957. *Penelope.*

Icarii filia; Ulyſſis uxor —— Fœmina propter amorem, Dum vir

vir abest, multis una petita procis. Candida, casta, pudica, pia, —— Profugoq; fidelis Ulyssi.

## 958. To tame or bridle the peoples fury.

Populi, plebis, vulgi furentis, exultantis libidinem, ardorem, furorem, audaciam, amentiam, ferociam, superbiam, spiritum, insolentiam, animos, arrogantiam, pertinaciam, pervicaciam, præcipitem impetum, importunam naturam, temeritatem, insaniam; repentinos motus, conatus; crudeles, furibundos impetus, furores reprimere, cohibere, continere, minuere, frangere, domare, retundere, coercere, refrænare, retardare, compescere; autoritate, vinculis, imperio, severitate, minis atque metu constringere, coercere, reprimere.

Populos feroces, tumentes compescere, contundere.

## 959. To despise the peoples madness.

Multitudinis concitatæ, imperitæ temeritatem, amentiam, populares insanias; tumultuantem populum; populi levitatem, furorem, furentes motus, indomitas libidines, effrænatas cupiditates contemnere, despicere, negligere, irridere, detestari. Nullo modo accommodare se ad populi sensus, voluntatem.

Odi profanum vulgus & arceo.
— Malignum spernere vulgus.

*To perceive or find out.* 1341.

## 960. Perfect, absolute, exact, compleat.

Res planè perfecta, absoluta, completa, exquisita, accurata, matura, limata, polita, perpolita, expolita, elaborata, consummata; ad unguem facta; ad finem, fastigium, maturitatem perducta; elucubrata, perfecta ingenio, elaborata industriâ; quæ omnes habet numeros, omni ex parte, in omni genere plena, perfecta, omnibus suis partibus, numeris expleta, diu multúmq; multis lucubrationibus commentata, meditata, adornata; cui nihil addi adimive potest, suprema accessit manus. Opus Apelle dignum, egregium perpolitum. Lucernam olet. *Elaborate.*

—— Non illud carpere livor posset opus. Carmen reprehendite quod non Multa dies & multa litura coercuit, atq; Perfectum decies non castigavit ad unguem. Judicis argutum quod non formidat acumen. —— Cultum docto pectore profer opus, Quod nec, &c. *Mart.* 16.

*To perfect a work.* 492.
*To perform his promise.* 1023.
*To perform his vow.* 1361.
*To perform or dispatch a business.* 235.
*To perform his charge or command.* 445.
*To perish with age.* 395.
*To perjure.* 581.
*To permit or give leave.* 799.
*To permit unpunished.* 167.
*To be in a perplexity.* 1219.

961. *Perseus.* *Atlantiad.*

Acrisioniades. Quem pluviâ Danaë conceperat aureâ.— Jove natus & illa Quam clausam implevit fœcundo Jupiter auro, &c. *Ovid. Met.* 4. 18. Qui Viperei retulit spolium memorabile monstri.

962. **To perswade or satisfie.**

Persuadere, fidem facere. Dicendo, suadendo, hortando, monendo, momentis rationem inducere, persuadere, trahere, promovere, efficere quod vult, quo vult inflectere, impellere; in suas partes trahere: in suam sententiam alios adducere, pertrahere.

Summâ facundiâ efficere; ita movere, afficere ut omnes assentiant, & in ejus sententiam transeant, pedibus eant. Huic magnis præmiis pollicitationibusq; persuadet ut ad hostes transeat. Adduci, animum inducere ut id faciam; impetrare, persuadere mihi, impetrare à me nunquam potero. Nisi animo vim inferam, meam hâc in re fidem, voluntatem non expugnavero. Etiamsi persuaseris, non persuadebis, *I cannot be satisfied, or perswaded my self.*

*To perswade powerfully.* 959.
*Perverse, obstinate.* 92.
*To study Philosophy.* 1226.

963. **The Phenix.** *Phœnix.*

Soligena. Unica semper avis. Titaneus ales, soli sacer. Avis Gangetica, longæva, vivax, sola, reparabilis. Qualiter Assyrios renovant incendia nidos. Una decem quoties secula vixit avis.

964. **A learned or skilful Physitian.**

Medicus benè doctus; eruditus, peritus, peritiss. eruditiss. doctiss. medicâ scientiâ, medendi arte instructus, eruditus, clarus; medicinæ sciens, imprimis peritus, gnarus; qui medicinam, medicinæ artem, scientiam novit penitus, callet, tenet; ingenio acutissimo, mente atque animo comprehendit, planè complexus est; qui medicinæ scientiâ, cognitione, peritiâ, eruditione valet, floret, præstat, excellit, inferior nemini, cum paucis conferendus est. Æsculapius, Machaon, Podalyrius.

Arte Apollineâ, Machaoniâ, medicâ clarus, celebris. Artis Phœbææ peritus, peritissimus. Qui salutari levat arte fessos corporis artus. Quid faciat somnos, quid hiantia vulnera claudat; Quæ ferro cohibenda lues, queis crederet herbis, Edidicit. Scire potestates herbarum, usumque medendi. Quæcunque herba potens ad opem, radixque medenti Utilis in toto nascitur orbe, mea est.

*To pine away.* 333.
*A Pirate.* 1096.
*To pitch a Camp.* 240.
*To fight a pitcht field.* 555.

965. **To pity, or have compassion.** 639. 850.

Misereri, miserescere. Alicujus sortem misereri; vicem dolere, de-

deplorare. Afflictos, perculsos adversâ fortunâ misereri. Miseratione, misericordiâ, sympathiâ, condolentiâ capi, teneri, moveri, commoveri; miserias alicujus prosequi. Alienis incommodis, rebus adversis dolere, mœrere, lacrymari. Alienæ ægritudinis participem esse, facere se. Alieno mœrore angi, macerari, tabescere, marcescere.

Aliorum sollicitudine non minus quàm suâ dolere. Ex alterius incommodis magnam animo molestiam capere. Miseret, miserescit me tui, vicem tuam. Ejus miselli misericordia me tenet. Me recordantem fragilitatis humanæ miseratio subit.

——Miserere laborum Tantorum, miserere animi non digna ferentis. Quem nisi crudelem non tangat? Sunt etiam hic lacrymæ, & mentem mortalia tangunt. Multa gemens casumq; animo miseratus amici. Nostro doluisti sæpe dolore. Mala — quibus possent illacrymare feræ.

## 966. To move one to pity.

Misericordiam alicui commovere, alicujus concitare; vel feris excutere. Ad misericordiam, dolorem, lacrymas, luctum gravitate malorum suorum alios adducere; aliorum animos inflectere, permovere.

——— Impia mollire Thracum pectora.——— Certè mea pectora movit.

*Pitiless, hard hearted.* 554.

*To abide in a place.* 15.

*Placable, one that may be appeas*[ed] 102.

*To give or yield place.* 1450.

*Second in a place or degree.* 113[?]

## 967. The Plague rageth.

Peste, pestilentiâ, igne pestifer[o] epidemicâ lue, exitiali morb[o] totâ regione laboratur, æstuan[t] laborant; magnæ urbes devasta[n]tur, exhauriuntur, evacuantur, ex[i]naniuntur. Aëre corrupto pern[i]ciosissimus nascitur morbus, p[e]stilens, cujus contagio passim lo[]corum carpit. Incrudescit pesti[s] Morbi pestiferi ingravescunt, pa[s]sim vagantur, grassantur, sæviun[t] desæviunt. Nihil à pestilentia tu[]tum, sed ingenti hominum clad[e] invalescit. Omnia novo pestis ge[]nere conflagrant, ardent. Pauci[s]simi evadunt, quin qui non hujus morbi lue corripiantur.

Sævit aer pestilens, pestifer, ta[]bificus, tabidus, morbidus. Vitio aeris; morbo graviter cœli pas[]sim intereunt pecudes hominesque.

Dira lues populis, irâ Junoni[s] iniquæ Incidit, &c. *Ovid. Met.* 1[7.] 25. Dira lues Latias vitiavera[t] auras, &c. *Ovid. Met.* 14. 50[]
—— Morbo cœli miseranda co[] orta est Tempestas, &c. *Virg. Georg.* 3. Et genus omne neci pe[]cudum dedit, omne ferarum Corrupitque lacus, infecit pabula tabo, &c. Ibid. A *murrain* [of] *Cattle.*

—— Tabida membris Corrup[] [to]

to cœli tractu, miserandaq; venit Lues. Sanguineâ pestis singula falce metit. Fluidæ contagia pestis.

## 968. To plant trees.

Arbores plantare. Plantas, arbores serere, quæ alteri seculo prosint; terrâ obruere; in foveis, in terræ venis, visceribus effingere, imponere, inserere, collocare; humo tegere ac foveis abscondere. Consitionem arborum facere.

—Vitem tenui submittere sulco.— Riguis plantas deponere in hortis; feraces humo figere; penitus terræ immittere.

## 969. To play.

Ludere. Ludo vacare, dare operam. Ludo, ludo campestri, campestribus ludis se exercere, oblectare. Trocho ludere. Pueri turbinem intenti ludo exercent. Ad omnem animi remissionem ludumque descendere.

Intenti ludis exercent corpora. Ludere par impar, equitare in arundine longâ. Lepidis hilarant convivia ludis.——— Torto volitat sub verbere turbo.

## 970. To play immoderately.

Intemperantiùs, immoderatiùs ludere. Nullum ludo modum statuere, facere. Quasi ad ludum & jocum nati essemus, ita ludo, ludendo totos dies conterere, noctem ducere ludo, vitam transmittere ludendo.

——— Studiis præponere ludum. Posthabui ——illorum mea seria ludo. —Luditur aleâ pernox. Et revocat cupidas alea sæpe manus.

## 971. To play moderately, or to moderate Play.

Ludo modum facere, statuere. Ludo & joco uti quidem licet; sed sicut somno & quietibus cæteris. Non ita generati à naturâ sumus, ut ad ludum & jocum facti esse videamur. Ludendi est quidam modus retinendus, ne elati voluptate, in aliquem turpitudinem dilabamur. Cum relaxare animos, & dare se jucunditati volent, caveant intemperantiam, meminerint verecundiæ.

Non lusisse pudet, sed non incidere ludum. Parcere ludo. Nimio, inani ludo prohibere animum.

## 972. To play at some Game.

Aleâ, pilâ, talis, tesseris, chartis pictis, &c. ludere, certare; pilam, pilam palmarem mittere, exercere. Aleâ studiosissimè lusit. Lusio pilæ. Tesserarum lusus.

## 973. To play upon Instruments of Musick.

Tibias inflare. Tibiis, ad tibias canere. Adhibere tibias epulis. Tibicen, tibicina. Laudes clarorum virorum lyrâ canere, ad cantus & ad tibiam persequi. Citharam pulsare. Fidibus canere. Citharœdus, fidicen. Cantu vocum, nervorum, tibiarum tota vicinitas personabat.

Fistu

Fiſtulâ, tenui avenâ, ceratâ arundine modulari carmen. Ne te pœniteat calamo triviſſe labellum. Junctis arundinibus canere. Structis cantat avenis.

Lyram movere, agitare, percutere, tractare. Auratæ, curvæ fidicen Lyræ. Pollice inauratæ fila movere Lyræ; nervos impellere. Threiciam digitis increpuiſſe lyram. Fila lyræ doctâ ſolicitare manu. Pectine eburno pulſare lyram. Nunc niveis digitis, nunc pulſat pectine chordas. Citharâ perſonat auratâ carmen. Fila ſonantia movit- ——— Lesboum tendere barbyton. Apollineo fila ſonantia plectro Quatit, priſcoſque virûm miratur honores. Lyricis modis aliquem detinere.

Threicio blandiùs Orpheo Auditam moderari arboribus fidem.

Ut ſatis impulſas tentavit pollice chordas, &c. *Ovid. Met.* 10. 4. *When he had tuned his Inſtrument.*

974. To ſet forth Playes, Games, Shews, Spectacles.

Spectaculum, ſpectacula, ludos dare, edere, exhibere populo; inſtituere, facere, celebrare, concelebrare. Dies feſtos ludorum celebrare. Ludos ſcenicos, Theatrale ſpectaculum, comœdiam, tragœdiam, fabulam dare, edere; theatrum aperire populo. Ludis theatralibus diem natalem celebrare.

Comica componit lætis ſpectacula ludis.

975. A plain-dealing man.

Homo ſinceri, ſimplicis ingenii, apertæ voluntatis; antiquus; antiquâ virtute & fide; ſine fraude & fuco; ſine fallaciâ & dolo; à dolo & fraude, fraudulentiâ, ab inſidiis & aſtutiis, ab arte fallendi & ſimulandi alienus, averſus, remotus; natus, factus, fictus ad veritatem; ſimulatione, artificio non eruditus; ſimplex, fidelis, candidus, incallidus, apertus; minimè vafer, fallax, inſidioſus, fucatus, *&c.* 367. Qui veritatem religioſè colit, nihil rectè, aſtutè, callidè facit; animum in fronte gerit; quod ſentit loquitur; non aliud dicit, aliud factitat; cujus vox & animus, lingua & mens mirificè congruunt, conſentiunt, nunquam diſcrepant; integritate ſingulari, ſummâ fidelitate præditus, cui ſigna ſunt probitatis non fucata ſpecie forenſi; qui nihil ex occulto, nihil ex inſidiis agit; veritatis cultor, fraudis inimicus; apud quem nullus fucis eſt locus.

——Cui pectus apertum; Simplicitas digna favore fuit.

*To give Scholars leave to play.* 1058.
*It is plain or manifeſt.* 835.
*To relate things plainly.* 1062.

976. To plead Cauſes. A Pleader. 407.

Cauſas agere, agitare, tractare, defenſitare, orare, dicere. In cauſis, judiciis publicis verſari. In forenſi commentatione aſſiduum

duum esse. Clientes, reos patrocinio defendere, tueri, propugnare. Æquitatis, innocentiæ patrocinium accipere, suscipere. Causæ difficilis patronum agere. Patroni munere fideliter, diligenter & optimâ fide defungi. Patronus, Advocatus, Causidicus. Qui in foro habitat.

Civica pro trepidis arma movere, ferre reis. Togatæ militiæ exercere munera. Trepidis utilis esse reis. Acuere linguam causis. Voces prostituere ingrato foro— Insano verba tonare foro. Sunt fora, sunt leges, sunt quos tuearis amici; Vade per urbanæ splendida castra togæ. Juris & aquarum, &c. *Mart.* 10. 37.

Juris legumq; peritus— causis clarus agendis.—Pro sollicitis non tacitus reis. Insigne mœstis præsidium reis. Fortia verbosi natus ad arma fori.

### 977. As you please, at your pleasure, or liking.

Ut tibi libet, placet, videtur. Tuo arbitrio, arbitratu. Quod tibi visum fuerit. Tuo modo & more. Ex animi tui sententiâ. Utcunque animo tuo libitum fuerit. Animo tuo morem gere. Si ita tibi videatur, placeat. Par est nos tuæ voluntati parere, obsecundare, morem gerere. Modò tibi placeat, perplacebit nobis. Tuam tibi legem feres. Tibi liberum est, liberum permitto, relinquo facere ut voles. Tu si ita decreveris, constitueris, volueris.

### 978. To take pleasure, delight, or content in a thing.

Ex aliqua re magnam voluptatem, jucunditatem non mediocrem, incredibilem haurire, capere, percipere; oblectatione capiduci. Alicujus reifructu mirificè, gaudere, delectari. Hoc mihi arridet, placet, perplacet, cordi est, jucundum, gratum, acceptum, volupe; accedit pergratum; me, cupiditatem meam delectatione satiat; mirifica jucunditate explet; sensus gaudio permulcere, animum exaturare.

Ille terrarum mihi præter omnes Angulus ridet, animo sedet.

### 979. Wholly given over to pleasure.

Se totum voluptatibus dare, tradere, dedere. Voluptatibus astringi, obstringi, obstrictus teneri; diffluere; metiri ac ponderare omnia; ceu poculo Circæo dementari. Omni genere voluptatum, deliciarum affatim se explere. Vitam voluptariam, voluptuariam, voluptuosam, mellitam planè, delicatam, Epicuream agere, transigere. Otio & deliciis languescere, liquescere. Undiq; sitienter suavitates conquirere; voluptates cupidiùs captare, avidiùs arripere, aucupari, insectari. Nihil prius, potius, antiquius, præstantius habere vitâ otiosâ, delicatâ, amœnitatum plenâ, voluptatibus repletâ, refertâ deliciis. Voluptatum lenociniis, illecebris, blanditiis, fomentis, corruptelis capi, affici, deliniri, delectari, enervari,

vari, corrumpi. Summum bonum, omnem fœlicitatem in voluptate ponere, statuere, collocare, terminare. In voluptatis altum plenis velis, secundissimus ventis invehi, deferri. Voluptatis mancipium, cujus animus otio, luxuriâ & lascivia diffluit. Toti melle perfusi suavissimè vivunt.

——Epicuri de grege porcus.
——Quem illecebrosa voluptas
Mollit.

980. To please, or yield one pleasure or delight, or content.

Delectare, oblectare aliquem. Placere; perplacere; gratum, pergratum, perjucundum esse alicui; magnam voluptatem afferre, objicere. Animum alicujus summâ voluptate, jucunditate afficere; suavitate, delectatione, oblectatione perfundere. Jocos & delicias dare.

*To abstain from Pleasures.* 11.
*To have plenty of necessaries.* 3.

## 981. To Plough, or Till the Ground.

Terram, humum, tellurem, solum, campum, agrum, arvum arare, colere; aratro, ferro, vomere, ligonibus, rastris subigere, proscindere, vertere, premere, prosecare, frangere, perdomare, exercere, renovare. Terræ aratrum imprimere. Segetes agricolæ subigunt aratris. Terræ gremio mollito & subacto semen sparsum excipit.

Terram vertere; fractis invertere glebis.—— Incurvo terram, tellurem findere, moliri, mollire, dimovere, domare, vers[are] re aratro. Fœcunda versare lig[o]nibus arva; glebam, arva pingu[ia] findere. Humum, tellurem, fer[ro] sollicitare; aratro, vomere [sul]care, renovare, ——Telluri infi[n]dere sulcos. Patrios vertere fur[]culo agros; Paterna rura bobu[s] exercet suis.

Impresso sulcum patefecit ara[]tro. Ferro præscindere campum. Sauciat & duram vomer aduncus humum. —— Incultæ pacantur vomere sylvæ. Depresso taurus aratro Ingemit, & sulco attritus splendescit vomer.

## 982. A Ploughman, or Husbandman. 280.

Rusticus, agricola, villanus. Qui agris colendis operam dat, cum terrâ rationem habet; in prædiis colendis operæ plurimum studiiq; impendit, consumit. Rei rusticæ studiosus.

Cultor virentis agelli.
Fit rusticus, atque Sulcos & vineta crepat mera. — Pressi moderator aratri. Ille gravem duro terram qui vertit aratro.

*To plunder.* 1295. 1207.

983. *Pluto. Dis. Orcus. Plutus.*

Jupiter infernus, Stygius, Cthonius, Saturnius. Gener Cereris. Taciti, nigri pater, regnator Averni. Umbrarum, Erebi, tenebrarum, Manium, Tartareus, Avernalis, Stygius rex, tyrannus. — Rex ille silentum Lethæo vehitur curru. Umbrarum do-

dominus, inamœna regna tenens. Dis ſævus, ater, ferus, magnus, —— Cui triplicis ceſſit fortuna noviſſima regni. Magno me tertia victum Dejecit fortuna polo, mundumq; nocentûm ſervo.— O cunctis finitor maxime rerum! O maxime noctis Arbiter, umbrarúmq; potens, &c. *Claud. de Rapt. Proſer.* Summanus.——O ſæviſſime fratrum, Cui ſervire dati manes, æternaq; ſontum Supplicia, atq; imi famulatur regia mundi.

Plutus Iaſides. Cerere natus & Iaſio. Cæcus opum arbiter.

### 984. To Pole the Head, cut the Hair.

Capillos, comam, crines, barbam tondere, reſecare, demere, abſcindere. Caput tondere, attondere, abradere; novaculæ, tonſori ſubmittere, committere, ſupponere. Capillitii onus ſuperfluum, ſupervacaneum ponere, deponere, auferre. Caput onere crinium, comarum levare.

——Vagos, longos ferro reſecare capillos. Hirſutam recidere barbam. —Tergo & pectore fuſam Cæſariem ferro minuit. Tondeat hic inopes Cynicos & Stoica menta, &c. *Mart.* 11. 85. Flaventes abſciſſa comas. Barba reſecta mihi eſt.

### 985. To make a Poem.

Poëma, poëſia, varium & elegans omni ſerè numero poema, carmen arte, ingenio cultum ſcribere, conſcribere, condere, componete, facere, ludere. Aliquid verſibus delicatiſſimis exprimere. Verba, ſententias, orationem numeris coercere, aſtringere; in numeros & pedes cogere, redigere. Poëma eſt oratio numeris vincta, ligata, aſtricta. Carmen grave plenúmque, ſine cœleſti aliquo mentis inſtinctu poeta fundere non poteſt. Numeris ludere. Verſus fundere, condere, pangere.

Carmina tenui connexere filo; facili deducere plectro.

Carmen Muſis & Apolline nullo, *A witleſs Poem.*

### 986. A Poet.

Poeta, vates. Muſarum alumnus, ſacerdos, ſacer interpreſq; deorum. Qui fonte labra proluit Caballino; Caſtalios latices bibit; undas Aganippidos hauſit; quid ſit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non, Plenius & melius Chryſippo & Crantore dicit. Amicus Muſis. Cujus Apollineo mens æſtuat acta furore; ſpirant præcordia Phœbum. Cui ſacrum pandunt Helicona ſorores. Quorum imagines lambunt hederæ ſequaces. Non ſatis eſt puris verſum perſcribere verbis, Quem ſi diſſolvas, &c. *Horat. Serm.* 1. 4. Os tenerum pueri balbumq; poeta figurat, &c. *Horat. Epiſt.* 2. 1.——Pictoribus atque poetis Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas ——Vatis avarus non temere eſt animus.

vari, corrumpi. Summum bonum, omnem fœlicitatem in voluptate ponere, ſtatuere, collocare, terminare. In voluptatis altum plenis velis, ſecundiſſimus ventis invehi, deferri. Voluptatis mancipium, cujus animus otio, luxuriâ & laſcivia diffluit. Toti melle perfuſi ſuaviſſimè vivunt.

——Epicuri de grege porcus.

——Quem illecebroſa voluptas Mollit.

980. To pleaſe, or yield one pleaſure or delight, or content.

Delectare, oblectare aliquem. Placere; perplacere; gratum, pergratum, perjucundum eſſe alicui; magnam voluptatem afferre, objicere. Animum alicujus ſummâ voluptate, jucunditate afficere; ſuavitate, delectatione, oblectatione perfundere. Jocos & delicias dare.

*To abſtain from Pleaſures.* 11.

*To have plenty of neceſſaries.* 3.

## 981. To Plough, or Till the Ground.

Terram, humum, tellurem, ſolum, campum, agrum, arvum arare, colere; aratro, ferro, vomere, ligonibus, raſtris ſubigere, proſcindere, vertere, premere, proſecare, frangere, perdomare, exercere, renovare. Terræ aratrum imprimere. Segetes agricolæ ſubigunt aratris. Terræ gremio mollito & ſubacto ſemen ſparſum excipit.

Terram vertere; fractis invertere glebis.—— Incurvo terram, tellurem findere, moliri, mollire, dimovere, domare, vertere aratro. Fœcunda verſare ligonibus arva; glebam, arva pingui findere. Humum, tellurem, ferro ſollicitare; aratro, vomere ſulcare, renovare, ——Telluri infindere ſulcos. Patrios vertere ſurculo agros; Paterna rura bobus exercet ſuis.

Impreſſo ſulcum patefecit aratro. Ferro præſcindere campum. Sauciat & duram vomer aduncus humum. —— Incultæ pacantur vomere ſylvæ. Depreſſo taurus aratro Ingemit, & ſulco attritus ſplendeſcit vomer.

## 982. A Ploughman, or Husbandman. 280.

Ruſticus, agricola, villanus. Qui agris colendis operam dat, cum terrâ rationem habet; in prædiis colendis operæ plurimum ſtudiiq; impendit, conſumit. Rei ruſticæ ſtudioſus.

Cultor virentis agelli.

Fit ruſticus, atque Sulcos & vineta crepat mera. — Preſſi moderator aratri. Ille gravem duro terram qui vertit aratro.

*To plunder.* 1295. 1207.

983. *Pluto. Dis. Orcus. Plutus.*

Jupiter infernus, Stygius, Chthonius, Saturnius. Gener Cereris. Taciti, nigri pater, regnator Averni. Umbrarum, Erebi, tenebrarum, Manium, Tartareus, Avernalis, Stygius rex, tyrannus. —Rex ille ſilentum Lethæo vehitur curru. Umbrarum do-

dominus, inamœna regna tenens. Dis sævus, ater, ferus, magnus, — Cui triplicis cessit fortuna noviſſima regni. Magno me tertia victum Dejecit fortuna polo, mundumq; nocentûm servo.— O cunctis finitor maxime rerum! O maxime noctis Arbiter, umbrarúmq; potens, &c. *Claud. de Rapt. Proser.* Summanus.——O ſæviſſime fratrum, Cui ſervire dati manes, æternaq; ſontum Supplicia, atq; imi famulatur regia mundi.

Plutus Iasides. Cerere natus & Iasio. Cæcus opum arbiter.

## 984. To Pole the Head, cut the Hair.

Capillos, comam, crines, barbam tondere, reſecare, demere, abſcindere. Caput tondere, attondere, abradere; novaculæ, tonſori ſubmittere, committere, ſupponere. Capillitii onus ſuperfluum, ſupervacaneum ponere, deponere, auferre. Caput onere crinium, comarum levare.

——Vagos, longos ferro reſecare capillos. Hirſutam recidere barbam. —Tergo & pectore fuſam Cæſariem ferro minuit. Tondeat hic inopes Cynicos & Stoica menta, &c. *Mart.* 11. 85. Flaventes abſciſſa comas. Barba reſecta mihi eſt.

## 985. To make a Poem.

Poëma, poëſia, varium & elegans omni ferè numero poema, carmen arte, ingenio cultum ſcribere, conſcribere, condere, componere, facere, ludere. Aliquid verſibus delicatiſſimis exprimere. Verba, ſententias, orationem numeris coercere, aſtringere; in numeros & pedes cogere, redigere. Poëma eſt oratio numeris vincta, ligata, aſtricta. Carmen grave plenúmque, ſine cœleſti aliquo mentis inſtinctu poeta fundere non poteſt. Numeris ludere. Verſus fundere, condere, pangere.

Carmina tenui connexere filo; facili deducere plectro.

Carmen Muſis & Apolline nullo, *A witleſs Poem.*

## 986. A Poet.

Poeta, vates. Muſarum alumnus, ſacerdos, ſacer interpreſq; deorum. Qui fonte labra proluit Caballino; Caſtalios latices bibit; undas Aganippidos hauſit; quid ſit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non, Plenius & melius Chryſippo & Crantore dicit. Amicus Muſis. Cujus Apollineo mens æſtuat acta furore; ſpirant præcordia Phœbum. Cui ſacrum pandunt Helicona ſorores. Quorum imagines lambunt hederæ ſequaces. Non ſatis eſt puris verſum perſcribere verbis, Quem ſi diſſolvas, &c. *Horat. Serm.* 1. 4. Os tenerum pueri balbumq; poeta figurat, &c. *Horat. Epiſt.* 2. 1.——Pictoribus atque poetis Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas ——Vatis avarus non temere eſt animus.

Poeta numeris est astrictior: verborum autem licentia liberior.

Poetas ex civitate ejiciendos dixit Plato, quod nervos omnes virtutis elidant.

Sine inflammatione animorum, & sine quodam afflatu quasi furoris Poetam magnum esse non posse putabat Democritus —— Et excludit sanos Helicone Poetas.

## 987. To poison a man.

Veneno, toxico, aconito, pharmaco letali, medicamento exitiali aliquem tollere, necare, occidere, extinguere; alicui mortem inferre, vitam adimere. Venenum, virus, aconitum, toxicum, pocula venenata, succos mortiferos, pestiferos alicui miscere, porrigere. Pocula, cibos veneno inficere, corrumpere. Veneficio alicui pestem afferre. Malum venenum alicui facere, infundere, parare, præbere.

Lurida terribiles miscent aconita novercæ. Pocula nigra, letali tincta veneno. Quicquid habet Circe, quicquid Medea veneni, alicui porrigere, miscere. Præcipitare funesto fata veneno.—— Medio Stygium sparsit pulmone venenum. Asperas tractare serpentes, ut atrum corpore combibat venenum.

—Corpus tumet omne veneno. Quod hoc venenum, sævit in præcordiis? Num viperinus hic cruor, &c. *Horat. Epod.* 3. Non munus humeris efficacis Herculis inarsit æstuosius. Venenum in auro bibitur. Impia sub dulci melle venena latent, *To be poysoned.*

### 988. *Polyphemus.*

Cyclops Ennæus, Ætnæus, trux, terribilis, ferus, cæcus, Siculus Neptunius incola rupis. Unum est in media lumen mihi fronte, sed instar Ingentis clypei. —— Non est hoc corpore major Jupiter in cœlo, &c. *Ovid. Met.* 13. 8. Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum, &c. *Virg. Æneid.* 3. —— Baculi pinus cui præbuit usum—— antennis apta ferendis.

*To pollute.* 409.
*To be polluted.* 410.
*Pollux.* 251.

## 989. To grow poor, or fall into want.

Ad inopiam, paupertatem, indigentiam, mendicitatem, pauperiem, egestatem, penuriam; ad egestatis terminos, ad magnas rei familiaris angustias ex fortunis amplissimis redigi. Ex opibus magnis, florentibus, ex fluente rerum copiâ excidere, decidere; in summam miseriam egestatemque cadere; detrudi, deturbari. Ex divite, beato, fœlice, fortunato, opulento, egens, inops, pauper, mendicus factus est; in eum locum deductus; eò miseriarum, infœlicitatis, penuriæ redactus, in eas conjectus angustias; eò à fortuna dejectus, detrusus, deturbatus; eò cecidit, devenit, eò redactæ sunt ejus fortunæ, ut unde vivat non habeat: ut ei ad victum necessaria minimè suppetant;

tant; ut inopiâ prematur earum rerum, sine quibus vix ac nè vix quidem hominum vita sustentatur, ut ea desideret, requirat, iis rebus destituatur, careat, quæ vivendi necessitas postulat; ut ab iis rebus minimè sit paratus; earum rerum sit inops, egens, ea illum deficiant, sine quibus ægrè, vel potius nullo modo vivitur.

Paternis nudus agris, nudus nummis.

## 990. To be poor, live in want. 871.

Rerum privatarum, domesticarum omnium indigentiâ, inopiâ, penuriâ, rei familiaris egestate summâ laborare, premi. Cum extrema paupertate conflictari. Egestate, inopiâ in angustum oppidò cogi. In summa rerum inopia, egestate, mendicitate, paupertate versari, degere, vitam agere. Rebus omnibus egere, carere, destitui. Omnes egestatis miserias experiri, subire, perferre, sustinere. Amicorum opibus vitam in egestate degere. Iro, Codro indigentior, mendicior.

Irus egens.——Angusti cultor agelli. Cui res angusta domi est. Non mihi quæ duri colerent pater arva juvenci, Lanigerósve greges, non ulla armenta reliquit, Pauper & ipse fuit. Non est paupertas habere nihil, &c. *Mart.* 11. 33.——Duris urgens in rebus egestas.

*To relieve the poor.* 76.
*A popular man.* 554.

991. A Porter or Door-keeper.

Janitor, ostiarius. Januæ, portæ custos. Qui foribus præest; claudendis reserandisq; præficitur; pro foribus assidet & liminibus ædium; servat vestibulum.

## 992. Poverty hinders from rising to honour.

Inopia, paupertas, rei domesticæ, familiaris angustia, difficultas; egestas aditum ad honores intercludit, impedimento est, quo minus ad altos gradus dignitatis ascendatur; prohibet, arcet, summovet ab honoribus consequendis; fecit, impedit, viam obstruit, ne viri vel optimi esse magni possint; aspirantibus, assurgentibus ad ea quæ in civitate amplissima sunt, magnas difficultates, impedimenta objicit, opponit plurima. Egentibus difficilis & impeditus honorum est cursus, ad honores aditus. Non patent honores inopiæ.

Haud facilè emergunt, quorum virtutibus obstat Res angusta domi.——Dat census honores.

## 993. A man of great power and authority. 1010.

Vir maximæ cognationis & clientelæ; autoritate magnâ pollens; qui cum imperio & potestate summâ in Rep. versatur; nimiâ potentiâ dominatur in civitate; unus omnia potest in sua civitate; viget, valet, floret præcipuè, pollet maximè, præest omnibus ac dominatur; opum nimiarum;

miarum; cujus patet latè potestas, potentia vim jam regiæ potestatis obtinet, obsidet; nutu ac voluntate administrantur omnia, in nutu residet autoritas magna; in civitate opes maximè sunt, plurimum autoritas valet, maxima est autoritas & amplitudo. Opibus atq; honoribus pervigere.

994. To have great power or large Dominion.

Terrâ mariq; longè latéque dominari, imperare, imperitare. Regno, imperio amplissimo præesse. Orbem fere universum sub imperio tenere. Uni parent omnia. Qui omnium fere gentium imperio potitur, omnes ferè nationes suo unius imperio complectitur.
——Quem solis ab ortu Solis ad occasum utraque terra timet. Qui totum sub leges orbem misit. O quas sol habitabiles illustrat oras, maxime principum.

995. According to your power or ability.

Pro viribus, pro virili, pro facultate, pro ingenii tui tenuitate; prout facultates tuæ ferunt: quoad poteris, quod, quantum in te est; quantum viribus consequi potes, quantum animo conniti, quantum labore contendere, tam fac ut efficias.

996. To pray unto God.

Apud Deum supplicationibus importunis, ardentissimis vehementer agere, contendere. A Deo, cœlitus aliquid, suppliciter, humillimè, importunè, obnixè, demisse, ardentibus votis expetere, obsecrare, orare, obtestari, efflagitare, exposcere, precibus, & lacrymis prostrati petere. Dominum, cœleste Numen precibus advocare, invocare, salutare, placare, animitùs rogare; castis precibus colere, implorare, & venerari; impensè precari. Deo supplicare, vota facere. Preces, supplicationes, orationes humillimas adhibere, admovere, concipere.
——Supplex prece Numen adorat. Ad pia propensum vota vocare Deum. Multa Deum manibus supplex orare supinis. In prece totus eram. Ad tua confugi supplex altaria. Humili voce Numen cœleste precari, sollicitare. Oneravit sidera votis——
Duplices tendens ad sidera palmas
Deum in vota vocare, ——Passis dedit ore palmis Numen magnum vocare. Fudit preces pectore ab imo. Deo fer ritè preces.——
Fero nocturnas in tua templa preces. Prece quâ fatigem minus audientem Deum; Cœlo supinas si tuleris manus.

*To pray for another, or intercede.* 735.
*To pray or beseech.* 192.
*To pray in vain.* 417.

997. To seek for praise.
622.

Celebritatem, splendorem nominis, laudem vehementer, ard

-er, mirificè, summè sitire, appetere, amplexari, ambire, aucupari, venari, captare. Laudis desiderio vehementer, mirum in modum, cupiditate infinitâ capi, flagrare, exardescere. Pro laude obtinendâ in media discrimina se afferre. Maximis laboribus, periculis ad summam laudem contendere. Totum animum, curam, cogitationem in laudibus undiq; colligendis ponere. Toto pectore ad laudem incumbere. Existimationis præclaræ studiosus.

Laudis amore tumes; — Tituli tangebar amore, Quærendique mihi nominis ardor erat. Caluêre cupidine laudis. Tangit honos animum. Vela dare suæ famæ. ——— Laudem perculsus, succensus amore, ——— Vitam pro laude pacisci. Laudem immensa, erecta cupido.

998. To praise or commend one highly. 1197.

Aliquem summis, amplissimis, magnificis, maximis elogiis, laudibus, præconiis celebrare, cumulare, decorare, cohonestare, afficere, illustrare, evehere, amplificare, prædicare, prosequi, in cœlum attollere, amplissimis verbis ornare; altiùs dicendo tollere; pleno ore, plenâ manu, magnificè, copiosè, splendidè laudare; supra modum efferre; honorificentissimis verbis appellare. Nomen, laudes alicujus integrè, ornatè celebrare; virtutem omni prædicatione & celebritate decorare, in astra tollere, subvehere, buccinare, decantare; miris efferre præconiis. In laudes alicujus spatiari, excurrere, se totum effundere.

—— Efferre ad cœlum rumore secundo; eximiâ, insigni laude.

Cœlo laudibus æquare. Carmine perpetuo celebrare. — — Quo carmine dignam, Quo satis ore tuis famam virtutibus addam?

999. To get praise or to be praised.

Magnis laudibus, encomiis celebrari, ornari, prædicari, &c. Palmam reperi; magnam cepi, inveni laudem. Magnus mihi honos habitus est. Gloriam armis adeptus sum. Eximiæ laudis mercedem tuli.

——Ingenti se attollere famâ.

1000. To get immortal praise.

Laudem, gloriam immortalem, sempiternam, quæ vix cœlo capi posse videtur, assequi, consequi. Nomen sibi comparare, quod nulla vetustas obruet, nulla unquam obscurabit oblivio, posteritas alet, ipsa æternitas intuebitur, de quo nulla unquam ætas conticescet; quod posteritatis memoria tenacius apprehendet. Vir cujus vita multis præclarisq; monumentis ad omnem memoriam est commendata; consecrata; cujus gloriæ vestigia

non sunt pressa leviter ad exigui temporis prædicationem, sed altiùs fixa ad memoriam ejus sempiternam. Omnium seculorum memoriâ vivere, vigere. Laude nullis seculis interiturâ celebrari.

Nulla dies unquam memori vos eximet ævo. In freta dum fluvii current, &c. *Virg. Æneid.* 11. Semper honos nomenq; tuum laudesq; manebunt. Mors in te poterit juris habere nihil. Nomen ab æternâ; A serâ nomen posteritate feres. Illum aget pennâ metuente solvi Fama superstes. Pigra fugies ingrata flumina Lethes: Et meliore tui parte superstes eris. —— Memorem famam, qui benè gessit, habet. Cujus facta Æternis famæ monumentis insita florent. —— Æternumq; tenet per secula nomen. Non omnis moriar, multaq; pars mei vitabit Libitinam. Non obibo, nec Stygiâ cohibebor undâ.

### 1001. A man worthy of all praise. 1358.

Vir omni laude, prædicatione, præconio, omnium seculorum memoriâ dignus, dignissimus. Nihil dici potest quod sit ejus meritis par; quod non sit minus futurum, intra, infra laudem, infra meritum. Omni laude major, nunquam satis laudatus. Supra omnem adulationem laudis, & præconiorum assentationem. Vir admirabilis, maximè rarus & penè singularis, summus, divinus, præstantissimus, ornatissimus, ad omnia summa natus, in quo summa sunt omnia; quem literæ nullæ satis dignis laudibus prædicare possunt, nedum amplificare. Vir eò usque laudibus in Cœlum attollendus, quousq; virtus eniti potest, meritorúmq; præstantia efferri. Omnium gentium, sæculorum omnium, omnis memoriæ facilè princeps. Homo est paucorum hominum; haud similis nostrorum hominum.

Maxime, qui tanti mensuram nominis imples, Et geminas animi nobilitate genus. O decus atq; ævi gloria sola tui. —— Ad unguem factus homo. Monstratur digito prætereuntium. Digito monstrari & dicier, Hic est.

### 1002. To prate or talk much, and idlely. 1272.

Importunâ, stultâ loquacitate, garrulitate extemporali, multitudine verborum odiosâ, inani verborum sonitu, strepitu; linguâ futili, effræni, garritu vano, immodico, perpetuo; longis logis aures obtundere, verberare, molestiam creare, molestum se præbere; auditores offendere. Garrire nugas. Temerè, inconsideratè, stultè, ineptè, futiliter, immodicè, inaniter garrire, obgannire, blaterare, rudere potiùs quàm loqui; quicquid in buccam venerit effutire; verborum torrentem profundere. Copiâ profluente verborum inutilium abundare, exundare. Torrente garrulitatis obruere aures. Homo garrulus, verbosus, loquax, futilis. Littore, turture, graculo, cicadâ, ære Dodonæo loquacior. —— Gar-

—Garritu obtundere mentes. —Non illam mille catastæ Vincebant, nec quæ turba Seraphin amat,&c. *Mart.* 9. 30. Pondus abest verbis. Cornicaris ineptè. Garrula lingua. ———— Garrulitas, studiúmque immane loquendi.

1003. **To preach or make a Sermon.**

Concionari, prædicare, evangelizare. Pro concione loqui. Sacram concionem habere. Dei verbum enunciare, disseminare, in concionibus agitare, dispensare, prædicare, populo ministrare. Sacri verbi semina diffundere, dispergere. Sacra mysteria, sacras Scripturas exponere, interpretari. Doctoris, præconis sacri, theologi, concionatoris, Cœlestis oratoris, Philosophi divini officio fungi, partes exequi, obire munus apud populum, officium publicum agere. Pro suggesto apud populum agere, verba facere; sacra mysteria tradere; doctrinam cœlestem, salutiferam promulgare, quæ ad æternam spectant animarum salutem docere, præcipere, populum informare, instituere, erudire, præceptis instruere divinis, salutaribus: Ecclesiastes, Evangelista, Evangelii præco, à sacris concionibus.

1004. **To prefer one before another.**

Alterum præponere, præferre, anteponere alteri, altero superiorem, digniorem, præstantiorem judicare, pronunciare. Alteri locum superiorem, digniorem, præstantiorem judicare, pronunciare. Alteri locum superiorem, digniorem, altiorem concedere, attribuere. Ad gradum altiorem, sublimiorem, digniorem; ad dignitatem ampliorem alterum provehere, promovere, extollere. Alteri palmam, præmium, coronam lauream adjudicare, dare, deferre. Præmiis alterum majoribus, insignioribus remunerare, ornare, cumulare, dignum censere.

*To prefer to honour.* 49.
*To be preferred.* 48.
*To prepare for War.* 1378.
*To have access into ones presence.* 18.
*To long for his friends presence.* 309.
*To be present.* 285.
*Presently, or immediately.* 713.
*To preserve from destruction.* 1123.

1005. **To presume, too confident or credulous.**

Sibi, bono fragili; alienis, aliorum opibus nimiùm fidere, tribuere, confidere, credere. De fide alterius plus quàm æquum & par sit, sibi polliceri. Suâ sibi credulitate nimiâ damnum accersere. Voluntati hominum, externis auxiliis de salute sua temerè confidere. Temerariam in dubiâ re fiduciam, confidentiam adhibere. Nimis credulum se præbere. Fidei, in fidem alterius committere se audaciùs, quàm salutis ratio

tio postulet. Cœlo, pelago sereno, spe dubiâ, caducâ, exiguâ, fallaci, inani, incertâ, levi, minutâ, obscurâ & cæcâ, tenui, vanâ niti, duci; fretus & innixus; nimiùm confisus. Sibi ipsi præfidere, nimiùm tribuere, assumere, arrogare. Deo invito fidere.

Prona venit cupidis in sua vota fides, —— Nimiùm ne crede colori. Quidlibet impotens sperare. Tantáne vos generis tenuit fiducia vestri? —— Credulitas damno solet esse.

## 1006. To pretend, feign pretences, make a shew.

Idoneam speciem, honestatis, humanitatis, &c. præbere, dare, habere, adhibere, confingere, induere, præsentare, repræsentare, reddere. Speciem boni viri præ se ferre. Imagine pacis, prætextu religionis, obtentu pietatis decipere. Fictâ, simulatâ lacrymarum, doloris specie verum gaudium tegere. Per speciem aliquid facere, ad speciem adornare, accommodare. Titulo specioso facinus moliri turpissimum. Speciosum religionis velum, pallium, titulum, nomen, aliumve quæsitum colorem sacrilegiis, latrociniis prætexere, obtendere, ostentare, simulare, fingere quandam religionis formam ad oculos animosque hominum deludendos. Pietas inesse non potest in fictæ simulationis specie. Hominis nomen immanibus & barbaris moribus prætendere. Præclara in speciem res: *Fair in shew.* Sub specie pacis, sub umbrâ fœderis, per simulationem amicitiæ fallere. —— Per amici fallere nomen. —— Amicitæ fallacis imagine cepit. —— Speciem lætam prætendere fraudi. Prætendens culpæ splendida verba suæ, Conjugium vocat; hoc prætexit nomine culpam. Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem. Consilium vultu tegit, ac spem fronte serenat. — Fallax abditos sensus gerit, Animoque pulchram turbido faciem induit. Conjugiúmne vocas, speciosaque nomina culpæ Imponis tuæ?

## 1007. To prevent mischief intended.

Hostium consilia, machinationes, molitiones, conatus perniciosos, dolos, insidias; inimicorum scelera, nequitiam, fraudes, technas; imminentes, impendentes procellas, tempestates; concepta in se pericula multò antè prospicere, deprehendere, præsentire, percipere, prævertere, antevertere, occupare, præoccupare, præripere, intercipere, anticipare, præcidere; consilio, prudentiâ, providentiâ discutere, opprimere, eludere, frustrari, evitare, propellere, propulsare. Occultis, nefariis, sceleratis hostium fabricis occurrere, maturo consilio ire obviam. Hostium cuniculos cuniculis excipere, consilia frangere.

## 1008. *Priapus.*

Deus

Deus Hellespontiacus, Lampsacenus. Mortales tibi Lampsacum dicarunt.—— Ruber hortorum custos, membrosior æquo. Pomosisq; ruber custos ponatur in hortis, Terreat ut sævâ falce Priapus aves. Otium truncus eram, &c. *Horat. Serm.* 1. 8. Hortum —— custos furum atque avium cum falce salignâ, Hellespontiaci servet tutela Priapi. Quinque deus fures vel falce vel inguine terret. Salax, rigidus, procerus.

1009. Priests. Gods Ministers.

Sacerdotes, sacrorum ministri. Qui sacerdotio funguntur, præditi sunt; sacris præsunt publicis. Publici precatores, deprecatores apud Deum. Precones, concionatores verbi divini, sacrarum Scripturarum interpretes. Qui populo sunt à sacris concionibus.

Quo antistite Numen Rite colebatur. Castus ——Evinctus vittâ crines albente sacerdos.

1010. A prime, principal man, chief of all. 3. 993. 1001. 510.

Primarius vir; facilè primus omnium, præcipuus dignitate, ordine, loco; princeps, longè princeps civitatis; in loco, gradu dignitatis, amplitudinis altissimo, supremo collocatus, constitutus; omnium summus, supremus, potissimus, maximus, præstantissimus, primus dux; maximæ inter suos autoritatis, dignitatis, amplitudinis: flos populi, lumen sui ordinis, lumen & columen civitatis qui inter alios eminet; tanquam lumen aliquod inter cives elucet; dignitate, dignitatis præstantiâ longè omnes superat; cui nullo modo par alius quisquam; summa rerum commissa est; cui, cum quo nemo conferendus, comparandus. Unus est qui omnium judicio vix ullam cæteris laudem relinquit. Personam principis in Repub. tueri magnum est.

Micat inter omnes —— velut inter ignes, Luna minores. Quo nihil majus meliúsve terris Fata donavêre boníque divi, Nec dabunt quamvis redeunt in aurum Tempora priscum. Vacuâ qui solus in aulâ Respiciens jus omne suum cunctosque minores, Et nusquam par stare caput.

1011. To print Books.

Typis, formis æneis, stanneis libros cudere, excudere, procudere, imprimere; typis tradere, mandare; prelo literario subjicere, submittere, tradere. Typographi operâ ex uno exemplari conficere infinita, unum in plurima distribuere, distrahere, diffundere.

1012. To free or deliver one out of Prison.

Aliquem ex ergastulo, custodiâ, carcere liberare, eximere, educere, emittere; vinculis levare. Alicui catenis, compedibus, manicis impedito, constricto vincula solvere;

ſolvere; libertatem dare. Ex tenebris vinculiſq; eripere.

*To lay up a man in priſon.* 718.
*To live privately out of ſight.* 702.
*To live privately out of office.* 685.
*To ſlander privily.* 151.
*Privily, or ſecretly.* 1142.

1013. It is probable, credible, or likely. 723.

Credibile, probabile, veriſimile, vero ſimile, ſimillimum veri, proximum vero. A fide, à vero non abhorrens, non prorſus alienum. Rationi conſentaneum eſt. Eſt cur credatur. Ratio poſtulat ut credatur; ne falſum putetur, aut abſurdum & abſonum. Similitudinem, ſpeciem, formam, imaginem veri præ ſe fert. Non diſcrepat, diſſentit, procul abeſt à ratione. Ad veritatem, ad ſimilitudinem veritatis, propenſius, propiùs, proximè accedit ——Verba ſimillima veri, vero. Fama nec à veri diſſidet illa fide.

*To command by Proclamation.* 483.
*To proceed, or profit in ſome courſe.* 1020.

1014. Prodigal, or riotous. 332.

Opes, facultates, divitias, patrimonium, pecunias, rem, rem familiarem, omnem cenſum, omnia, ſua omnia per luxuriam, per luxum & libidinem profundere, decoquere, abligurire. Patria bona, ſua bona, ſuas res, fortunas ſuas, magnas copias abſumere, conſumere, effundere, conterere, perdere, malè perdere, deperdere, diſperdere, diſpergere, diſſipare, dilapidare, vocare, devorare, lacerare, exhaurire, prodigere, comedere, epulis & viſcerationibus abſorbere; in res inanes erogare; in profundiſſimum libidinum ſuarum gurgitem projicere; in epulas, convivia, delicias conficere, Prodigè, ſumptibus profuſis vivere. Largitionibus ſumptus infinitos, patrimonii jacturam facere. Strenuè conficere ſuam rem. Patrimonium heluari. Prodigus; perditus nepos; patrimonii, bonorum ſuorum Syrtis, Charybdis, ſcopulus, vorago, gurges, helluo; cui par intemperantiam diffluxit, liquefacta eſt familiaris res; cujus largitio non habet fundum.

——Qui res maternas atq; paternas Fortiter abſumpſit. Hauſiſti patrias luxurioſus opes, &c. *Mart.* 9.84. ——Decies centena dediſſes Huic homini — quinque diebus. Nil erat in loculis. Rem patris oblimare ——— Avi atque parentis Præclaram ingrata ſtringit malus ingluvie rem. In viſcera cenſum demittere. Quem damnoſa Venus, quem præceps alea nudat. Populator opum luxus.

*Prophane, irreligious.* 745.

1015. It is profitable, good. 1351.

Mihi prodeſt, expedit, conducit; utile, commodum, fructuoſum, quæſtuoſum eſt; operæ pretium; magno bono, commodo, emolumento,

mento, usui, ex usu, è re mea est. Meâ refert multum.

Multum facit, refert, conducit ad reum meam. Plurimum emolumenti, fructus uberrimos adfert. Nostris rationibus maxime conducit. Nihil utilius, nil commodis meis aptius. In quæstum, lucrum, utilitatem, commodum, rem meam est, cedit. Non aquâ, non igne (quod aiunt) plurimis locis utimur. Maximas opportunitates, utilitates habet; fructum utilitatis maximum præbet. Ad quæstum est meum; utiliter, ad summam utilitatem à natura datum; non sine magnâ utilitate constitutum. Haud scio an quicquam melius homini à Deo immortali datum sit. Apprimè utile. Haud leve, exiguum inde, ex eâ re commodum carpitur, emolumentum fit, lucrum, quæstús oritur, percipitur. Ita quidem spero nobis profici.

## 1016. To profit, benefit, do good to another man. 362.

Alteri prodesse, commodare; usui, commodo, bono, emolumento, utilitati esse; fructuosum, utilem, commodum, quæstuosum se præbere, exhibere. Alterum commodis afficere, augere, juvare, cumulare, opibus sublevare. Alterius utilitati, commodis consulere, studere, servire, inservire, subservire, conducere. Alterius commoda augere, promovere.

## 1017. To seek his own profit. 610.

Utilitati propriæ, privato commodo, suo quæstui, lucro; sibi studere, consulere, servire, inservire. Sibi cavere, prospicere, melius esse malle quàm alteri. Rem suam diligenter agere. Suum quæstum colere. Proprium sectari commodum. Lucro, quæstui, divitiis per fas nefasq; inhiare. In congerendis opibus diligentiæ, operæ, studii plurimum impendere. Proximus sum egomet mihi.——— Redditus jam quisque suos amat, & sibi quid sit Utile sollicitis computat articulis, &c. *Ovid.* 1. *de Ponto* 2. 3. Cura quid expediat prior est, quàm quid sit honestum.

## 1018. To hinder another mans profit, to damnify or endammage.

Alicui obesse, nocere, officere, incommodare; fraudi, damno, nocumento, detrimento, impedimento esse; magnum damnum dare, apportare, detrimentum afferre. Alicujus commodo, commodis, utilitati obesse, officere, obstare, obsistere; rationibus, rebus adversari; commoda, utilitates minuere, imminuere, oppugnare, labefacere, convellere, impedire, de commodis detrahere; rebus jacturam inferre, importare. Aliquem damno, incommodo, calamitate, detrimento afficere. Contra alterius rem venire.

Alte-

Alterius commoda limare, inhibere.

1019. To neglect his own profit or commodity, unthrifty.

Suas utilitates negligere. Rei familiaris quærendæ, tuendæ curam deponere; rationem non habere. De augendis suis facultatibus parùm laborare, sollicitum esse. Maximè salutaria, utilia stultè, insipienter, dissolutè, imprudenter prætermittere, contemnere, missa facere. Nil de re sua, de suis utilitatibus, commodis cogitare. Alienæ non suæ utilitati studere. Aliorum commodis suam rem, suum commodum postponere. Aliorum commoda, suis rationibus anteponere. Malè rebus suis consulere, suam rem gerere. In re familiari dissolutus & negligens. Quid è sua re, in suam rem sit non spectare.

——Nulla quid utile cura est.

1020. To profit, or go forward in some course.

In arte aliqua, studiis, bonis literis progredi, proficere, procedere, provehi, pergere, promovere; magnum progressum, profectum, maximos progressus, ductâ indies lineâ gradum, inordibiles cursus, progressiones admirabiles facere, gradum promovere. Macte esto virtute, id est, magis aucte cumulatéque.

Macte novâ virtute puer.

Multum sudat nitendo, neque proficit hilum. *Not to profit.*

*To prognosticate.* 576.

1021. To promise faithfully.

Polliceri, pollicitari, sponde promittere. Sanctè, religiosè p mittere. Pactione se devinci constringere. Fidem adhibito cramento dare, confirmare, stringere; religiosissimis ver obligare, obstringere, porrige Spondeo facturum me. Recip in me recipio. Promitto ac re pio sanctissimè esse observatum Offerre operam. De me spondere possum, tantum hab polliceri.

Ut si quid promittere de m possum aliud; vere promitto. — Spondet fortuna salutem.

1022. To make great la promises.

Benè, liberaliter, prolixè, qu tum valebant pecuniæ; aur montes polliceri. Ingentibus p missis onerare; oneratum, o stum dimittere. Pollicitando a mos impellere. Spe, pollicitatio ne præmiorum amplissimoru elicere, invitare, evocare, comm vere, inducere ad agendum qu Magnis præmiis, pollicitation busq; huic persuadet, ut ad h stes transeat.

Munera magna quidem pr mittit epistola dives. Promi dives quilibet esse potest. Inv pretiis & præmia ponit.

1023. To perform, or ke his promise.

Promissa, quod promisit

facere, persolvere, exsolvere, cumulatè præstare. Fidem, datam fidem liberare; Integram, inviolatam conservare, colere ; piè inviolateque servare ; sanctam habere. Promissis, conventis stare, satisfacere, non deesse, respondere factis re. Tueri officium debitum boni viri, fidemque promissorum re præstare. Sibi constare.

Diem promissorū repræsentare. Promissa reddere. Redde nunc pactam fidem.

## 1024. To break promise. 689.

Promissa, pacta, conventa solvere, convellere, negligere, violare, non præstare, &c. Fidem datam fallere, frangere, exuere, violare, mutare. Fidem promissorum irritam facere. Promissis, pactis deesse, non stare. Contra fidem interpositam interfectus est.

Fallere dextram. Mercede pactâ destituit deos Laomedon.——Tua polliciti pondere verba carent.

*To promote to honour.* 47.
*To be promoted.* 48.
*To Prophesie.* 576.
*To propose to himself, or aim at something.*

## 1025. *Proserpine. Persephone.*

Libera. Domina. Ditis. Plutonia conjux. Stygii matrona tyranni. Cereris filia & Jovis——Inferni pollens matrona tyranni, opaci maxima mundi. Dea Stygia, Tartarea.————Nigri Jovis invida conjux, Juno infera, inferna, Stygia, Averna, profunda. Erebi, tartarei barathri regina. Elysii sponsa tyranni.

## 1026. To pro[illegible] or have good suc[illegible]s in some Enterprise. 235. 521.

Rem fœliciter, ex animi sententiâ conficere, gerere. Prosperos habere successus. Metam propositam, destinatam fœliciter attingere. In portum quo voluit prospero flatu, vento secundo appellere, pervenire, ferri. Spe & optato eventu non frustrari destitui. Ad exitum optatum rem perducere ; exitu fœlici concludere. Maximum operæ suæ pretium capere. Industriæ fructus uberes colligere, percipere. Sine contentione adipisci quod vult Omnia secunda & fœlicia experiri ; summâ felicitate, successibus secundis uti in aliqua re peragendâ. Cursum tenere prosperum,secundum. Succedit ex sententia res. Prosperè cœptis succedebat. Negotium omne jam succedit sub manus. Eâ in re aspiravit fortuna ; propitiam se atque secundam præbuit. Prælium fuit secundam, prosperè pugnatum est. Secundum nos decretum, judicatum fuit. Fœliciter ea cecidit alea. Ad optatos exitus provehi.

——Flavit velis aura secunda meis.——Aspirat nostro fortuna labori. ————Quod oranti divûm promittere nemo Audebat, volvenda dies en attulit ultro. Exitus secundi, prosperi.

1027. To

## 1027. To enjoy Prosperity.

Rebus prosperis, secundis, florentissimis, ad voluntatem voluptatemq; fluentibus, affluentibus, succedentibus uti, frui. Secundissimo fortunæ flatu, afflatu vehi. In omni fœlicitate, spiritum liberum, solutum ducere. Optimè se habere. Fortunas optimè fundatas, constitutas habere. Opibus, copiis, voluptatibus, omnibus fortunæ bonis, donis, muneribus cumular, expleri, augeri, abundare, circumfluere, florere. Fortunâ secundâ, prosperâ, optimâ, benignâ, propitiâ, placidâ, facili, favente, amicâ, indulgente uti. Cui propitio Deo prosperè eveniunt omnia.

——Juvat & vultu ridet fortuna sereno —Vento fertur mea navis amico. —Me levis aura ferebat. Mihi tempora veris erant. ——Mea per placidas cymba cucurrit aquas. Fato prosperiore frui—Vultum servat fortuna serenum, benignum.

*To envy at another mans prosperity.* 497.
*To forsake God in prosperity.* 627.
*To be temperate in prosperity.* 1274.
*To sail prosperosly.* 1125.

## 1028. To prostrate himself.

Corpus humi, se supplicem prosternere. Procidere, accidere ad genua. Ad pedes alicujus se projicere, adjicere, devolvere, provolvere, mittere. Genibus, pedibus demissè, suppliciter advolvi, provolvi. Ante pedes alicujus posito genu, flexis genibus, in terram procumbere. Submittere se in humilitatem supplicis. Genua submittere, ponere alicui. Stratus, pronus humi adorare; pedes, genua prensare, tangere, amplecti.

Genibus pronis supplex. Genibus minor. Advolvor genibus supplex. Genu flexo, inflexo cadere, succumbere.——Procumbit uterque Pronus humi gelidóque pavens dedit oscula saxo.

*To protect or guard.* 408.

## 1029. To prove with Arguments. 322.

Multis, certis, firmissimis argumentis, rationibus agere, uti, niti, probare, firmare, confirmare, pugnare, perficere, demonstrare, ostendere, docere, exponere; disertè, luculentè explicare, tueri obtinere; omnem penitùs dubitationem tollere. Ad rem confirmandam argumenta gravia, rationum momenta proferre, in aciem producere. Ratione probabili concludere. Testimoniis gravissimis contendere, evincere. Argumentando, argumentorum vi, momentis rem minùs dubiam facere.

1039. As it is in the Proverb.

Scite igitur proverbium. Bene illo proverbio præcipitur. De quo, ut mihi videtur, persalsum est apud proverbium. Quod monet vetus laudatumq: proverbium. Ut est in veteri laudatoque proverbio.

verbio. Ut vetus est verbum. Quod aiunt. Ut dicitur. Ut perhibent. Quod dici solet; vulgi sermone tritum est; omnium in ore jactatum; tritum sermone, in sermone proverbium; in proverbii consuetudinem venit; in proverbium abiit, cessit; vulgari versu pronunciatum est. Vetus illud admodùm scitum est. Contritum vetustate proverbium: Quod in proverbii loco dici solet; in proverbium est. Veteris proverbii admonitu. Pares cum paribus, veteri proverbio, facillimè congregantur. Adagium, Parœmia. Diverbium.

*Provident or wary.* 1375.
*To provoke to anger.* 84.
*To provoke sleep.*

## 1031. To be Proud. 1151.

Spiritus ingentes sibi assumere; sublimes gerere; immoderatos habere. Insolentiâ, fastu & contumaciâ efferri, inflari. Animo esse inflato, tumido, vasto, alto, superbo, arroganti, excelso, tumenti, elato, fastuoso, regio, turgido. Cornua, animos tollere. Cristas erigere. Magnificentiùs quàm pro conditione gerere se. Præ se omnes despicere, contemnere; hominem nullum, neminem ferre. Fastu tumescere, intumescere. Sibi nimiū tribuere, assumere, arrogare, vendicare.

Supercilium attollere. Insolentiùs efferre se, fastu & superbiâ insolescere. Superbire.

Spiritus altos gerere. Fastus altos induere.

——Insolito cristas assumere fastu. Ventoso extollit quem vana superbia flatu —— Vento tumefactus inani. Laudato pavone superbior. —— Oculos circumtulit alta superbos.

## 1032. A base fellow, proud of his wealth.

Pecus aureo vellere. Qui nec genere majorum, nec suâ virtute, sed copiâ partarum male, malis artibus, divitiarum jactat se. Nudus meritis, turgidus atque inflatus auro. Quem non animi præstantia meritorumve conscientia, sed copiæ tantum efferunt arrogantia & insolentia inflant.

Licet superbus ambulet pecuniâ. Fortuna non mutat genus, &c. *Epod.* 3. Majores nido pennas extendere. Vides illum subsellia prima tenentem, &c. *Mart.* 2. 19. Dentibus antiqua; solitus producere pelles, &c. *Mart.* 9. 75.

## 1033. Proud of his Nobility.

Genere, generis nobilitate turgescere, intumescere, turgidus, tumidus. Propter majorum, proavorum, generis splendorem, nobilitatem, claritatem insolenter efferre se, superbire, arroganter sentire de se.

Stemmate quod Thusco ramum millesime ducis. Pulmonem rumpis ventis. Stemmata quid faciunt, quid prodest, Pontice, longo Ordine censeri, &c. Nam genus & proavos & quæ non fecimus

fecimus ipsi, Vix ea nostra voco.

### 1034. To prune Trees.

Arborem putare, frondare, frondibus nudare. Ramos, ramusculos, frondes luxuriantes, inutiles, minùs necessarias amputare, resecare, abscindere, auferre, tollere, demere. Onere frondium inutili arborem levare. Frondator.

—— Frondes compescere ferro.

——— Luxuriantia latè — castigat brachia ferro.

### 1035. Publickly, openly, in open sight.

Apertè, palam, propalam. In medio, propatulo, conspectu. Publicè, coram luce, ante oculos, in luce populi. Eminere, apparere, extare. Conspicuum & eminens. Quasi in aliquo orbis terræ theatro positum versari. In foro & in oculis civium omnium constitutus. Omnium oculis, omnibus ante oculos obversatur. In eum oculi omnium convertuntur, conjiciuntur.

### 1036. To publish or divulge.

Divulgare, promulgare. Sermonibus aliquid maximè divulgare. Sermones aliquâ de re disseminare, dispergere, dissipare, serere. Facere ut aliquid omni hominum sermone celebretur; in ore sit omni populo, ut in ore vulgi & communibus proverbiis verseur; ut vulgo innotescat, increbescat; ut omnes eâ de re gentes loquantur. Rem aliquam in auribus oculisque omnium defigere; in vulgus efferre; in p spectum populi, in lucem ocul que omnium emittere, produc in medium proferre; agitare concionibus, jactare in judic commemorare in hominum cœ in triviis declamitare, prædic longè latéque disseminare.

Spargere voces In vulgus.

### 1037. To punish.

In aliquem animadvertere, pœnas statuere, supplicio uti. De a quo vindictam, pœnam exige sumere. Alicui pœnas infligere irrogare. Aliquem ad supplici rapere; supplicio plectere; pœni plagis, suppliciis, flagris, verberibus afficere, mulctare, coercere impunitum non dimittere. Nullam gratiam sceleri facere. Legibus maleficia corrigere, coercere Ab aliquo pœnas repetere. Scelera vindicare, ulcisci. Sceleratos punire, castigare. Malefico, in maleficum constituere supplicium Scelus ac fraudem nocentis supplicio constringere.

Dejicere è saxo sontes, aut tradere Cadmo.

### 1038. To punish one cruelly. 389. 1300.

Aliquem acerbâ, asperâ pœnâ comprimere; flagris severè acriter cædere, inclementer crudeliter, crudeliùs, injuriosè tractare; suppliciis inusitatis violare; omni cruciatu vivum dilacerare. In aliquem paulò gra

s,&severiùs statuere,summâ contentione sævire. Acri vindictâ, quàm acerrimè maleficia vindicare. Severissimum supplicium de aliquo sumere. Aliquem vexare, raptare, omni crudelitate lacerare; servilem in modum cruciare; vinculis, verberibus, omni supplicio excruciare; cruciatu, atque tormentis mactare, enecare, conficere; in pistrinum, in latomias dare; in equuleum, in Phalaridis taurum conjicere. Exemplum in aliquo statuere. In aliquem exempla edere. Severè facinus excipere. Tormenta & cruciatum admovere. Nullam vim tormentorum acerrimorum prætermittere. Ultimis suppliciis mertere.

Per vulnera mille fontem animam expellam.—Pœnas cum sanguine poscunt.

## 1039. To punish the Innocent.

Insontem, innocentem, innocuum, alienum à culpâ; bonos, probos, justos supplicio afficere, vexare, asperè tractare, ad supplicium rapere. Viros laude innocentiæ, virtutis, integritatis præstantes, præcellentes, in pistrinum, carcerem detrudere, tradere; compingere. Bonis, innocentibus, honestissimis, integerrimis viris cruces, tormenta minitari; periculum facessere, creare.

Dat veniam corvis, vexat censura columbas. — Quæ venit indignè pœna dolenda venit.

## 1040. To suffer punishment.

Supplicium, supplicia, pœnam, pœnas debitas, meritas dare, solvere, persolvere, luere, pendere, dependere, pati, sustinere, tolerare, subire, sentire, excipere, ferre, perferre. Pœnam dignam suo scelere suscipere. Cruciatibus, tormentis affici, coerceri, &c. Culpam luere. Trahi, rapi ad supplicium. Insutus in culeum, supplicium parricidarum, vitam per summum dedecus amittere.

— Dare sanguine pœnas.— Calido mihi sanguine pœnas Persolves. Veterum malorum supplicia expendere. Supplicio culpa reciditur.

*To purge himself.* 279.

## 1041. Of set purpose, for the nonce.

Consultò, non casu, cogitatò, deditâ operâ, de industria videns volénsque, ex professo, composito, destinato consilio; studio & industriâ; initâ atque subductâ ratione; prudens, sciénsq; feci.

## 1042. To return and speak to the purpose. 417.

Ut ad me, ad rem; ad institutam rem, ad rem propositam, ad propositum, ad institutum, ad sermonem institutum; ad eum sermonem, ad id de quo nobis instituta est oratio; ut eò unde digressi sumus; unde digressa est, aberravit oratio, redeam, revertar, revertamur, redeamus; redeat, se referat, recipiat oratio nostra. Ut flectam

verba, orationem ad propositum; institutum repetam, prosequar, persequar. Paululum digressus, ad id quod institueram, quod prius cœperam dicere, recurram, me recipiam; de iis rebus quæ nunc aguntur dicam. Sermonem ad rem accommodate. Prætermissis quæ minùs necessaria sunt, ea quæ rem continent oratione pertractabo, &c. 841. In arcem causæ invadam. Quas ambages narras? ad rem redi, istuc quo cœpisti redi.

*To purpose or resolve.* 1072.
*To alter ones purpose.* 77.
*Material, to the purpose.* 841.
*Nothing to the purpose.* 427.
*To know another mans purp* 736.
*To put unto, or add.* 43.
*To put on Apparel.* 95.
*To put one out of his place.* 41
*To put away his wife.* 444.
*To put up his Sword.* 1260.
*To put a man to trouble.* 1039.
*To put trust in.* 1320.
*To putrefie.* 1101.

1043. *Pythagoras.*

—Samiæ telluris alumnus— Non sordidus autor Naturæ ve que. Qui Euphorbi —— clyp Trojana refixo Tempora test est. Vir fuit hic ortu Samius, & *Ovid. Met.* 15. 2.

Q.

*To Quaff.* 250.
*To quarrel.* 218.
*To quench his thirst.* 1281.
*A questionable case.* 452.
*Quick or swift.* 1108.

## 1044. To live Quietly, or at Ease.

Vitam suavem, pacatam, mollem, feriatam, quietam, tranquillam, otiosam; omni cura, labore, metu, sollicitudine, dolore vacuam, solutam, liberam, perturbationis expertem, ab omni molestia, à molestiis, à procellis discordiarum & contentionum, à negotiorum fluctibus sejunctam, separatam, remotam, segregatam agere, peragere, sequi, traducer trahere, degere, transigere. Oti jucundissimo, summâ tranquillit te, nullo dolore impediente ne impendente frui, perfrui. Fac lem, expeditum vitæ cursum te nere, habere. In otio prorsus tra quillè agere. Omni molestia, pe turbatione, dolore, sollicitudin curâ vacare, carere. Omne temp ætatis: quod datum est vitæ tra quillè placidéque sine molesti traducere. Nullis humanaru rerum fluctibus, tempestatib jactari, agitari. In portu qui cere, navigare. Spiritum tra quillum, liberum sine contentio ne animi vel corporis ducer Otio vitæque molliori indulger Halcyonios dies agere.

Exige

Exigere innocuæ tranquilla silentia vitæ. Ævum securum agere, leniter, leviter traducere. Nunc veterum libris, nunc somno & inertibus horis Ducere sollicitæ jucunda oblivia vitæ. — — Placidâ compôstus pace quiescit. Curis vagor expeditus. Non Hybla, non me spicifer caput Nilus,&c. quid concupiscam quæris ergo? Dormire, &c. *Mart.* 10.74.

**1045. A man of a quiet nature, peacable disposition.**

Homo naturâ mitis, quietus, mollis, facilis, lenis, placidus, placatus, ad pacem & quietem aptus, natus, à natura factus, formatus, propensus naturâ, otii & pacis studiosus, maxime sedatus, paci & otio deditus: à strepitu turbaque fori, à litibus, controversiis, contentione, discordiis alienus, remotus, abhorrens. Vir animo, ingenio tranquillo, moderato, quieto, pacato, ad pacem, concordiam, otium, amicitias propenso, ad injurias tacitè sine querela devorandas, decoquendas, magis quàm ad ulciscendas, vindicandas paratus, aptus, idoneus.

Culta mihi pax est, pacis mihi cura tuendæ.

——— Quem grata quies, & primam somnus in horam delectat.

R

*To Rack or torment.* 1300.
*To Rail at.* 1173.
*A common Railer.* 1175.

**1046. To reign as King.** 1104.

Regnare, regnum administrare, regno præesse. Regni sceptro, solio potiri, regio munere, dominatu fungi. Regni, imperii summam, summas habenas, gubernacula summa tenere, gerere, moderari. Populum imperio premere, ditione, imperio continere; sub ditione, in potestate habere. Res tenente Romanas Martio rege. —Regere imperio populos. Imperii molem flectere. Regna, imperii fræna tenere, moderari Gemmantia dextrâ Sceptra tenere. Valida honoratâ Sceptra tenere manu. Moderamina rerum capere, accipere, tenere. Altum imperium, altum imperii solium conscendere. Arbiter imperii, cui Jupiter justitiâ - dedit gentes frænare superbas. Sceptra loci, rerumque capit moderamen Erichtheus.

*The Rainbow.* 744.

**1047. It Raineth.**

Pluit, depluit. Cœlum, aër pluit. Nubes, nebulæ in pluvia imbres resolvuntur. Imbres, pluviæ

pluviæ magnæ, ingentes, aquarum copia maxima cadunt, decidunt, delabuntur, terram inundant, effunduntur de cœlo, maximam aquarum vim profundunt.

Fiunt pluviæ — Largus cœlo demittitur imber. Jupiter & læto descendit plurimus imbre. — Fœtis nubibus æther Conjugis in gremium latè descendit, — Tonuerunt æthere nimbi — Ruit æthere toto Turbidus imber aquâ, densisq; nigerrimus austris. — Densi funduntur ab æthere nimbi. — Immensum cœlo venit agmen aquarum. — Horridus Auster Torquet aquosam hyemem, & cœlo cava nubila rumpit. Effusis decidit imber aquis. Ecce fluunt largi resolutis nubibus imbres.

Tempestas indulget imbribus. *Rainy weather.*

— Multa in terris crepitans salit horrida grando.

## 1048. To raise one from the dead.

Mortuos, defunctos, à mortuis suscitare, resuscitare, excitare; ad vitam revocare, reducere; vitæ reddere, restituere, ab inferis evocare, revocare, vitâ donare. Mortuis vitam, lucem vitalem, animam reddere, restituere.

Exanimes animare umbras. Animas excire sepulchris, orco revocare — Hominem revocare canendo — Properata retexere fata, recludere. Vitæ me redde priori. Quis me inferorum sede ab infaustâ abstrahit, — & vivas domos Ostendit iterum Quem — furiata sacerdos Thessalis arcano jubet emigrare sepulchro.

*To raise an Army.* 114.
*To ransome a Captive.* 159.

## 1049. To do a thing rashly.

Temerè, inconsultò, inconsideratè, nullo consilio, raptim, non consideratè, non ratione & consilio, sed casu & impetu; fortuitò, audacter, negligenter, imprudenter, stultè, incautè, præposterè, incogitanter, improvide, nullâ ratione, sine ratione, sine judicio, præcipitanter, festinanter, præpostere, magnâ temeritate rem aggredi, omnia facere, conari, res suas gerere. Temeritate quâdam rapi. Repentino, inopinato impetu animi magis quàm consilio, levissimis de causis, nullâ certâ causâ impulsus rem suscipere.

Nimis in agendo præceps, paulo minus consideratus. Vir plenus inconsideratissimæ & dementissimæ temeritatis; cujus tanta est temeritas ut non procul absit ab insania; improvidus & incautus; temerarius, inconsultus, imprudens consilii inops, expers; amentissimus atque omnibus consiliis præceps ac devius; qui in arenâ, in re præsenti consilium capit.

*To fight rashly.* 537.
*To rate or chide one.* 1051.
*Raw or unskilful.* 1354.
*To reason or argue.* 109.

1050. To

## 1050. To rebel, revolt.

Bellum nefarium Reip. Regiæ Majeſtati indicere, inferre. In armis eſſe, arma capere, bellum gerere, ſuſcipere, renunciare contra Rempublicam, patriam, regem. Ad defectionem populum, plebem ſolicitare, concitare. Suſcepti imperii jugum excutere. Ab imperio deſciſcere. Ad hoſtes deficere, tranſire. In principem, in patriam novas res moliri, inſurgere, ſeditionem commovere, concitare, nefaria moliri. Summæ, ſupremæ autoritati repugnare, reſiſtere, armis ſe opponere. Jugo imperii colla, cervices ſubtrahere. Imperium detrectare.

## 1051. To rebuke, reprove or chide.

Aliquem increpare, corripere, objurgare; verbis caſtigare, agitare, exagitare, corrigere; vehementer, male, graviter accipere, culpare; ſeveriùs coarguere; aſpere perſtringere, ſeverâ oratione increpare, verbis mordacibus, acribus, graviſſimis inſectari, reprehendere.

Increpatione, reprehenſione, objurgatione acri, mordaci, auſterâ, ſeverâ uti, inceſſere, inſectare, in reprehendendo aculeos adhibere, acuminibus pungere, probris increpare.

Metuentes patruæ verbera linguæ.

Molli brachio objurgare. Sine aculeis pungere. *To reprove gently.*

## 1052. To recant or unſay a thing.

Retractare. Palinodiam, receptui canere. Priſtinæ opinioni renunciare. Errorem ſuum recognoſcere, deprecari, corrigere, fateri, revocare, deponere, Revocare quæ priùs dixerat.

——Nunc retrorſum vela dare, atque iterare curſus cogor relictos. —— Nunc ego mitibus mutare quæro triſtia, dum mihi fias recantatis amica Opprobriis, animumque reddas ——Nova præteritum Muſa retexit opus.

*To Reckon or account. 26.*

*To Reclaim from vice.*

## 1053. To recompence a good turn. 1278.

Beneficium beneficio, merita meritis, officia officiis penſare, compenſare, redimere, paribus æquare, remunerare. Par pari, parem gratiam, beneficii menſuram, mutuam officii vicem referre, reddere, retribuere, refundere, rependere, remetiri. Paria, vices rependere.

Meritis vicem reddere. Multis officiis alicui cumulate ſatiſfacere. Optime meritis referre, quod debeas ſolvere, perſolvere. Meritis & beneficiis parem eſſe, reſpondere. Alicujus erga ſe benevolentiam ſingularibus accipere officiis. Fricantem refricare. Operam alicui reddere, benigne compenſare. Fœneratum iſtuc tibi beneficium pulchre dicet.

Efficiam ut tuum officium non sine fœnore ad te redeat. Ejus benignitatem sensisti. Bene te facere aliquid illi dicet.

——— Grates persolvere dignas. Gratia reddetur magno cum fœnore.

### 1054. To recompence for a loss or injury done.

Damnum, damna, detrimentum sarcire, præstare, dissolvere & compensare. Jacturam rependere, refundere, resarcire. Sarcire quicquid damni à culpâ venerit, & incommodis mederi. Pari damno culpam redimere, luere. Indemnem aliquem præstare. Impendium reddere usque ad assem.

Officiis, beneficiis, meritis injuriam redimere, pensare, compensare, sarcire, resarcire. Injuriæ vulnus sanare.

### 1055. To reconcile, pacifie, make friends.

Discordes, dissidentes, litigantes, inimicos, animos offensos conciliare, reconciliare, in gratiam reducere, redigere, restituere, ad concordiam revocare. Simultates, omne dissidium & simultatem tollere, delere. Discordiam, seditionem; dissentiones sopire, sedare. Odium, inimicitias ortas extinguere. Lites dirimere. Inter dissidentes rem, pacem; motus animorum componere. Ex inimicitiis in gratiam revocare; concordiam instaurare, constituere. Ex inimicis amicos reddere. Animos dissidentes & hostili odio imbutos fœdere pacis & amoris conjungere. Injurias in gratiam, mutuas simultates in amicitiam vertere, commutare. Inimicitias ad amicitiam traducere. Rejectis odiis concordiam vinculis adamantinis astringere. Inter discordes gratiam reponere.

— Adversos componere amicos.

### 1056. To be reconciled or made friends.

Simultates mutuas, inimicitias, odia, omnem ulciscendi voluntatem, libidinem deponere, ex animo delere. Bonâ fide in gratiam redire. Odio pulso, rejecto; depositis inimicitiis, in mutuam gratiam, benevolentiam, amorem coalescere.

Male sarta gratia nequicquam coit, & rescinditur: *Not well reconciled.*

*It is Recorded.* 1446.
*To Recover his health.* 661.

### 1057. To recreate himself, weary with study or labour.

Animi relaxandi, recreandi gratiâ tempus à labore remittere; à rebus gerendis vacare; acquiescere parumper à studiis; vacare nugis: obsequi, dare studiis intervallum; ab omnibus molestiis, à studiis gravioribus conquiescere, animam abducere, retrahere, avocare; studium intermittere, cessare; & in otii portum confugere,

gere. Ad ludum & animi remissionem, relaxationem descendere. Animum studiis defatigatum laxare, relaxare reficere, recreare, refocillare, instaurare. Jucunditati, honestis oblectationibus dare se, veteris industriæ reparandæ causâ. Mentem prope hebescentem, languescentem, perpetuitate, assiduitate studiorum; animi aciem studiis labascentem, hebescentem otio reficere, acuere. Seriis occupationibus ineptias, ludos interponere, intermiscere. Lusu moderato ingenii vim, vigorem revocare, excitare. Respirare à studiis & colligere sese. Molestiam à severioribus studiis collectam, satietatem studiorum ludis [illegible]vioribus repellere, fugare. Studiorum onus animi relaxatione sublevare. Fastidium, tædium, molestiam negotiorum; defatigationem ex laboribus contractam jucundâ, gratâ ludorum vicissitudine levare, lenire, allevare, elevare, discutere, pellere, fallere, fugare, temperare. Mentem à cogitationum intentione ad tranquillitatem traducere. Fessum ingenium oblectare. Post magnos labores animi, sibi pausam & pacem concedere. Post graves rerum curas feriari à negotiis; facetiis, ludicris oblectare animum. Publicis negotiis perfunctum. Otio privato se dare. Distinguere graviora opera lusibus jocisque. Tandem aliquantulum tibi parce, vacuum tempus laboris da tibi. Nihil est in opere naturæ, quod non aliquas vices feriarum velit. Facere ut aures respirent à forensi asperitate. — Opus manuum vario sermone levare. Reparat vires alterna quies.—— Vires instigat alitque Tempestiva quies. — Major post otia virtus. Otia corpus alunt, animus quoque pascitur illis. Quod caret alterna requie durabile non est. Hæc reparat vires, fessaque membra levat.

## 1058. To give Scholars leave to recreate or play.

Pueris, discipulis ad requiem animi & corporis, ad ludum tempus; animi remissionem ludumque concedere, veniam, licentiam ludendi dare, potestatem relaxandi animos facere, dare vacationem à studiis. Ex ludo Grammatico, literario ad lusionem, ad ludos campestres dimittere.

Tempestivum pueris concedere ludum.

## 1059. To redeem, ransome, or deliver from bondage.

In libertatem captum, captivos vindicare, asserere; ab hostibus redimere, ex vinculis, servitute eripere, liberare. Servitutis, libertatis pretium solvere, persolvere, tradere, dependere. Pro capite alicujus pecuniam dependere. A cervicibus captivi jugum servile dejicere. Letho, morti, servituti captum bello filium eripere, subducere. Longo servitio levare.

*Ready at hand.* 645.

**1060. To reform or reclaim one from Vice. 341.**

Hominem improbum, flagitiosum à vitiis, flagitiis, pravitate morum avocare; ad frugem perducere; meliorem reddere, vitiis atque erroribus levare. Vitiis atque erroribus alicujus mederi, medicinam afferre; remedium invenire, adhibere. Animum vitiis ægrum sanare, depravatum corrigere. Hominem errantem de viâ ad virtutis tramitem reducere; sceleratum à libidine; turpitudine, &c. ad continentiam, constantiam, honestatem, integritatem, omnemque virtutem convertere, traducere, revocare, transferre.

*To reform his own life.* 78.
*To refrain his anger.* 87.
*To refrain from pleasures.* 11.
*To refresh or recreate himself.* 1057.

**1061. The last refuge.**

Ad anchoram sacram, extremam confugere. Ad triarios res rediit. In te spes [illegible]: si deseris tu Perimus. Abdera pulchra Teiorum colonia. Ad asylum. Ad aram.

*To refuse to grant.* 416.
*To refuse an offer.* 915.
*To refuse good counsel.* 352.
*To rejoice.* 620.

**1062. To relate a thing, or speak plainly.**

Res quemadmodum gesta sit, nudè, sine velo, fuco, veste, larvâ, personâ Rhetoricâ exponere, enunciare. Totam causam plicare, atque ante oculos pon Rectâ viâ, justo ordine rem rare. Aptè, apertè, & ut res habet narrato. Dilucidè, spicuè, clarè quæ acta sunt om um oculis subjicere. Sic expo re, quasi agatur res, non q narretur. Planè & Latinè, Lati non accusatorie loqui. Rem ap tiùs declarare, apertiùs & cla dicere; inculcare & desig verbis communibus.

**1063. Though grievous to relate,**

Etsi gravis, gravissima sit re molesta, permolesta, acerba di aspera & gravis; amara, ingr odiosa; cujus ipsa recorda maximum irritat dolorem quam tractatio, refricatio hu vulneris incredibilem pariat gorem atque molestiam; pau tamen accipite; audietis; dic referam, narrabo.

Admonitu quanquam luctus noventur acerbi, Perpetiar mem rare tamen. —— Tactusq; dolo Conjugis amissæ lacrymis ita fa obortis, &c. *Ovid. Met.* 7.

——Quid me memorare mal rum Cogis, & obductos annis scindere luctus? Infandum, re na, jubes renovare dolorem.— Quis talia fando Myrmidon Dolopumve aut duri miles Ulyss Temperet à lacrymis? Quanqua animus meminisse horret, luctu que refugit. Incipiam.

Ingens, &c. *Ovid. Met.* 7. Triste petis munus; Quis en

sua prælia victus commemorare velit? referam tamen ordine.— Immania vulnera, rector, Integrare jubes.

1064. **Relate from the beginning.**

Da operam ut à principio res quemadmodum gestæ sint cognoscam. Altius repetere, atque ab origine omnem rem enarrato. Ipsos aperi fontes. Ab initio, à capite, fonte, stirpe repetatur ultima totius rei memoria. Paulo altius ab ipso rei exordio, exordium narrationis instiuue. Ne tu Homerico more —— In medias res Non secus ac noras auditorem rape: Sed gemino bellum Trojanum orditur ab ovo. Ab ultimâ antiquitate; à principio memorentur hæc. Ipsa cunabula hujus rei & primordia pateant oculis & proponantur.

Incipe & à primâ dic hospes origine nobis Insidias Danaum. ——Primâque ab origine mundi, Ad mea perpetuum deducite tempora carmen. Primâ repetens ab origine dicas.—— Rerum primordia pandas.

*To rely upon, or trust in.* 1320.

*A remarkable, observable thing.* 846.

1065. **To remember, or keep in memory.**

Mente aliquid, memoriâ, firmâ, sempiternâ, animo tenaci comprehendere, complecti, sepire, custodire, conservare, tenere, retinere, servare, impressum, consignatum, inscriptum, fixum, infixum firmiter habere, tenere. Res præteritas, memoriæ mandatas, commissas, ex animo nunquam, nullo modo deponere, dimittere, nullâ oblivione conterere, sepelire; non pati excidere. Rem, rei memoriam imis pectoribus commendare, committere, infigere, insculpere. In memoriâ habere, tenere. Memini, probè memini, recordor; reminiscor. Pectoribus, medullis hæret, inhæret, altiùs, insidet, tenaciùs inhæret; altissimis animo radicibus inhæret. Trabali (quod aiunt) clavo memoriæ infixum conservare.

— Manet altâ mente repostum.
—— Nec me meminisse pigebit. Dum memor ipse mei. Memori mente, pectore tenere. Hæc mihi semper erunt imis infixa medullis. Signatum memori pectore nomen habe.

1066. **To call to remembrance, or mind.**

Memoriam alicujus rei pene mortuam revocare.

Rem diuturnâ oblivione obrutam, sepultam indagare, vestigare, amissam, diutissimè absconditam, præteritam, sopitam, temporis intercapedine contritam diligentiùs, accuratiùs quærere, reminisci, recordari; animo, memoriâ repetere, concipere in animum, memoriam revocare, reducere, redigere. Memoriam præteritorum renovare, repetere, redintegrare, instaurare. Vetera memoriâ repetere, secum recolere.

Rei

Rei alicujus memoriam, animum suum memoriâ refricare. Vetustate, tempore contritum quid, deletum, confectum fere recognoscere. Mihi succurrit, rediit in memoriam. Subeat tibi memoria nostri. Quoad longissime potest mens mea respicere spatium præteriti temporis, & pueritiæ memoriam recordari ultimam.

——— Si rite audita recordor.
Sæpe jam spatio obrutam, Levis exoletam memoriam revocat nota. Cum subit illius tristissima noctis imago.

*To put one in Remembrance.* 857.
*To Remove a Camp.* 241.
*To Remove one from his Office.* 411.
*To be Removed.* 411.
*To Renounce or abandon.* 1.
*Of great Renown.* 527.
*To make one Renowned.* 528.
*To Repair a ruinous house.* 694.
*To Repeal a Law.* 783.
*To Repeat often the same thing.* 1273.

## 1067. To repent for his sins.

Peccatorum, scelerum, facti scelerati, facinoris pœnitentiâ, conscientiâ, memoriâ, recordatione torqueri, confici, cruciari, percelli, dolere vehementer, dolorem gravem concipere. Temeritatis, turpitudinis, maleficii pœnas à seipso repetere, exigere; sibi dare velle animo volenti, libenti. Corrigere pœnitendo errorem suum. Facti sui, criminis, commissorum, facinorum pigere, pudore, pœnitentiâ duci, corri[...] pœnitere. Pœnitenti esse ani[...] propter dedecus, facinus adm[...] sum. Sua peccata, maleficia [...] stidire, vehementer odisse, od[...] acerrimo prosequi, acriùs in [...] vindicare. Dolere factum, fac[...] pœnitentiam agere. Admissa l[...] gubriter deflere. Fletu, lachrymis [...] lachrymarum fonte, imbre, no[...] crimina abluere, obliterare, dele[...] re. Tædet vehementérque pœn[...] tet. Vix à se manus abstinuit; tan[...] vis fuit pœnitendi. Mihi dolore[...] attulerunt errata ætatis meæ.

Pœniteat sceleris. ——— Hic so[...] let eventus facta nefanda sequi[...] Ploro turpe commissum. Jam [...] damnat, ——— jam se peccasse fa[...] tetur. Pœnitet, ô si quid mis[...] rorum ignoscitur ulli, Pœnitet & [...] factis torqueor ipse meis.

## 1068. It was reported.

Rumoribus dispersum est, incre[...] buit, percrebuit. Fama dissipata [...] sparsa, pervulgata erat, nunci[...] accipiebatur, deferebatur, perv[...] sit. Nuncii, rumores ad eum cre[...] bri venerunt, afferebantur. In ore [...] erat omni populo. Rumores de[...] tulerunt. Vulgo dictum, jactatum [...] audio. Serpit, emanat hic rumor. Vulgaris, illustris & pervagata fa[...] ma. Sermo civitatis pervulgatus. Longé lateque pervagata res; vul[...] go decantata, communi sermone celebrata. In ore omnium versa[...] tur. Omnium sermone percre[...] buit. Ferunt, aiunt, dictitant, prædicant.

——— Re[...]

—-Rerum fama occupat aures. It, bacchatur fama per urbem.

## 1069. It is diverslyreported.

Eâ de re varii, diversi rumores jactantur; multiplex, non una & eadem, non certa & sibi constans fama est, dissipatur; variè narratur; aliud atque aliud dicitur.

*To have an evil report.* 724.
*To repose trust in.* 1320.
*To repress the seditious.* 1147.
*To reproach.* 1173.
*To reprove.* 1051.
*To give a repulse.* 416.
*To request.* 192.
*To deny ones request.* 416.
*To grant ones request.* 634.
*It is requisite or convenient.* 185.

## 1070. To resemble, or be like unto.

Specie corporis, ingenio, moribus referre patrem, exprimere, repræsentare, reddere.

Patris formam, morum & formæ patris similitudinem præ se ferre, gerere. Patri esse quàm simillimum. Proximè, quàm maximè accedere ad formam indolémque patris. Effigiem, faciem, imaginem, similitudinem, mores, ingenium patris, morum similitudinem, ingenii speciem ferre, referre, repræsentare, reddere. Ex omni parte ita similis patri est, ut non ovum ovo magis; ut non pingi fingive; ut nullâ efformari arte similior possit. Utrumvis recte noris, ambos noveris; tam inter se aptâ & appositâ similitudine convenient. Ita similis patri, quasi ex ejus capite ortus, ita ut aiunt Minervam ex Jovis. Elegantiâ patris tinctus puer. Unum si scias, alterum facilè cognoscas; par est utriusque ingenium. Nihil à patris ingenio filius declinat. Quòd est consimilis moribus, facilè convinces ex te natum. Patrizare. Frater fere alter. In eodem docti ludo.

Cujus inest animo patrii candoris imago. Nimiúmque patri similis: hos vultus meus habebat Hector, &c. *Sen. Troas Act.* 3. Os humerosque deo similis. Penè gemelli. — Facies non omnibus una, Nec diversa tamen; qualem decet esse sororum.

*To counterfeit a resemblance.* 356.

## 1071. To resign an office, surrender or yield up.

Officio, munere, magistratu se abdicare. Alteri provinciam, officium tradere, cedere, resignare, reddere, dedere; in alium transferre; unde accepit restituere; potestati alterius permittere. Loco cedere. A gubernaculis decedere. A rep. recedere. Alii facem, lampada tradere. Partes suas in alium successione quadam conferre, transferre: Imperium, magistratum, reip. habenas dimittere, deponere.

Imperium transcribere.

*To resist or oppose.* 926.
*To resist the truth.* 1324.

*To resist temptation.* 1276.

1072. To resolve, or purpose.

Firmissimè statuere. In animo habere, concipere, decernere, statuere. Cum animo constituere. Instituere. Apud animum statuere. Est mihi, habeo certum, decretum, constitutum, destinatum, animo fixum, immotum, statutum cum animo deliberatumque. Certum atque obstinatum est; proposui, destinavi in animo, decrevi, mecum statui, consilium est ita facere. Certus semper hujus propositi fui. Fixo consilio & confirmato istud auspicatus & aggressus sum. Inducere animum, in animum. Intentum animum tanquam arcum habere. Sententia sic est, stat, frata & firma est. Animo insedit, immotum sedit. Obfirmavi animum. Animus est, in animo est, mihi constat proficisci. Fert animus. Nunc quoque mens eadem mihi perstat. Animo fixum immotumque sedet. Certa sua est illi, constat, sedet hæc animo; sic stat sententia. Neque me sententia vertet.

*To resolve doubts.* 403.
*To alter ones resolution.* 77.

## 1073. To resort, or flock to some place.

Ad locum aliquem magno, maximo numero, infinitâ multitudine, denso agmine confluere, ferri, convolare, concurrere. Locum frequentiâ magnâ celebrare, petere; multitudine cœtuque celebri frequentare. In loco aliquo maximâ frequentiâ convenire. Locus populi frequentiâ celeberrimus; civium atque advenarum multitudine nobilissimus, valdè celebratus.

## 1074. To restore one to his place.

Alicui locum restituere. Aliquem in locum unde decidit, in priorem gratiæ & honoris locum restituere; in gratiæ & honoris locum restituere; in gradum, in sedem dignitatis atque honoris reponere. Pristinum alicui statum, dignitatem reddere.

Imperium & dignitatem ereptam, amissam recuperare, recipere. Recipere se in principem: *To be restored.*

## 1075. To return home to his house.

Intrò ire, concidere; se conjicere, corripere; referre pedem. Ingredi, subire domum. Domum, in ædes se recipere, conferre, convertere. Introire in ædes. Domum vadere, redire.

Revocare gradum, pedem; Recipere gressum ad limina.

1076. To return to evil Courses.

A sanâ mente iterum deficere, desciscere. Bis ad eundem impingere. Ad eundem furorem, ad vomitum canis, ad volutabrum suis redire. Ut canis immundus vel amica luto sus, ad vitiorum sordes & illuviem recipere se. —Si

sperat

ſperat fore clam rurſum ad inge-nium redit. Eurydice ad inferos delapſa bis.

*To return to his ſtudies.* 1225.
*To retort evil words.* 911.
*To return from a journey.* 740.
*To return to the purpoſe.* 1042.

## 1077. To revenge, avenge, or be avenged. 91.

Injuriam illatam ulciſci, vindicare, compenſare, retribuere, retaliare, reponere, referre, reddere. Reddere talionem. Vindictam ſumere, pœnas repetere de aliquo. Acrius, gravius ad ulciſcendas injurias incumbere. Vehementiſſimè injurias perſequi. Par pari referre. Amentatas haſtas retorquere. Pro malo malum dare. Remordere. Recalcitrare. A me inultum non auferes. Injuriam inultam, ignominiam impunitam non dimittere. Non impunè hoc facies. Neoptolemi vindicta.

— Ferro exercere dolorem. —Si non aliqua nocuiſſet mortuus eſſet. Ulciſci ſtatuit, pœnæque in imagine tota eſt. Dum ferrum flammæque aderunt, ſuccuſque veneni, Hoſtis Medeæ nullus inultus erit. Forſan debita jura viceſque ſuperbæ Te maneant ipſum, precibus non linquar inultis.

## 1078. To reverence, honor, worſhip.

Aliquem venerari, revereri, colere, obſervare, ſuſpicere; omni, ſummâ obſervantiâ, ſingulari ſtudio colere; honorificè, honorificentiſſimis verbis appellare; veneratione, obſervantiâ, cultu quodam, honore ſummo, ampliſſimo ornare, dignari, proſequi; in honore habere; per-officioſè, & per-amanter obſervare. Alicui aſſurgere, applaudere, genua flectere; caput inclinare, aperire; honorem deferre, dare, habere, facere, reddere, prohibere, exhibere. Obſervantiſſimus tui. — Quem non minùs veneror genitore. Multo honore aliquem compellare.

Præfari honorem, honor ſit auribus: *Save your reverence.*

*To revile, reproach.* 1173.
*To revolt.* 1050.

## 1079. To reward one for his good deſerts.

Præmium, merita, præmia benè merenti, debitos honores virtuti dare, tribuere, perſolvere, deferre. Præmiis amplis, ampliſſimis; mercede magnâ, muneribus benè meritos afficere, donare, remunerari, cumulare, decorare honeſtum laborem. Ex ærario publico, è fiſco, è publico, è Rep. præmium amplum, ſtatum, annuum ſalarium, cenſum, centena annua ob novitatem inventæ rei, ob meritum in Rempub. ſtatuere, conſtituere, deſignare, decernere alicui, conferre in aliquem. Pramia digna, debita meritæ palmæ reddere, perſolvere.

## 1080. To be rewarded.

Affici, donari præmio. Auferre, metere præmium. Operæ benè navatæ pretium, periculorum præmia & laborum mercedem accipere. Uberes meritorum ex virtute fructus colligere, metere, percipere.

Grandia, multa meritorum, laborum præmia ferre, capere. Tegitur festâ victor coronâ.

## 1081. To make one rich.

Opibus, divitiis, copiis aliquem augere, explere, cumulare, instruere, donare, ditare. Magnam pecuniæ vim, opes amplissimas in aliquem conferre; Adoptare in divitias. Ex tenui fortunâ, ex summâ rerum inopiâ ad maximam opulentiam, copiam, affluentiam rerum provehere, promovere, perducere. Locupletare.

Divitias alicui ministrare, suggerere. Cujus opes auxere meæ; cui dives egenti Munera multa dedi.

## 1082. To wax, or grow rich.

Suas fortunas, opes, copias, facultates, divitias, suam rem, domesticam, familiarem augere, amplificare; multis accessionibus ornare, cumulare. Magnum acervum, ingens, grande pondus, maximam vim auri, argenti, pecuniarum: Thesauros ingentes corradere, quærere, congerere, conflare, contrahere, conficere, colligere, comparare, reponere, recondere.

Magnos nummorum acervos, immensam pecuniarum congeriem, innumerabiles pecunias cogere, corrogare, coacervare, construere, accumulare.

Grande peculium conficere. Ex mendicitate, & ex cœno, ex miserrimis fortunæ suæ sordibus emergere. Ditescere.

Divitias alius fulvo sibi congerat auro, &c. *Tibul.* 1. 1. Crescentem sequitur cura pecuniam Majorumque fames. Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit. Creverunt & opes & opum furiosa cupido. Rem facere. Divitiis augeri. Multas opes, divitias componere, conquirere.— Juvencis alligata pluribus aratra nituntur meis. Redditus augere paternos.

## 1083. Rich in Land. A Landed-man.

Qui prædia colit multa & fructuosa, opima & ampla, redditus habet maximos; uberrimos, terras & latifundia amplissima; agros cultissimos; hæreditatem luculentam & magnam tenet.

Dives agris. Arat Falerni mille fundi jugera. Ditissimus agri Cujus conspicitur nitidis fundata pecunia villis —— Quo non possederat alter Latius, aut totidem tollebat farris acervos. —— Terram centum vertebat aratris. Cui sunt—— diffusi jugera campi; Urbanique tenent prædia multa lares.——Tecta culti

culti jugera multa soli. Magnaque Niliacæ servit tibi gleba Syenes; Tondet & innumeros Gallica Parma greges.

## 1084. Rich in Cattle.

Ab ovium gregibus atque armentis copiosus.

Pecudum copiâ & multitudine abundans.

Mille greges illi totidemque armenta per herbas Errabant. Pauperis est numerare pecus, &c. *Ovid. Met.* 13. 8. Quam dives nivei pecoris, tam lactis abundans. Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ &c. *Virg. Eclog.* 2. Quinque greges illi balantum, quinque redibant Armenta. Te greges centum, Siculæque circum mugiunt vaccæ.

## 1085. Rich in Mony.

Maximam auri argentiq; vim, ingentes nummorum acervos, pecunias infinitas, innumerabiles, thesauros immensos, amplissimos habere congestos domi. Benè nummatus, egregriè pecuniosus.

Dives positis in fœnore nummis. — Intactis opulentior Thesauris Arabum & divitis Indiæ. Cujus inexhaustas arca flagellat opes.

## 1086. To abound in Riches, or wealth.

Maximis divitiis, facultatibus, opibus, copiis; omnium rerum ubertate copiaque frui, abundare, affluere, circumfluere, florere. Maximis fortunæ muneribus, beneficiis, ornamentis affici, instrui, donari, cumulari, locupletari. Fortunam habere amplam, splendidam.

Homo locuples, locupletissimus, ditissimus, opulentus, fortunatus, copiosus & dives; qui rerum, bonorum omnium abundantiâ fruitur, copiis ditatur. Crassum, Crœsum, Midam superat divitiis.

—Pecore & multâ dives tellure; illique Pactolus fluit.— Ego vectigalia magna, Divitiasq; habeo tribus amplas regibus. In quamcunque domûs adverti lumina partem, Immensæ spectantur opes. — Non est ut copia major Ab Jove donari possit tibi.

## 1087. Riches are more esteemed, than vertue or good deserts.

Divitiæ virtuti præferuntur. Virtus postponitur divitiis. Qui plus opibus valet, valet plus gratiâ. Quo quisque opulentior, non quo virtute præstantior, eò apud omnes ordines gratior est. Majora sunt hominum studia in divites, opulentos, locupletes; divitibus magis favent, student, quàm virtute præditis. Ditissimus quisque vulgo optimus, præstantissimus habetur. Divitiarum copiis, non virtuti, dignitas defertur, honor tribuitur. Apud vulgus hominum divitiæ commendant non probitas morum. Plus opibus tribuitur quàm virtuti.

— Dat census honores, Census amicitias. Et genus & formam

mam Regina pecunia donat.—— quærenda pecunia primum, Virtus post nummos.

## 1088. To ride a Horse.

Equitare. In equo vehi, sedere. Equo invehi, provehi, ferri.

Spumantem equum agitare. Fræna, lora, habenas agitare, ducere, premere manu, tenere, manibus moliri. Fertur equis; equi spumantis ora, colla flectit; ardentes æquore campi exercet equos; Appiam mannis terit. Flectere fræno colla fugacis equi. —— Nive candidioribus vectabatur equis. Tergumque premebat Acris equi. — Acri gaudet equo, jamq; hos cursu, jam præterit illos, Purpureusque albi stratis insignia pictis Terga premebat equi, spumantiaq; ora regebat——— Eques in tergo residens huc lætus & illuc Mollia purpureis frænabas ora capistris.—Maculis quem Thracius albis Portat equus.

## 1089. A skilful Rider or horseman.

Eques; equiso exercitatus, peritus, peritissimus equitandi, equos agitandi arte clarus.

Doctus flectere colla equorum. Eques ipso melior Bellerophonte.

## 1090. A ridiculous thing.

Ridicula, perridicula res, risu digna, accipienda & ludibrio; quæ vel Heraclitum solvat in cachinnum, Heraclito risum excutiat. Democrito censore dignum opus. Quid enim majore cachin[nis] Excipitur vulgi? ——Movet co[r]nicula risum Furtivis nudata co[]loribus. Spectatum admissi risum teneatis amici?

## 1091. To win one by ri[]gour, severity, fear.

Homines audaces, improbos mi[]nis & metu, terrore legum, supplicii formidine, severitate, asperi[] gravius puniendo, inclement[] agendo, asperius tractando, [a]nimadvertendo severius, animadve[r]sionis metu coërcere, refræn[], in officio continere, domare, sub[]gere; ad suam voluntatem, nutu[] redigere, reducere; ægrè, su[] cum vi, contentione comprime[] continere. Mali puniuntur & m[]ducuntur in melius.

Oderunt peccare mali formidi[]ne pœnæ.

Sit spes fallendi, miscebit sacr[a] profanis. Cautus enim metuit fo[]veam lupus, &c. *Hor. Epist.* 1.1[] — Equi frænato est auris in ore. Tolle periculum, Jam vaga pro[si]liet frænis natura remotis. Tu nihi[l] admittes in te formidine pœnæ.

*To yield of his right.* 1451.

## 1092. A Ring-leader to mis[]chief. 147.

Scelerum, flagitiorum, impiet[a]tis, malorum princeps; archi[]ctus, machinator, præceptor, ma[]gister, autor; signifer, antesigna[]nus; artifex. Qui nequitiæ fac[em] præfert, scelerum aperit fontes, m[a]lorum

lorum unus omnium culpam sustinet: Sator sartorq; scelerum & messor maximus. Improborum dux.

*To be riotous.* 1014.

1093. **To rise from low place, mean condition, to high dignity.** 47, 48.

A remo ad tribunal. Ex loco infimo in summum traduci; in altissimum subvehi, tolli. Sordido natus, loco humili, obscuro, ad summum ascendit imperii fastigium. Consulatu functus est; sceptrum arripuit Qui mendicus aberrabat in vicis, ad opes & honores summos tandem evectus est. Ex fortunæ infimæ tenebris, ad claritatem & decus emergere. Ex pastore D A V I D factus est Rex, ad regnum aspiravit, imperium est nactus amplissimum. Ex summâ egestate ad summas opes transire.

Ex nihilo, ex humili — magna ad fastigia rerum Extolli. Si fortuna volet fies de Rhetore Consul. Fortunam reverenter habe quicunque repente Dives ab exili progrediere loco. Asperius nihil est humili cum surgit in altum.

1094. **To rise from the dead.**

Ab inferis, à mortuis redire, emergere, suscitari, &c. 1048. resurgere; ad vivos in terras remeare, remigrare, ascendere. Animam vitamque recipere. Reviviscere. Redivivus.

Quod si Threicio blandiùs Orpheo Auditam moderere arboribus fidem, Non vanæ redeat sanguis imagini, Quam virgâ semel horridâ nigro Compulerit Mercurius grege.

1095. **A River.**

*Fluvius. Flumen.*

Amnis, ab amœnitate dictus. Torrens, concitus imbribus amnis. —— Tenuis fugiens per gramina Rivus: *A Brook.* —— Nemus gelidum est de quo cum murmure labens Ibat, & attritas versabat rivus arenas. Acheloüs imbre tumens, &c. *Ovid. Met.* 4. 7. —— Non illo plura Caïster Carmina cygnorum labentibus audit in undis, &c. *Ovid. Met.* 5. 6. —— Te, Cyane, canam, tacitis qui leniter undis Cæruleus placidis per vada serpis aquis. Invenio sine vortice aquas, sine murmure euntes, Perspicuas ad humum; per quas numerabilis altè Calculus omnis erat, &c. *Ovid. Met.* 5. 10. — Tardis ingens ubi flexibus errat Mincius, & tenerâ prætexit arundine ripas, Fluminaq; obliquis cinxit declivia ripis, &c. *Ovid. Met.* 1. 2.

1096. **To rob by Sea or Land.**

Latrocinari, grassari. Viatores prædari, infestare; argento spoliare, exuere, diripere, expilare, expoliare. Prædas & rapinas facere, agere. Bona & fortunas aliorum ad prædam proponere, rapere, vocare. Vias, itinera insidere, obsidere armis prædæ faciendæ

causâ; rapinæ & spoliorum spe latrocinium, piraticam, rapinam exercere, agitare. Ex præda vivere. Itinera latrociniis infesta reddere. In deserto loco nactus multo auro imbecillum, atque solum spoliavit. Prædo, prædator, pirata, latro. Spes rapiendi atque prædandi occæcat animos eorum.

Excepti à latronibus viatores. *Fallen into the hands of Thieves.*

Semper—recentes Convectare juvat prædas & vivere rapto. Ex rapto vivere. Factus inops agili peragit freta cærula remo, Quisque male amisit, nunc male quærit opes. Captas ad littora vertere prædas.

*To rob the Common-wealth.* 301.

*To be beaten with Rods.* 171.

## 1097. A Rogue or a Vagabond.

Qui vitam inopem & vagam prosequitur; nullum habet domicilium, sedem stabilem; certum habitandi, consistendi locum; oberrando, vagando victum quæritat; non habet ubi consistat. Qui ubique habitat nusquam habitat. Erro vagus. Mundanus. Homo incerti laris; qui incertis vagatur sedibus.

1098. *Romulus. Quirinus.*

Martigena. Marte satus, genitus. Mavortius heros. Soboles, proles Mavortia. Romanæ conditor urbis. Primus Romanorum rex.

1099. *Rome. Roma.*

Terris nomen fatale regendis. Urbs Romulea, alta Quirini; Septicollis, Martia, Mavortia; potens armis, opibus. Quæ de septem totum circumspicit orbem Montibus; imperii Roma deúmque locus; edomito sustulit orbe caput; orbium regina & rerum domina——Facta est pulcherrima rerum, Septemque una sibi muro circundidit arces; Tantum alias inter caput extulit urbes, Quantum lenta solent inter viburna cupressi;——toti quæ præsidet orbi.——Fortuna loci caput extulit hujus. Et tetigit summos vertice Roma deos.

## 1100. Roots, and Rooting.

Radicare, radicari, radices agere. *To take Root.* Altas radices agere, figere, habere; altissimis radicibus defigere, descendere, niti; altiùs radicem terræ affigere; radice in Tartara tendit: *To take deep rooting.* Eradicare arborem; radicitùs, stirpitùs, funditùs tollere, evellere, extrahere, extirpare; radicibus eruere; ruptis radicibus evellere: Fibras evellere arbori: *To root up a Tree.* A stirpe interiit.

## 1101. To Rot, Rust, Putrifie.

Putrescere, computrescere. Cariem sentire, trahere, contrahere, recipere, pati. In cariem transire, verti. Carie corrumpi, infestari, vitiari. Longo situ corrumpi.

Ru-

Rubigine, ferrugine, ærugine infici, obduci, confici. Rubiginem contrahere. Ferrum si non exerceat, rubigo interficit.

Exesa scabrâ rubigine tela.

1102. To row a Ship or Boat.

Remigare, navigare remis. Navem, navigium, ratem, cymbam, scapham, lintrem, lembum remis, remigio propellere; remigiis subigere.

Sollicitare fretum, aquas remis.——Validis incumbere remis.——Infidum remis impellere marmor.—— Remis zephyros supplere cadentes. Impellit properantibus æquora remis. Remige carpit iter. Vela cadunt, remis insurgimus; haud mora, nautæ Adnixi torquent spumas & cærula verrunt. Verrimus & proni certantibus æquora remis.——Navis præfixo concita rostro Sulcat aquas juvenum sudantibus acta lacertis.—— Adductis spumant freta versa lacertis, infindunt sulcos, &c. *Virg. Æneid.* 5. Juvenes reducunt Ordinibus geminis ad fortia pectora remos, Æqualique ictu scindunt freta. Impellere remige classem. Remigio navis se tarda movebat.

Remis velisq; navigare — Remorum in verbere perstant Velaq; deducunt, geminaq; ope currere certant, tentant.——Remis utaris & aurâ. Remis adjice vela tuis. Aura levis rigido pendentia lintea malo Suscitat, & remis erupta canet aqua. Facient celeres remus & aura vias. *To use both Oars and Sails for haste.*

*Rude or unlearned.* 1349

*Rude or unskilful.* 1541

1103. A Ruffian, or Swash-buckler.

Homo audax & amens, sicarius, gladiator. Importunus, importunissimus, gladiator. Qui in armis cum gladiis, per forum, toto foro, tota urbe volitant; maleficio & scelere pascuntur. Deprehensus cum sicâ percussor Cæsaris.

Audax omnia perpeti — ruit per vetitum nefas.

1104. To bear rule. 1046.

Clavum imperii tenere. Ad clavum, gubernacula Reip. sedere. Reip. gubernacula, habenas tractare, Magistratum, magistratus personam gerere. Remp. administrare, regere, gubernare, moderari, temperare, procurare. Populo præesse, imperare, dominari, præsidere, præfici. Rerum potiri. Cum imperio esse. Imperio populum continere. Principatum in Rep. tenere, obtinere. Summis rebus, summæ rerum præesse. Reip. navem gubernare. Muneribus amplissimis in Rep. fungi, perfungi, defungi. Maxima, summa, amplissima imperia sustinere, gerere, sibi commissa, tradita mandata habere. Penes eum jus & imperium est. Illi summa imperii delata, permissa est.

## 1105. To hear a Rumor, Report, or Fame. 1068.

Aliquid famâ, auditione, ex rumore, ex ore populi accipere, cognoscere, discere. Tenuem auditionem aliquâ de re accipere. Increbuit apud me fama. Ex audito arguere. Nihil præter auditum habere.

Ad nos vix tenuis famæ perlabitur aura. Nuncia fama venit. Contigerat nostras infamia temporis aures. Fama loquax pervenit ad aures—quæ veris addere falsa Gaudet, & è minimo sua per mendacia crescit.——Hæc tibi nunciat author Ambiguus; vagis rumoribus audit.——Multiplici populos rumore replebat Fama, &c. *Virg. Æneid.* 4. Famæ descriptio. Famæ domus, *Ovid.* 12. 1. 2.

## 1106. To run away Cowardly. 568.

Inhonestè, ignavè, timidè, abjectè, turpiter, formidolosè, fugâ terga dare, vertere; ex bello, è prælio aufugere, effugere, discedere; fugâ se subducere, proripere; fugam facere, capere, arripere, corripere, capescere; fugæ se committere, commendare, mandare, credere; in fugam, in pedes se convertere, conjicere, dare, recipere. fugâ, pedibus sibi consulere; salutem petere, quærere, adipisci. Impetum armorum, incursionem hostium ignominiosè subterfugiendo declinare. Hostium vim, arma cedendo subterfugere, vitare. Abjecto scuto, clypeo fugere, & in pedibus ponere spem, salutem. Exercitus fugæ distractus, dispersus, dissipatus.

Terga fugæ nudant, præbent. Turpia fœmineæ terga dedere fugæ. Fugam accelerare, maturare, festinare. ——Celerem fugam sensi relictâ non bene parmulâ. Inclinare in fugam: *Ready to fly.*

## 1107. To stop or hinder from running away, to give way.

Hostium fugam claudere, intercludere. Fugam suorum cohibere, compescere, reprimere, sistere. Suos fugientes, inclinantes in fugam sistere, avertere, revocare. Magnâ vi suis ignominiam fugæ, suos ignominiâ fugæ prohibuit.

Dare, aperire fugam hostibus: Hosti fugienti pontem aureum sternere.

## 1108. To run swiftly, quick, speedy.

Currere velociter, velocissimè; ut neque aves neque venti velociùs. Cursu, motu corporis concitato, concitatissimo ferri, rapi. Cursim, cursu veloci aliquò contendere, accurrere, advolare, proripere se. Cito, citissimo, celeri, celerrimo passu, cursu, pede, gradu ruere, pervolare. Summâ pernicitate uti. Magnum spatium, vim longam brevi, incredibili celeritate

leritate conficere, percurrere. Cervum cursu vincere; equum, capem transire, superare. Tantâ incitatione fertur, eâ celeritate contorquetur cœlum ut par nulla cogitari possit; ut celeritas ejus quanta sit ne cogitari quidem possit. Pegaseo gradu & vorans viam redi. Volare potiùs quàm currere videtur. Citus, celer, velox, agilis, pernix, volucer, præpes, rapidus, festinus. Accipitre, Pegaso ocyor, velocior.

Præcipitare, corripere viam, cursum. Volucri meare cursu. Velut fugiens hostem currere. —— Rapido contendere cursu, —— Fugit ocyor aurâ Illa levi. Ocyor cervis, & agente nimbos Ocyor Euro. Ocyor & jaculo & ventos æquante sagitta. Ocyor & cœli flammis & tigride fœtâ. Ilicet igne Jovis, lapsisque citatior astris Exiliit. Fugit pernicior alite, vento, non segnior alite. Fugit milvius. Cursu volat alite. —— Ad sua præmia tendunt, Ut celer Eleo carcere missus equus. —— Scythicâ non segnius ire sagittâ. Fugit insanæ similis procellæ —— Et ventis, & fulminis Ocyor alis. Non tantum cervo claris latratibus acto, Verum etiam ventis vocucrique fugacior aurâ —— Volucrem cursu prævertitur Hebrum; auras provocat. Illa vel intactæ segetis per summa volaret, &c. *Virg. Æn.* 7. —— Stupuere relicta Nubila, certantes Eurique Notique sequuntur. Exiliêre loco: quæ tantum carbasa ponto, Quæ bello sic tela volant, quæ nubila cœlo? &c. dicitur emissum cursu deprehendere telum, &c. *Stat. Theb. v.* 608. & 597. —— Ruunt rapidâ velocius aurâ. Posse putes illos sicco freta radere passu, &c. *Ovid. Met.* 10. 11. —— Illi æquore aperto Ante Notos Zephyrumque volant. —— Cursu pedum prævertere ventos. Vis cursu pedibusq; gloriari? Tigrim vince levemq; Passerinum. Nulla est gloria præterire asellos.

1109. To run up and down, to and fro.

Sursum deorsum, huc & illuc, ultrà citraque, ultro citroque cursare, cursitare. Cursitando totum diem consumere. Vidi sæpius huc venientem, abeuntem. Ambulando, discurrendo defatigare se, rumpi. Plateas concursare.

Nunc hue, nunc illuc exemplo nubis aquosæ Fertur. Huc it & hinc illuc. Ferre referre pedem. Nunc huc nunc illuc utroq; sine ordine curro? —— Huc illuc quà furor egit eo. Et nunc huc inde huc incertos implicat orbes.

1110. To run a man through.

Ense, gladio, ferro, telo, mucrone stricto, districto perfodere, trajicere, confodere, penetrare, transfigere, transverberare. Per medium aliquem exigere, trajicere, transfigere, transmittere ensem.

Eat per artus ensis exactus meos. Transfigere ensem per pectora.

Transadigere costas ense. Ensem, gladium alicui inferre; per pectus infigere; adigere in pectus; condere in pectore; latere abdere, recondere. Indevitato trajecit pectora telo. Transmittere cuspide pectus. Cur aliquis rigido fodiat sua pectora ferro. Transmissus ensis per latus st... det. Pectore consumpsit e... sem.

*A Runnagate.* 1097.
*To Rust.* 1101.
*A Rustick or Clown.* 280.

S.

1111. **To offer Sacrifice.**

SAcrificare. Sacrum, sacra, sacrificium, rem divinam facere, celebrare, conficere, peragere. Sacrificia, victimas, hostias immolare, efferre, mactare, cædere. Rei divinæ, sacris operari. Deum, Numen divinum, iram Dei hostiis, oblationibus, thure, donis placare. Victimis cæsis litare. Deum colere, venerari. Thure & vino, sacris, victimis Deo supplicare; vota facere, solvere, scelera expiare.

Placat odoratis herbosas ignibus aras, Vinaque dat pateris, &c. *Ovid. Met.* 15. 49. —— Aras votivo sanguine tingit, Festaque famosis ingerit exta focis. Dona ferunt, congestaque flammâ Thura liquefaciunt, induraque cornibus aurum Victima vota facit. Reddere victimas. Cum faciam vitulâ. Nos humilem feriemus agnum. Thuraque dant sanctis & verba precantia flammis. Numen adorat —— & supplex aris imponit honorem. —— Indutæ cornibus aurum, &c. *Ovid. Met.* 10. 8. —— Fovet ignibus aram, Muneribusque deos implet, feriu... que secures. Colla torosa bovum vinctorum cornua vittis. Bis qui... que juvencos Mactabant, rurisque deos ad sacra vocabant: —— Illius aram Sæpe tener nostris ... ovilibus imbuet agnus. Multa ti... ante aras nostrâ cadet hostia dextrâ. Cæruleum regem tauro ve... ratur. Dare thuris honorem. Fumantibus aris placare Deum. L... nigeras, lectas mactat ritè, de mo... bidentes. Quatuor hic primum nigrantes terga juvencos, &c. *Vir... Æneid.* 6.

Non quâcunque manu victim... cæsa litat.

*To Jack a Town.*

1112. **To commit Sacriledge.**

Templum immortalis Dei, domicilium divinum, sacras ædes, domum & sedem Dei, fanum religiosissimum expilare, diripere, demoliri; ad excidium & vastitatem vocare; nocturno latrocinio atque impetu compilare, depeculari, spoliare, expugnare. Divorum monumenta, ornamenta tollere. Fana depopulari. Nihil orna-

ornamenti relinquere in templis. Sacrilegium admittere, committere, facere. Bellum sacrilegum gerere. Sacris delubris atque templis ignes nefarios, funestos inferre. Sacrilegus, & hostis omnium sacrorum & religionum.

Ignes sacrilegos admovere templis. Templa — arcano demens spoliavit auro. Religiosa deorum limina latrociniis profanare.

1113. **To look sad or sorrowful.** 811.

Tristitiâ, mœstitiâ, mœrore vultum, frontem contrahere, obnubilare. Mœstitiâ vultûs, fronte nubilâ animi dolorem, sollicitudinem, anxietatem indicare, prodere. Æquè mœstum video quasi dies indicta sit. Hic homo si sinapi victitet, non censeam tam tristem esse posse. Quid illud est quod illi caperat frons severitudine? In magnâ mœstitia, tristi vultu esse. Mœstitia incessit animum vultumque. Triste silentium & mœstitia tacita. Tacitus ac tristis: Charontem quendam diceres. Magnam illi nescio quis, nescio quid mœstitiam, mœrorem, tristitiam intulit, attulit, incussit.

Mœsto dolore turbidam frontem gerit. Frons læta parum & dejecto lumina vultu.

1114. **To counterfeit sadness.** 1404.

Flectere os in mœstitiam. Protendere vultum & mœstitiam personis moribus. Sub fronte nubilâ, fictâ specie doloris verum gaudium tegere. Tristitia simulata & versuta. Irritamenta tristitiæ.

*Safe, in safety.* 379.
*To lay up safely.* 789.

1115. **To make a Saint, or a God.**

In deos, divos, in numerum deorum reponere, referre. Inter deos referre. Homines jam morte deletos sideribus divisque, albo catalogo divorum ascribere; inter cœlicolas connumerare; superis annumerare; apotheosi donare. Hominibus benè meritis deorum honores tribuere, attribuere.

Aliquem cœlo donare; honore cœli dignari; allegere, asserere cœlo; cœli in parte locare; facere deum, templisque arisque recipere, &c. *Ovid. Met.* 14. 15. Te nos facimus, Fortuna, deam, cœloque locamus. Sacri thuris honore Humanum dignari caput. —— Hunc ego lucidas inire sedes, ducere Nectaris succos, & ascribi beatis Ordinibus patiar deorum. Templa tibi statuam, tribuam tibi thuris honores. Præsenti tibi maturos largimur honores; Jurandasque tuum per nomen ponimus aras. Tu das epulis accumbere divûm. Ut deus accedat cœlo, templisque colatur, —— faveatque precantibus absens, Tu facies.

Qui fingit sacros auro vel

marmore

marmore vultus, non facit ille deos; qui colit, ille facit.

1116. To be made a Saint, a God anointed.

In numerum deorum ascribi, reponi, &c. In cœlum; ad deos, divos; deorum in templa recipi. Abiit ad deos Hercules.

——— Arces attigit igneas. Aurea nunc solio stellantis regia cœli Accipit & numerum divorum altaribus auget.

1117. To set a thing to open sale. 1152.

Auctionari. Auctionem bonorum facere. Auctione constitutâ vendere. Sub hastâ ponere, vendere. Hastâ positâ vendere in foro. Inutilis auctionariis venundare, distrahere, divendere. Voci præconis, sub hastâ præconis subjicere, submittere bona.

1118. To Salute, or Greet by word or Letter.

Salutem alicui dicere, scribere, dare, mittere, apprecari; multam nunciare, annunciare; plurimam impertire. Aliquem benignè, blandè salutare; salute plurimâ impertire, blandè, humanissimè, amicissimè alloqui, affari, appellare, compellare. Jubeo te salvere. Cedo tuam dextram. Adeunt, consistunt, copulantur dexteras, rogitant me ut valeam, quid agam, quid rerum geram. Verbis meis saluta, salutem ei dic. *Salute him in my name.*

Esse salutatum te vult mea litera primum. Celso gaudere & bene rem gerere. ——— Musa rogata refer. Mane salutator limina multa terit. Et matutinum portat ineptus Ave. Arreptâque manu, Quid agis, dulcissime rerum? ait.

1119. To salute mutually.

Humaniter salutem accipere & reddere. Amicissimè inter se consalutare. Mutuò se peramanter amplexari. In mutuos amplexus effundi, ruere. Salve: Salve mihi tantundem. Salvus sis tu quoque. Salvere te jubeo: Et ego te pariter. Dextra Dextræ jungitur. Jungimus hospitio dextras.

*The same still, or constant.* 33.

1120. To be satisfied, or have enough. 898.

Expleri, voti compotem fieri. Habere quod expleat, satiet animum, ut non plura, nihil amplius desideret, requirat, optet, expectet, quod sitim restinguat. Rei satietate teneri. A mensâ surgunt satis distento ventre, ampliter, probè. Satias dapibus me, nec munera Bacchi tenet. Sat prata biberunt.

1121. *Saturn.* *Saturnus.*

Urani sive Cœli fillius, pater Jovis & deorum. Antiqui rex magne poli mundique prioris, Sub te pigra quies, nec labor ullus erat, *Mart.* 12. Primus ætherea venit Saturnus Olympo

Jovis fugiens & regnis exul ademptis, &c. *Virg. Æneid.* 8. —Tuscum rate venit in amnem Ante peragrato Falcifer orbe deus, *Ovid. Fast.* 1. Aurea (ut perhibent) sub hoc rege fuerunt secula. Primo tenebrosa in tartaro misso ... sub Jove mundus erat. Profugus, ... senex. Falciger, falcitenens, ... potens Deus, falcifer.

... **Satyrs**, *Satyri. Fauni.*

Plebs superum. ——Agrestum ... sentia numina Fauni. Semidei ——Rustica numina Fauni. Capripedes.

... **To save, or preserve from destruction.**

Alicui præsidio & saluti esse; salutem dare, afferre, expedire. Saluti alicujus providere, prospicere, consulere, summo cum studio præstò esse. Aliquem afflictum, miserum, in summo constitutum periculo, salvum, incolumem, illæsum præstare, conservare, tueri, defendere; ab exitio, pernicie, malo, calamitate vindicare, prohibere, conservare, liberare, expedire, in tuto, in portu collocare. Ab ... malo, exitio avertere, propellere. Ferre opem & salutem ... gentibus, pereuntibus. Liberare periculis. Salutem alicujus defendere, servare. Unus ... ium Averruncus, Alexicacus, Servator Christus.

*To have an ill savor.* 1214.

1124. **To sail in a ship.**

Velificare, velificari. Velis ventisque navigare. Vela facere, dare, ventis pandere, permittere. Navi se, navemque ventis, fluctibus, undis, pelago, Neptuno, mari, dubiis ventorum flatibus, cœli & æquoris clementiæ credere, tradere, committere. Ex portu in altum solvere. Navem, in navem ascendimus, conscendimus ut trajiceremus in Galliam. Dies triginta in nave fui. Plenis & intentis velis aliquo ferri. Nescio quid mali præterieris, qui nunquam es ingressus mare. In altum provehi. Vela solvere, ventis, pelago, in altum dare.

——Leni pandere vela Noto. ——Pictæ dare vela carinæ. Vela damus, vastúmque cavâ trabe currimus æquor. Ventis velorum expandimus alas. Æquora profunda, mare navigiis sulcare, scindere. Fragilem truci committere pelago ratem. Tentare Thetin ratibus. Conscendere navibus æquor. ——Zephyris dant carbasa nautæ. ——Vastum maris æquor arare. ——Dare nubiferis lintea plena, linea vela Notis. Dare classibus Austros. Troia cæduntur Phrygiâ Pinea securi, &c. *Ovid. Epist.* 15. ——Trabe Cypriâ Myrtoum pavidus nauta secet mare.— In altum vela dabant læti, & spumas maris ære ruebant.

1125. **To sail prosperously.**

Prosperâ, fœlici navigatione uti. Secundissimis ventis, passis, plenissimis

Plenissimis velis in portum pervehi, ferri, navigare. Navigationem facere prosperam, tutam sine periculo. Cursum navigationis tenere secundissimum. Salvis omnibus, sine jacturâ, damno, periculo in portum pervehire, provehi. Prosperè ac feliciter navigare. Tempestate opportunâ, idoneâ, aptâ, prosperâ solvimus, profecti sumus. Candida felici solvere vela Noto. —— aura flante foelici pacata per æquora labi. —— Ventis intendere vela secundis. —— Flavit velis aura secunda. Neptunus ventis implevit vela secundis. —— Vento navigare illo suo. Tuto mare decurrere, dare vela per undas. Zephyri secundi intendunt vela. Vela Notis inflata secundis, ventis utilibus intrat urbem. Persequitur surgens à puppi ventus euntes.

1126. To sail unprosperously.

Usque adversâ tempestate usus sum. Intempestivo ad navigandum mari solvere. Ventus navem deseruit. In scopulos impingere. In prædones incidere. Ventis adversis, parum secundis; irato Neptuno navigare.

1127. To say the best of it.

Ut mollissimè, levissimè, parcissimè, benignissimè dicam. Ne quid gravius dicam. Nolo malè ominari.

1128. To set one to School.

In ludum, literarium ludum mittere. Præceptoribus instituendum, informandum, trad[...] Doctoribus erudiendum, per[...]endum committere. Ad Scho[...] ad Magistros, tanquam ad Me[...]caturam bonarum artium, lite[...]rum mittere, amandare. M[...] destinare, consecrare. In lite[...] alere. In sapientiæ, doctrinæ o[...]ficinâ; in literarum, Gramma[...]ticæ gymnasio, curriculo exerce[...]dum, instruendum, excolend[...] dare. In Scholasticam discip[...]nam tradere.

1129. To go to School. A Scholar.

Nomen in literariam militi[...] dare. In ludo literario ferul[...] subire; sub ferulâ militare. Pr[...]ceptoribus, literis operam da[...] Auditioni in Scholis operari. L[...]dum literarum Græcarum, La[...]narumque, Scholam Gramma[...]ees frequentare.

Musarum in Grammaticis [...]lumnus. Elementarius puer. E[...]narum literarum candidatus; [...] tyrocinii literarii rudimenta n[...]dum deposuit.

*To give Scholars leave to P[...]* 1058.

*A general School, or Univers[...]* 1347.

1130. To Scour, cleanse, or furbish.

Mundare, emundare, mundi[...]care. A sordibus purgare, pe[...]purgare. Munditias facere. Spu[...]citias, rubiginem detergere. N[...]torem, splendorem emundando [...] conciliare, dare, reddere. [...] tuer[...]

re, afferre, accersere. Nitida- Purgando rem nitidam, mun- splendidam efficere, facere niteat, nitescat, splendeat, ndescat, splendorem contrahat ut Cantharus & Lanx osten- tibi te.

1131. *Scylla* and *Charybdis*.

— Ratibus inimica Charybdis. nc sorbere fretum, nunc redde- dicitur. —— Cinctaque sævis ylla rapax canibus Siculo la- te profundo. Navifragumque tum, gemino quod littore pres- m, Ausoniæ Siculæque tenet finia terræ: Scylla latus dex- m, lævum irrequieta Charyb- Infestat; vorat hæc raptas novitque carinas; Illa feris tum canibus succingitur alvum, ginis ora gerens. — Scylla ax, Scyllæque adversa Cha- bdis. Scylla latus dextrum, vum importuna Charybdis, &c. *vid. Met.* 13. 8. & 14. 1. de ylla. Quæque vomit totidem ctus, totidémque resorbet. Dex- um Scylla latus, lævum impla- ta Charybdis Obsidet, atque imo rathri ter gurgite vastos Sorbet abruptum fluctus, &c. *Virg. Æneid.* 3. —— Submersis ra- ibus saturata Charybdis Fundit, & ffusas ore receptat aquas.

1132. The Sea.

Mare, pontus, æquora, pelagus, retum, oceanus, salum.

Sal, altum, profundum, vastum, mensum æquor. Maris æquor; Marmor. Æquora. Aquæ cærulæ, marinæ, salsæ, Neptuniæ; Ne- ptuni. Neptunus, Nereus, Am- phitrite. Vada salsa, Cærula. Do- ris amara. Thetis, Tethys.

1133. The Sea is tempestuous, rough. 1339.

Fluctus, aquæ, undæ, freta, æquora ventis, procellis, tempe- statibus, ventorum impetu ac vi commota, vexata, concitata, agi- tata, jactata, concussa tumescunt, intumescunt, miscentur, exaspe- rantur, fervent, æstuant, furunt, fluctuant; vehementer, valdè sæ- viunt. Ventorum importuna vis, procellæ, tempestates, fluctus ma- rinos, æquora, freta in furorem agunt, adigunt; ad Cœlum at- tollunt, immensas aquarum, un- darum excitant moles; ratibus quassatis, titubantibus naufragia minitantur. Mare procellosum, tumultuosum, fervidum, sævum, iratum.

Mare ventosum, undosum, tem- pestuosum, naufragum hyemat. Aspera sævit hyems, omnique à parte feroces Bella gerunt venti, fretaque indignantia miscent, &c. *Ovid. Met.* 11. 1. Freta ponti —ventis agitata tumescunt Ven- ti —— Incubuere mari, totumq; à sedibus imis, &c. *Virg. Æn.* 1. Aspice ut eversas concitet Eurus aquas. Sollicitum nautis —— ma- re fervet aquis. Sæva fretum ven- torum rabies motis exasperat un- dis. —— Freta ventis Turbida, perque cavas non adeunda rates. —— Quanto planguntur littora fluctu? Miscent se maria, &

nigræ

& nigræ attolluntur arenæ. Mare, unda, æquora ventis concitantur, vexantur, jactantur, surgunt. Maris seditio. Cœli marisque rabies.

### 1134. The Sea is calmed, quiet, still.

Æquor, mare tumidum, iratum placatur, pacatur, sedatur, sternitur, silet, conquiescit; tranquillum, placidum, intempestum, quietum est. Unda, sævi maris ira, impetus; vis frangitur, ponit minas, remittit sævitiam. Subsidunt, residunt, componuntur, compescuntur, mulcentur fluctus; resedit, sedata est tempestas.

Jam venti ponunt, stratâque æqualiter undâ Cæruleis Triton per mare currit equis. Concidunt venti, fugiùntque nubes Et minax ponto unda recumbit. Alta quiescunt æquora. Nubila disjecit, nimbisque Aquilone remotis, Mulcet aquas rector pelagi, &c. *Ovid. Met.* 1. 7. Neptunus——tumida æquora placat, Collectasque fugat nubes, solemque reducit, &c. *Virg. Æneid.* Omne stratum silet æquor. Æquora tuta silent. Æquora deponunt vim suam, iram. Jam freta mitescunt.——Blandaque compositas aura secundat aquas.——Ventosi ceciderunt murmuris auræ. ——Cunctus pelagi cecidit fragor. ————Placidum ventis stagnat mare.—— Pigro torpebant æquora somno. Placidi straverunt æquora venti.——Longâ ventorum pace solutum Æquor, & imbelli recubant——littora som[...]

### 1135. Some like the Sea coast, others the Countrey best, many the City.

Rusticari; ruri & in agris, c[...] rusticis & agricolis assiduè ve[...] sari; vitam rusticam agere, d[...] gere; rus colere, abire, habi[...] tum ire, recidere, atque a[...] me, perjucundum est mihi; su[...] mæ voluptatis est; magnop[...] imprimis delectat me; jucu[...] tatem habet maximam. Alii [...] ciliùs in maritimis sunt, deg[...] jucundiùs versantur; mari[...] loca majore cum voluptate f[...] quentant; maritimâ regione [...] bentiùs utuntur; in orâ ma[...] mâ vivunt suaviùs. Alios m[...] tima sedes oblectat, capit, te[...] Ruris amœnitas mihi cordi e[...] tristitiam solatur, male affect[...] animum reficit; mœrorem le[...] angoris unica est medicina.—— Abigit curas, & me mihi red[...] amicum. Mihi Beatus ille q[...] procul negotiis (ut prisca g[...] mortalium) Paterna rura bo[...] exercet suis, &c. *Horat. Epod.* [...] Ego laudo ruris amœni Rivos, [...] musco, &c. *Horat. Epist.* 1. 1[...] Vivere naturæ si convenient[...] oportet, &c. ibid. Rura quoq[...] oblectant animos, &c. *Ovid. R[...] med. Amor.* 1. O fortunatos n[...] mium bona si sua norint Agric[...] las, &c. *Virg. Geor.* 1. Aliorum oculis nullum est maritimâ regi[...] ne spectaculum jucundius; ej[...] aspectu maximè oblectantur, p[...] cunt[...]

cuntur, muj ificam hauriunt voluptatem. Campos malunt tumidarum aquarum, quàm æquora camporum; & sylvas natantes ambulantésque potius, quàm stantes utque vernantes contemplari, prospicere. Denique aliis urbium frequentia & celebritas multò jucundior est, perplacet, magìs arridet: Mirantur beatæ Fumum & opes strepitumque Romæ; civium urbanitatem & consuetudinem suavissimam, ——— Cultusque artesque virorum; deliciis & voluptatibus referta omnia miris in Cœlum laudibus extollunt; non minus damnantes ac deprimentes, deridentesque oræ maritimæ algorem squalloremque, & ruris mœstam incultamque solitudinem.

## 1136. To seal, or sign Letters, or writings.

Literas, epistolam, Chirographum signare, consignare, obsignare, sigillare; sigillo, annulo signatorio munire, communire. Impressione sigilli, signis, sigillis consignare, literas occludere. Signis impressis pacta conventaque confirmare, rata facere. Signum, sigillum scripto apponere, imprimere.

Resignare, aperire literas; linum incidere; *To unseal Letters.*

## 1137. A skilful Sea-man, or Pilot.

Nauta, navita, navarchus, nauclerus, navicularius, navicula.or suæ artis; rerum maritimarum, nauticarum, navalium, navigandi, in gubernandis navibus exercitus, exercitatus, spectatissimus, exercitatissimus, paratissimusque. Gubernator bonus, solers, gnavus, peritus.

— Ratem qui dirigit. — Calabræ datus arbiter alno. Nec rudis undarum. Addidi regimen dextra moderante carinæ Flectere, & Oleniæ sidus, &c. *Ovid. Met.* 3. 8.

## 1138. To search or enquire diligently. 506.

Rem solerter expiscari, anxiè, diligenter, acutissimè indagari; penitus scrutari, diligentiùs perscrutari; subtili quâdam & exquisitâ indagatione solertissimè investigare; curiosis oculis rimari; quàm sagacissimè odorari; anxiè perquirere; sagaciter pervestigare; accuratâ industriâ explorare; acri & intento animo intueri; omnibus vestigiis persequi; actiùs, accuratiùs, attentiùs exquirere; venari & aucupari. Res arcanas, secretas, abditas, absconditas, occultas, reclusas, tectas, abstrusas, opertas, clandestinas, ignotas penitus inspicere, inquirere, examinare. Alicujus sententiam, quid quis sentiat, animi sensa, secreta, quid animi quis habeat, tentare, explorare, elicere; callidè & clam explorare, insidiosâ quâdam explorationis arte venari.

Altè

Altè vestigare oculis.

Rem amissam, deperditam investigare, pervestigare. Multum operæ ac studii ponere, multum invigilare in re perquirendâ quam desiderat. Omnia loca permeare, latebrarum occulta penetrare, perlustrare ut reperiat. Nullum locum, nullas in quærendo latebras omittere.

Omnibus in terris, per omnes terras, omni quæsita profundo, &c. *Ovid. Met.* 9. 7. Quærenti defuit orbis: *To search for a thing lost.*

*To search the Truth.* 1322.

## 1139. The second or next in place or degree.

Alter, secundus à primo. In secundis consistere. Secundus ad regium principatum.

Ajax, heros ab Achille secundus. Aper Ætolæ famâ secunda fera. Proximus huic, longo sed proximus intervallo. — Jovi non viget quicquam simile aut secundum: proximus illi tamen occupavit Pallas honores.

Nulli virtute secundus: *Inferior to none.*

## 1140. To keep secret, hide, or cover. 314.

Aliquid occulere, occultare, abdere, condere, abscondere, recondere, occludere, obtegere, contegere, operire: occultum, occultè, in occulto, clausum, tectum clam; tenebrarum, parietum custodiis abditum, absconditum habere, tenere, continere, asservare; in tenebris, latebris, occulto abdere; tenebris, velo obducere, obscurare, tegere.

Rei tenebras offundere, velum obducere, obtendere. Ab oculis hominum, è conspectu subducere, subtrahere, removere, semovere.

*To conceal secrets.* 315.

*To bewray secrets.* 199.

## 1141. To discover his secrets to his friends.

Amico, familiari mentis adyta, sensa intima, animi arcana, secreta —— imis infixa medullis, reserare, recludere, aperire, patefacere, communicare. Amicum facere omnium consiliorum arcanorumque participem. Nihil occultum in amicitiâ, secretum abditumve debet esse, aperte omnia. Omnia inter amicos, amicorum communia sunt; etiam consilia occultissima & maxime arcana.

## 1142. Secretly, privily.

Clam, clanculum, tacitè, occultè, tectè, privatim, private, clanculò, clandestinò, furtim, absconditè, secretò, latenter, arcane. Ex occulto. Sine arbitris. Nemine conscio, teste: In loco ab arbitris remoto, libero. Clandestinum scelus: Clancularius poëta.

## 1143. To be secure, out of fear. 379.

Animo esse securo, quieto, pacato, tranquillo, otioso. Non modo extra periculum, sed extra metum esse. Nihil habere quod metuat, timeat, formidet. In aurem

rem utramque dormire. Securitas animi est tranquillitas.

Tutum scelus quis, nemo securum tulit.——Tristitiam & metum Tradam potervis in mare Creticum portare ventis, &c. vince securus. Excessere metum mea jam bona. Audax fiducia.

1144. *To give security.* 1385.

1144. **To raise a sedition or uproar.**

Maximas undique turbas ciere, facere, dare. Seditionem, motus tumultus funestos movere, commovere, concire, conflare, facere, concitare, excitare, moliri. plebem, multitudinem, vulgus ad seditionem, ad arma, ad cædes, contra principem, magistratum commovere, irritare, inflammare, concitare, perpellere. Tabernarios concitare, servitia ad pileum vocare. Populum exasperatum seditiosis concionibus in rabiem agere. Publicam pacem tumultibus atque turbis violare, perturbare. Rempublicam in tumultus & perturbationes conjicere, dissidiis atque discordiis lacerare. Rerum novarum excitare incendia. Novas moliendo res plebem in principes furiis quibusdam incitare, discordiisque civilibus perturbare ac permiscere omnia. Remp. urbem magno turbatus tumultu.

1145. **They are in a Sedition or uproar.**

Perniciosâ seditione furere. Tumultuatur plebs. Scissa in partes Resp. seditione magnâ laborat, in magno versatur discrimine salus, Respublica. Seditio incessit legiones.

Scinditur incertum studia in contraria vulgus.———Coorta est Seditio, sævitque animis ignobile vulgus.—Populus frequens ad arma, cessantes ad arma concitat, imperium frangit. Tum verò indomitas ardescit vulgus in iras. Telaque conjiciunt.

1146. **A Seditious man, or Incendiary.** 1092.

Seditiosus civis & turbulentus, patriæ fax, furia, pestis perniciosa. Seditionis funesta fax, paratus dux, stimulator, incitator. Discordiarum, contentionum, dissensionum, dissidiorum concitator, machinator, signifer, fax & origo. Otii & pacis disturbator, eversor, hostis, procella, turbo & tempestas. Communi otio & tranquillitati infestus, hostis. Ad motus excitandos, ad tumultus commovendos paratus, instructus expeditus, alacris. Perditissimorum consiliorum autor; rerum novarum, novandarum studiosus. Qui id unum agit, pugnat, molitur, ut omnia perturbet, evertat, prædam Reip. belli causam faciat, fortunas civium dissipet, parricidis dispertiat.

1147. **To repress the Seditious.**

Homines audaces, furiosos, feroces, seditiosos, tumultuantes, ad se-

ditionem paratos, ad dissentionem expeditos, ad discordiam civilem promptos, publicum otium perturbantes, communem pacem evertentes, Reipublicæ tranquillitatem labefactantes, pacis & otii hostes, discordiarum seminaria, signiferos seditionis refrænare; coercere, cohibere, comprimere, duriùs accipere, asperiùs tractare; pœnis mulctare, delere, è medio tollere. Seditionis nervos, vim incidere, elidere; fibras evellere, eradicare, extirpare. Hominum furiosorum, seditiosorum amentiam, audaciam, animos, impetus, spiritus retardare, reprimere, contundere, minuere; temeritatem, furorem, eruditissimos conatus, impetus incitatos, nefarios, crudeles, furibundos consilio & prudentiâ cohibere, labefactare frangere; ferociam, insolentiam domare, convellere, continere. Quam fortissimè hominibus audacissimis, multitudinis temeritati, latronum sceleri resistere, adversari, opponere se. Multitudini exultanti, ferocienti frænos injicere. Restinguere seditionem.

Seditio militum sedata, compressa est; deflagravit paulatim; *The Sedition was allayed.*

Impias cædes & rabiem tollere civicam. Indomitam refrænare licentiam. ——— Vaganti fræna licentiæ injicere.

## 1148. To seduce by evil counsel. 239.

Rectam indolem à recto, vero, virtute, ab honesto, de via deflectere, detorquere, deducere, abstrahere; transversum abripere, agere ad nequitiam, abducere, in fraudem inducere malis, sceleratis consiliis; fucatis, fictis verbis. Pessimè alteri consulere. Aliquem erroribus, pravis opinionibus inficere, imbuere; pravis, perditis consiliis in casses præcipitare, in errorem trahere, in vitium & exitium ducere, seducere, præcipitem agere, in discrimen impellere, inducere. Errores, venenum alicui infundere; virus pestiferum in aures, in animum instillare, pectore aspergere.

## 1149. To be seduced by evil counsel.

Pessimis improborum consiliis in discrimen, periculum venire, incurrere, vocari; ad scelus, turpitudinem invitari, duci, falli, decipi, circumveniri; à virtute detorqueri, &c. Auribus in præcipitium agi. Hominibus pravis auscultando, aures patefaciendo, accommodando se, hominum nequissimorum blanditiis illecebrisque indolis, spei bonæ naufragium, jacturam, abortum facere.

## 1150. To see quick, quick sighted. 205.

Acerrimâ oculorum acie; summâ perspicaciâ præditus. Lynceus alter perspicax, cui visus acer, oculi acuti, fideles.

— Tam cernit acutum Quam aut aquila aut serpens Epidaurius

rius. Qui poteſt oculo quantum contendere Lynceus.

Cui hebetes caligant oculi, hebes viſus, oculorum acies hebeſcit, obtuſior eſt; lippire. *Purblind.*

*To see.* 184.
*To seek for glory.* 622.
*To seek an occasion.* 904.
*To seek for praise.* 997.
*To seek his own profit.* 1017.
*Where shall I seek him?* 1406.
*A man well seen in things.* 516.
*Seldom.* 917.

## 1151. A ſelf-lover, well conceited of himſelf. 1031.

Qui ſibi applaudit, blanditur, nimium tribuit, arrogat, aſſumit, placet; ſibi aſſentatur; ſeipſum amat ſine rivali; inani, falsâ, arroganti perſuaſione intumeſcit; inanem ſibi de ſe perſuaſionem induit; aliis præſtantiorem ſe autumat; aliis unum ſe omnibus anteponit, præfert, ſuâ tantum opinione præſtantiſſimus.

Sibi Suffenus. Qui cum de ſe judicat, veritatem non conſulit; ſibi morem uni gerit, admiratur unum ſe. Immodicus æſtimator ſui.

——Fœliciſſima Dicta foret Niobe ſi non ſibi viſa fuiſſet Fidis manare poetica mella. Te ſolum tibi pulcher. Fœlix futurus ſi ſe non noverit, Narciſſus. Cæcus amor ſui, & tollens vacuum plus nimio gloria verticem.

*To pronounce Sentence.* 748.

## 1152. To Sell. 1117.

Vendere, venundare, venum exponere, diſtrahere, nummo addicere; pretio, nummo, pecuniâ commutare, permutare; nummo, pretio accepto abalienare, emptoribus tradere, in alios transferre aliquid. Pretio dare, argentum accipere.

*To make a Sermon.* 1003.
*To serve.* 140.
*To serve the time.* 1290.
*To set things in order.* 932.
*To set one before another.* 1004.
*Very severe.* 366.
*To tame one by severity.* 1091.
*To get everlasting shame.* 725.
*Shameless.* 720.

## 1153. To ſeparate, or part aſunder.

Rem à re, res à ſe invicem ſeparare, ſejungere, ſeponere, ſemovere, ſecernere, ſegregare, divellere, disjungere, diſcindere, diſtrahere, diſparare. Aliud ab alio diſcernere, diſtinguere, diſpeſcere.

——Cœlo terras, & terris abſcidit undas, Et liquidum ſpiſſo ſecrevit ab aëre Cœlum. Diſſociata locis.

## 1154. A Shepherd, Herdſman, Hogherd.

Paſtor, opilio, cuſtos gregis. Armentarius, bubulcus. Caprarius. Paſtoritiam vitam agere. Oves, greges, armenta, porcos, beſtias paſcere, curare, cuſtodire.

Lanigeras qui ducit oves paſtum atque reducit. Qui paſcit

rure capellas; pascentes servat hœdos. Formosi pecoris custos formosior ipse.

——Te pastoritia pellis Texit, onus dextræ baculus Sylvestris oliva. Alterius dispar septenis fistula cannis — Pauper eras armentáq; pastor agebas. Divitis hic saltus herbosáque pascua—Nobiliumq; greges custos servabit equarum. Et formosus oves ad flumina pavit Adonis Formosi pecoris custos formosior ipse.———Arcetque lupos.——— Et tutas servat pecudes & ovilia læta.——— Immundæ cura fidelis haræ: *A hogherd.*

1155. To guide a Ship in a Tempest.

Ventis commotis, sævientibus, minimè secundis, mari turbato, æstu adverso; tempestate exortâ, inquietâ, navis gubernacula tractare, clavum tenere; ad clavum, gubernacula sedere; navem in portum dirigere, saluti navis prospicere; classem in littus appellere; navis præcipitem cursum clavo dirigere.

1156. To suffer shipwrack.

Naufragium, navis jacturam facere, pati.

Ad saxa, ad scopulos elidi, impingere, navem frangere, in scopulos incurrere. Adversis procellis, tempestatibus submergi, opprimi, obrui, navem amittere. Naufragio perire.

Nubilus Ægeo deprehendit in æquore navem Auster, & ingenti jactatam flumine solvit. Unde velut victrix ab alto præcipitata cadit, pariterque & pondere & ictu Mergit in ima ratem, &c. *Ovid. Met.* 11. 10. Mersa fuit cana naufraga puppis aquâ. Obruit Auster aquâ involvens navemque virosq; Navem ingens à vertice pontus In puppim ferit; excutitur pronusque magister Volvitur in caput, ast illam ter fluctus ibidem Torquet agens circum, & rapidus vorat æquore vortex, &c. *Virg. Æn.* 1. Nunc feror in scopulos — submersaque toto Obruor oceano, nec habent mea vela recursus. Me tabulâ sacer Votivâ paries indicat uvida suspendisse potenti Vestimenta maris deo. Vide *Hor. Epod.* 10. Alvus solvitur & vasto puppis mare sorbit hiatu. Navem dehiscens pontus in præceps rapit. Fracta toto puppis Ionio natat. Saxis illisa, scopulis confracta navis mergitur.

1157. To shoot.

Arcu sagittas emittere, expellere, excutere. Sagittis petere, configere, conficere, ferire aliquid. Arcu alimenta sibi expedire.

———Volucresque petendo excreet spicula. Arcum curvare, sinuare, lunare, adducere, tendere. Curvo cornu; arcu certâ, letifera dextrâ in aliquem tela, spicula, sagittas dirigere——— Partho torquere Cydonia cornu spicula. Arcu curvos cohibere, petere, stringere. Nervo sagittam impellere.———Ner-

vo ſtridente ſagitta per Cœlum diverberat auras. Oppoſitoque genu curavit flectere cornu. Inque cor hamatâ percuſſit arundine. In pectus celeres moliri ſagittas. Impoſitis calamis patulos ſinuaverat arcus: Sic Phœbum ſumptis jurares ire ſagittis —— Celerem ſagittam impoſuit nervo, ſinuatoque expulit arcu.

*To ſhorten or abridge.* 150.
*To ſhun ſome evil.* 503.
*To ſhun vice.* 1335.

1158. **The Iſland of Sicily.**
*Sicilia.*

Sicanis, Trinacria, Trinacris, Sicelis ora, Sicula tellus, Triquetra, Triquetris, frugifera, Cereri ſacra. ——Tribus hæc excurrit in æquora linguis, &c. *Ovid. Met.* 13. 8.

1159. **To be ſick, diſeaſed, ill at eaſe.**

Periculosè, graviter, miſerè, vehementer ægrotare, langueſcere. Lecto decumbere, defigi. Malè valere, ſe habere. Ægro eſſe corpore. Ex gravi morbo infirmus eſſe. Morbum contrahere, concipere. In morbum acerbiſſimum, in graves morbos incidere, incurrere, delabi. Morbo difficili, magnâ morbi difficultate laborare. Morbo graviſſimo, corporis imbecillitate, infirmitate, ægritudine, valetudine iniquâ teneri, tentari, urgeri, affici, affligi, afflictari, conflictari, intabeſcere, implicari, corripi, impediri, deprimi, opprimi, detineri, debilitari, excruciari. Jactari febre. Morborum aculeis pungi. Ægrotationibus variis affligi. Vir perditâ valetudine, gravi morbo æger. Affectæ, afflictæque morbo vires corporis. In morbo eſſe.

Arida convellit fervens præcordia febris. — Si condoluit tentatum frigore corpus, Aut alius lecto caſus te afflixerit——Torrentur febribus artus —— Triſti languebant corpora morbo. Morbo renes tentantur acuto. Gravi morbo decumbere. Oſſa morbo collapſa trahere.

1160. **To be deſperately ſick of an uncurable diſeaſe.**

Morbo ancipti, immani; mortifero, exitiali, inveterato, firmato, inſanabili, deplorato; altius, penitus medullis, inteſtinis partibus infixo teneri, exhauriri, abſumi, frangi. Ad medicorum deſperationem, mortiferè ægrotare. Vincit medicamenta morbi vis. Futurum non eſt ut ex hoc morbo convaleſcat.

Exitium ſuperabat opem.

1161. **Sickly, crazy, unhealthy.**
Valetudine infirmâ, vitreâ, imbecillâ, adversâ, malâ, non optimâ, minus firmâ, paulo infirmiore, affectâ, ad morbos propensâ, tenui, incommodâ, vitiosâ eſſe, uti. Valetudinarius; infirmior, imbecillior valetudine. Parem validus, corpore non ſatis firmo. Infirmè valere. Valetudinis vitio laborare.

*To heal the sick.* 659.
*To play on both sides.* 453.
*To give signal to battel.* 73.
*To raise a Siege.* 1300.
*To rise from a Siege.*

## 1162. To sigh and groan.

Gemere, imgemere, ingemiſcere, ſuſpirare. Suſpiria trahere, petere, ducere, haurire, lugere & gemere pro aliquo, deſiderio alicujus. Suum malum occultè, graviter gemere. Laboribus, malis, morituro, moriturum ingemere, ingemiſcere. Lamentabili gemitu lugere. Altis ſuſpiriis dolere.

Ingemit & tacito ſuſpirat pectore; ab imis pectoribus. Gemitus dare, ingentes imo de pectore graviter ducere, alto de corde petitos edere. Erupit medullis gemitus. Teſtari dolore gemitus. —— Attonito gemitus à corde petuntur. Suſpiria ducere ab imo pectore; magno motu, penitus trahere; altè petere. —— Præſagáque luctu Pectore ſollicito repetens ſuſpiria.

## 1163. In sight.

In conſpectu, ante oculos; in oculis, ſub oculis; ob oculos erat. Seſe oculis offerebat, objiciebat, aperiebat. Objiciebatur, obverſabatur, exponebatur oculis. Ante oculos verſabatur, objacebat. Egregie, omnium oculis patebat. Apertum, manifeſtum, perſpicuum.

## 1164. Out of sight.

Nuſquam apparet. Oculos fugit. Nulla ejus extant veſtigia. Latet in obſcuro, occulto; in tenebris abditum, conditum, tectum, abſconditum, ab oculis hominum, è conſpectu remotum, ſubductum. Aciem omnem effugit oculorum.

## 1165. To bring into sight.

Oculis conſpiciendum objicere, ſubjicere, proponere. Ante, ob oculos ſtatuere, conſtituere, ponere, ſiſtere. In conſpectum proferre, dare, producere. Videndum, perluſtrandum, conſpiciendum exhibere, dare. Ex tenebris in lucem traducere.

## 1166. To take out of sight.

Oculis ſubducere. Ex hominum conſpectu ſubtrahere. Ab oculis, conſpectuque hominum removere. In tenebris abdere. Celare, abſcondere, &c. 1140.

*To sign or seal.* 1136.

## 1167. To be silent, keep silence, hold his peace. 1199.

Silere, tacere, reticere, conticere, conticeſcere, obticere, obmuteſcere. Silentium agere. Deſcendere in ſilentium. Comprimere os, linguam, vocem, labra. Linguam frænare, refrænare. Vocem continere. Silentium ſibi indicere. Harpocratem agere. Pythagoræ diſcipulus. Civis Amyclæus: Rara Seriphia

Caput

Caput fine linguâ. Ore obstructo & obturato. Cum silentio adesse. ——Digito compesce labellum. ——Verbum non amplius addam.

1168. **Suddenly put to silence.**

Scrupulum injecit mihi; obmutesco. Mutus illico. Nihil habeo quod dicam. Quid respondeam non habeo, non scio. Ne verbum quidem. Ne verbum quidem proloqui possum. Lingua hæret metu. Uno verbo victus labasco, obticeo, obstupesco. —— Inutilis hæsit Lingua —— & in primo destitit ore sonus.— Vocisque meæ præcluditur usus. —— Subito muta dolore fui. Torpuerat gelido lingua retenta metu. Non lingua valet, non vox aut verba sequuntur. —— Pressoque obmutuit ore.

1169. **To put to silence, stop his mouth.**

Alicui silentium indicere; linguam frænare, os obturare, obdere. Loquentis os opprimere; Ori frænum injicere, imponere.

1170. **To pass in silence things necessary.** 922.

Necessaria tacitè prætermittere, præterire. Nullum verbum; nullam mentionem de re ipsâ facere. Caput rei non attingere, negligenter omittere. Præcipuas partes in medium non proferre. Oscitanter de rebus præcipuis cogitare: Maxima tacitis audientium judiciis, cogitationibus relinquere.

1171. **To make, or cause silence.**

Omnibus publicum silentium indicere. Præconis voce, Majestate manûs imperare, facere silentium, monere ut adsint cum silentio. ————Postquam voce manuque Murmura compressit, tenuêre silentia cuncti.

*To pass by in silence.* 922.

1172. *To sing.*

Canere, cantare. Carmen, cantilenam, canticum modulari. Cantu, cantibus incitare; mulcere, juvare aures. Ad citharam, tibiam, harmoniam canere. Eandem canere cantilenam: *To repeat often the same thing.* Surdis auribus canere; *To spend his breath in vain.*

Cantus dare, exercere.

Aves concentibus aëra mulcent; cantu dulcisono æthera complent; blandis modulatibus aures mulcent. Suaves, dulces edere sonos, modos.——Phœbum superare canendo. Rara quidem forma, sed rarior arte canendi; Unde Canens dicta est, &c. *Ovid. Met.* 14. 9.——Ad citharam vocalia moverat ora.——Citharam cum voce movere. Percussis sociare, subjungere carmina nervis. Psallere. Celebrare dapes festumque canendo. Aligerum superare agmen modulamine dulci. Animos

cantu rapere; Mæoniis modulis retinere.

Sibi intus canere: *To speak for his own profit.* Sibi & musis canere: *Not to divulge his knowledge.*

*To commit a sin.* 912.

*To repent of his sins.* 167.

*No man without sin.* 541.

### 1173. To skirmish.

Velitare. Levibus prælijs hostem lacessere, provocare. Velitum, velitari pugna, prælium auspicari; tentare vires hostium.

*Skilful.* 1354.

*To do any thing skilfully.* 119.

*To bring into slavery.* 212.

*To be in slavery.* 213.

### 1174. To slander, reproach, rail at. 405.

Aliquem nefandis, fœdissimis, multis, omnibus conviciis, probris, maledictis, calumniis, ignominiis afficere, invadere, perfundere, insectari, onerare, lædere, proscindere, convellere, concidere, appetere, conscindere, vexare, operire, provocare, lacessere, violare; linguis veneno tinctis, linguâ, voce maledicâ, petulanti, petulantissimâ, probrosâ, vulnerare, agitare, exagitare, confodere; lancinare, impetere, incessere; venenatis, acerrimis maledicentiæ, contumeliæ, conviciorum stimulis, aculeis pungere; verbis malè excipere, contumeliosè accipere, gravioribus appellare; crudelitate verborum violare; insigni turpitudine afficere; maledicè insectari. Alicui probrum, convicium, contumeliam indignam, mirificam, gravem facere, intorquere; probra ad satietatem ingerere; convitio verberare, os contumeliosissimè maledicere, convitiari; plurimas contumelias imponere; in maledicto, probro aliquid objicere. In aliquem facundiam caninam petulanter exercere; virus acerbitatis evomere; magna verborum libertate, acerbè, contumeliosè, asperè, vehementer, graviter invehi; dabacchari; calumniis fœdissimis convitia fundere, contumelias infandas edere, jacere, dicere; omnia maledicta conferre, congerere, probra jactare. In laudem, merita, nomen, vitam & mores alterius omnia maledicta, maledictorum tela, omnes maledicendi aculeos excutere, conjicere, emittere. Verborum contumeliis optimum virum, atque incesto ore lacerare. Maledictum è trivio arripere, & scurrarum aliquo convivio.

—— Diris incessere probris.
Verba canina latrare in aliquem.
Dicere multa probra alicui.

### 1175. To be slandered wrongfully.

Immeritò, nullo sub merito insons, innocens, immerens, nihil meritus, sine culpâ, sine causâ, injustè, injuriâ, præter meritum, ignominiâ, probris, maledictis, contumeliis affectus est, calumniis

calumniis, convitio jactatus contra fas & æquum, contra quàm meritus est. Commissum ab eo nil est, cur tam ignominiosè audiat.

1176. **A common slanderer, railer, foul-mouth.**

Scurra dicacissimus. Maledicus convitiator.

— Qui non civem dignosceret hoste. Quælibet in quemvis opprobria fingere sævus. Ille Bionæis sermonibus & sale nigro Gaudet. Qui vernaculorum dicta, &c. *Mart.* 10. 3. —— Adeo sermonis amari, Sisennos Barros ut equis præcurreret albis.

*To slander privily.* 1151.

*To slay or kill.* 754.

1177. **To sleep.**

Dormire, dormitare, obdormire, obdormiscere, consopiri. Somno quiescere, requiescere, conquiescere, opprimi, teneri, consopiri, detineri, curare corpus. Somno, lecto, requie nocturnâ sese, vires suas recreare, reficere; fatigata membra levare, relevare. Alternâ requie lassitudinem corporis instaurare. Somnum oculis haurire. Somnum quietem capere, carpere. Nocturnam requiem capessere. In somnum prolabi, procidere, oculos solvere.

Somnos ducere, inire; Molles carpere somnos. Agere quietem. —— Tacitæ concedere lumina nocti. Seram dare membris, per membra quietem. Otia somni accipere. Nocte fatigatum somnus. —— Excipit, & pingui membra quiete levat. Solvitur in somnos, oculisque & pectore noctem Accipit. — Subit furtim lumina fessa sopor. Somno gravatum habuit thalamus, pressitque jacentem Dulcis & alta quies. Suavi sopore devinxit membra somnus; condit lumina nutantia. Artus soporatos premit quies. Segnis sopor tenuit corpus. — Fessis somnus obrepsit genis. Blanda quies furtim victis subrepsit ocellis. Dulci devictus, devinctus lumina somno —— Blandam carpebant fessa quietem Corpora. Laxabant placidâ languentia membra quiete, sopore placido. — Fessos sopor irrigat, occupat, complectitur artus. — Oculos ubi languida pressit Nocte quies. Videt succubuisse oculos, adopertaque lumina somno. Lumina cum placido victa sopore jacent. Somne quies rerum, &c. *Ovid. Met.* 11. 10. —— Nulli penetrabilis astro Lucus iners, subterque cavis grave rudibus antrum, It vacuum in montem quæ desidis atria somni, &c. *Stat. Theb.* 10. *v* 89.

1178. **To go to bed, or lie down to sleep.**

Dormitum, cubitum ire, concedere, conferre se. Adire cubiculum, dormitorium, cubile; se recipere, conferre, proficisci ad dormiendum. In soporem collocari. Inire in somnum. Lecto,

Lecto, toro incubare. Cubare in lecto. Solo, toro, humi, in herbâ recubare, recumbere. Caput, cervicem, corpus reclinare in grabato, scamno, &c. Lectum ascendere, conscendere. Dormitorio, toro, lectulo se, membra, fessos artus componere, deponere, condere. Somnum petere, captare. Cubare. Somno, quieti se dare, tradere.

Corpora sub ramis deponunt arboris altæ. — Soporifero componere membra grabato. Recubare spondâ ——Molli languore solutus Deposuitq; caput, stratoq; recondidit alto. Dant, tradunt placido sua corpora somno. Sternere se somno. Defessa toro membra reponere. Fessum corpus mandare quieti. Pellibus incubuit stratis, somnosque petivit. Fusus humi, toro; viridi projectus in herba; somnum, soporem captare.————Per herbam Corpora fusa jacent.

## 1179. To sleep soundly and securely.

Somno gravi, alto, profundo, arcto, arctissimo, altissimo premi, detineri, consopiri. Arctè & graviter, arctiùs dormire, dormitare. Arctior quàm solebat me somnus complexus est. In, ad multam lucem: Endymionis somnum dormire. Somno indulgere. Frui somno. In dextram aurem; in utramvis aurem; supinus; in utrumque oculum, suaviter; otiosè, sine omni curâ; sublatis pedibus dormire; quasi Lethæo rore soporatus. Continuans se sopor interdiu noctuque.

Altum dormire. In medios dormire dies. Securos carpere somnos; immodicos sub nullo vindice; pingues exigere. Gravitate somni pressus. Jam volucrum pecudumque genus sopor altus habebat. Securo sopore mulcere membra ————Fessos cornu perfuderat omni Somnus.

## 1180. In a drunken sleep.

Crapulam, vinum edormire; somno profusiore concoquere, exhalare. Temulento sopore profligatus.

Stertimus indomitum quod despumare Falernum Sufficiat. Somno vinoque sepultus.

## 1181. To cause or provoke sleep, or bring one asleep.

Sopire, consopire, soporare. Somnum, soporem inducere. Cunas agitando cantillandoque infantum oculos solvere in soporem.

Multâ frictione somnum elicere, moliri, conciliare, allicere, afferre, concitare. Odor somnum gignit.

——Placidam per membra quietem Irrigat. Silentia præbent somnum. ————Profugos Vincturа papavera somnos; offam melle soporatam dare. Dulces accersere somnos. Pervigilem—— herbis sopire draconem, &c. *Ovid. Met.* 7. 1.——Somnus medicatus. Somnum mero parare. Irritat somnos rivus, &c. *Ovid. Met.* 11. 10. —Firmatque soporem Languida

guida permulcens medicatâ lumina virgâ.

## 1182. To let, hinder keep from sleeping.

Alicui somnum arcere, abigere, excutere, expellere, fugare, adimere, discutere, avertere, abducere. Alicujus quietem turbare, impedire; somnum infestare, perturbare. Nullam dare quietem, requiem. Nullam partem quietis neque diurnæ neque nocturnæ impertire. Strepitu & clamoribus prohibere somno; morari quietem, quiescentem, dormiturum. Multo clamore obstrepere dormituro. Prohibet somnum dolor. Removent soporem vigiles curæ. Privare somno.

Curâ removente soporem.

1183. To awake from sleep. 148.

Expergisci, expergefieri.

Somnum excutere, fugare. Marcidum soporem, Morphei tenebras discutere. Ex somno corpora molliri. Cubitu surgat primus familias pater.

Ex, è somno se colligere; corpus corripere. Segnes somnos pellere, expellere. Excutior somno. Somno excitus. Reliquit me somnus. Ut jugulent homines surgunt de nocte larrones; Ut teipsum serves non expergisceris.

1184. Not able to sleep.

Insomnis. Somnus abit, fugit me, eripitur. Insomniâ laborare. Perpetuâ vigiliâ torqueri. Noctes ducere insomnes. Somnum hercle ego hâc nocte oculis non vidi meis. Nec fruitur somno, vigilantibus excita curis.

Invigilant animo curæ; non otia somni Accipit.——Magnis cui sobria curis Pendebant somno jam deteriore senectus.——— Succumbere nescia somno Lumina.——Tenuis sub pectore regi Tracta quies. Nunquam Solvitur in somnos, &c. 1176.

1185. Sleepy, drowsie.

Somniculosus, veternosus, somni plenus. Somno languidus, gravis. Oculis gravibus, conniventibus, in somnum propensis. Oscitare. Somnolento capite nutare. Obrepit somnus oculis. Reluctantem invadit sopor.

Sopore languens, plenus.—— Tarda gravitate jacentes Vix oculos tollens, iterumque iterumque relabens.

*To awake out of sleep.* 148.

*To forbear sleep, or watch.* 1386.

## 1186. To sling.

Fundâ lapillos, glandes plumbeos torquere, vibrare. Fundibularius.— Teretes vertere fundas vacuoque diem præcingere gyro. Glandibus & tortâ Zephyros incidere funda. Stuppea torquere.——Balearis verbera fundæ.—— Ut cum Balearica torto funda jacit——Quantum Balearica torto Funda potest plumbo medii transmittere cœli. Didici — flexæ Balearicus actor habenæ. Quo suspensa trahens librarct vulnera tractu. Inclusum quoties

quoties distringeret aëra gyro.

## 1187. To be slothful, sluggish, idle. 249.

Pigritiâ, torpore, torpedine, segnitie, oscitatione, otio, desidiâ, ignaviâ, inertiâ, socordiâ detineri, opprimi, marcescere, diffluere, torpescere, tabescere, languescere. Otio, desidiæ indulgere, dedi. Nullos labores, molestias perferre, suscipere. Otio & somno vitam transmittere. Curam, laborem omnem remittere, refugere, aversari. Compressis manibus sedere. Pingues ferias agere. Otiari, desidere, dormitare, oscitari, torpere, plane cessare. Languori, desidiæq; se dedere. Homo iners, piger, otiosus, lentus, veternosus, deses, desidiosus, languidus, ignavus, socors, segnis, torpidus, oscitans, ipsâ ignaviâ ignavior, cujus ingenium incultu & socordiâ torpescit: qui nec solis radios, nec cœli nimbos ferre potest. Senescit virtus evicta veneno desidiæ. Arcum intensio, frangit animum remissio. —Gravis torpore veterno. Veterno pigrior. Segnia ducit otia. —Quæ tanta animis ignavia venit? Otia pigra sequi. Telluris inutile pondus. Da vacuæ menti quo teneatur opus.

*To proceed stoutly.* 413.

## 1188. To smell sweet. 1214.

Fragrare, odorem suavem, jucundum, gratum, fragrantem reddere, expirare. Benè, jucundè, suaviter olere. Suavitates effundere. Naribus adblandiri. Inglu- vie natum virus extinguere unguento.

Unguenta, odores Arabicos olere. Divinum odorem Spirare comæ. Balsama qui semper cinnama semper olet. Quod Cosmi redolent alabastra, focique deorum, Quod modo divitibus lapsa corona comis, &c. *Mart.* 9. Lucri bonus est odor ex re qualibet. —— Liquidum Ambrosiæ diffudit odorem. Flores mittunt, miscent, spargunt suaves, gratos odores. —— Non benè olet qui benè semper olet, &c. *Mart.* 2. Quod semper Casiâque cinnamoque, &c. *Mart.* 6. 55.

*To have an ill smell.* 1214.
*To smile.* 777.
*To smite.* 170.

## 1189. To be sober.

A nimio vino sibi temperare. Frequentibus poculis abstinere. A luxuria intemperantiâque nimii potus, vini, animum abstinere, abducere, aversum habere, abhorrere; se inhibere, coercere, reprimere. Se ad normam sobrietatis comparare, componere, conformare. Modicis conviviis delectari. Sobriè, honestè, temperatè interesse conviviis. Intra gyrum, rationis temperantiæ modestè ac sobriè se continere.

*To keep familiar society with.* 2

1190. To be a Souldier, or ſerve in the Wars.

Stipendia in bello merere, me-reri, facere, capere, accipere. Inter legiones; mercede, ſub ſignis, ve-xillis; ſub Cæſare militare. Arma ferre. In caſtra, in militiæ diſci-plinam proficiſci, conferre ſe. Belli aſſiduas dimicationes, ancipites eventus ſubire. Militiæ nomen dare. Miles. Homo militaris.

Præmia militiæ pulverulenta ſe-qui. In caſtris militare. Militiam colere. Operam dare bellis. Suſci-pere ſanguinei, rigidi certamina, ju-venilia munera Martis. —— Amor duri me Martis in armis Tela inter media atque adverſos detinet ho-ſtes. Cui fera bella placent. Mili-tia eſt potior, &c. *Horat. Serm.* 1. 1. Quos fulgentia ſignis Ca-ſtra tenent. ——— Quos caſtra ju-vant, lituo tubæ permiſtus ſonitus, bellaque matribus Deteſtata.

Qui caſtra petunt magnâ victi mercede. Nulla fides pietaſque viris qui caſtra ſequuntur, &c. Ve-nalesque manus; ibi fas, ubi maxi-ma merces. Militiam, grave Mar-tis opus tollere. Milites grega-rii; *Common Souldiers.* Pedites, peditatus, copiæ peditum, agmi-na pedeſtria: *Footmen.* Equites, equitatus, turmæ equitum: *Troo-pers.* Veterani, emeritæ militiæ, Miles gravis annis —— Multo jam fractus membra labore: *Old Soul-diers paſt Service.* Claſſiarii mi-lites, *Sea or Ship-Souldiers.* Triarii, *the Reſerve.*

1191. An excellent Souldier or Warrior.

Vir manu promptus, ſtrenuus, & bellator illuſtris; egregius, for-tiſſimus, acerrimus; bellicâ virtu-te clariſſimus; qui ita fortem & ſtrenuam operam navavit in bel-lis, ut magnam ex eo laudem tulerit: bellicam rem fortiter ac ſtrenuè geſſit.

Cui Martia cordi Bella fuêre, hoſtemq; truci confodere dextrâ. — Non illi quiſquam ſe impunè tuliſſet Obvius armato, ſeu cum pedes iret in hoſtem, Seu Spu-mantis equi foderet calcaribus ar-mos. Bello clarus, durus, acer, magnus & armis. Invicta bello dextra. Fortia bello pectora.

*To live ſolitarily.* 702.
*To live in ſolitary places.* 1413.

1192. To uſe Sooth-ſaying. 57.

Ex oſtentis portendere. Auſpi-cium, augurium agere. Ex prodi-gio atque reſponſo ab impenden-tibus periculis præmonere. Vo-latibus avium & cantibus decla-rare futuras res. Ex alitis volatu, ex cantu ſiniſtro oſcinis, ex tripu-diis, ſoliſtimis, aut ſomnis augu-rari. Extorum inſpectione hario-lari. Ex aſtris divinare.

— Fibris pecudumque in ſan-guine divos Explorant. —— Pro-vida veri ſacra movere deûm —— Vacuo petere omnia cœlo. Pi-get irrupiſſe volantum Concilia.

Eruimus

Eruimus quæ prima dies, ubi terminus ævi. Quid bonus ille deûm genitor, quid ferrea Clotho Cogitet. Hunc fibræ & volucrum per nubila sermo, Astrorumque vices, numerataque semita Lunæ, Thessalicumque nefas, &c. *Stat. Theb.* 9. —— Nos pravum ac debile vulgus Scrutamus penitus superos. Tu ne quæsieris (scire nefas) quem mihi, quem tibi finem Dii dederint. ——— Nec Babylonios tentaris numeros.

## 1193. A South-sayer or Wizard.

Augur, vates, hariolus, aruspex, auspex, conjector. Astrologus, Mathematicus, ominator, somniorum interpres.

Fatidicus, pius vates & Phœbo digna locutus. Præscia venturi vates —— Magnam cui mentem animumque Delius inspirat vates, aperitque futura. Qui novit, Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahuntur. Irreprehensa dabat populo responsa petenti. —— Interpres divum, qui numina Phœbi, Qui tripodas, Clarii lauros, qui sidera sentis, Et volucrum linguas, & præpetis omnia pennæ ——— Doctus aëris, & nullâ deceptus ab alite vates. Augur amate dies non te cœlestia frustra Edocuit, lauruque suâ dignatus Apollo est. Telephus Eurymedes quem nulla fefellerat ales. ——— Cujus divina futuri Sortilegis non discrepuit sententia Delphis. Sclers tibi cura futuri, Amphiarae, datur. ——— ——— Cui dexter Apollo Oraque Cyrrhæa s[...] turavit largiter undâ.

*To be sorry.* 637.
*To be sorry over much.* 638.
*To make one sorrowful.* 636.
*To comfort in sorrow.* 286.
*To look sorrowfully.* 1113.
*Time asswageth sorrow.* 29[...]
*To renew sorrow.* 640.
*To feign sorrow.* 1114.
*To sound an Alarm.* 73.

## 1194. To sow Seed.

Serere. Serere terram frugib[...] Sementem facere. In agris, in h[...] mum semen jacere, jactare, sp[...] gere. Terræ, humo, solo, ag[...] arvis semina mandare, trader[...] Disserere semina in areas. Sem[...] fruges alere.

## 1195. To swoon or fall in a swoon.

Animo deficere. Animi, anim[...] deliquium, defectum pati, sust[...] nere. Animæ deliquio, syncop[...] syntexi, lipothymia, lipopsychia[...] præcipiti virium omnium lapsu[...] animosæ, vitalis facultatis, v[...] spirituum vitalium defectione l[...] borare. Spiritu sensuque oppr[...] so, suppresso ad tempus labascer[...] concidere, mortui speciem præ[...] ferre; exanguis concidere. [...] captus omni sensu est ut decess[...] videretur. Lipothymici, synt[...] ctici, animo vel spiritu defecti.
—— Tenebris exanguis obort[...] Succiduo dicor procubuisse gen[...]
—— Collapsaq; corpore tota [...] Illa dolere amens tenebris nam[...] tur obortis, Semianimis medi[...] procubuisse domo.

1196. T[...]

## 1196. To speak, talk, or say.

Loqui, fari, dicere, affari, profari, eloqui, proloqui. Aio, inquio, inquam. Verba facere, habere. Animi sensa voce, verbis, ore significare, exprimere, exponere. Vocem, sermonem animi indicem edere, proferre, expromere. Verbis agere. Tacitus non præterire.

Ita voce profatur. Fuditq; has ore loquelas. Hæc ubi dicta dedit.— Expectatoq; resolvit Ora sono. Hoc sermone silentia rupit.—— Ora indignantia solvit. Talibus est dictis locutus, secutus. In vocem, in verba erumpere.— Rupitq; hanc pectore vocem. Fari quæ sentiat.—— Ultro Compellare virum, & mœstas expromere voces. —— Placido tales emisit pectore voces.

## 1197. To speak one fair, to give fair words.

Verbis mollissimis blandiri. Blandè, blanda loqui. Verborum blanditiis delinire. Verbis blanditoribus aures, animum alicujus demulcere, permulcere; auribus dare, servire; invitare ad propensionem. Ad voluptatem, voluntatem, animum, arbitrium eorum qui audiunt, ad gratiam conciliandam, colligendam, orationem suam fingere, accommodare.

Dulcia dicta dare. Blandis vocibus morari. Ore amico, dictis affatur amicis. Mollibus lenire verbis. Bis — Blandis accedere dictis, Et molles adhibere preces — Blandimenta precesque Verbaque jactabat mitissima.—— Frater, pater adde; ut cuique est ætas, ita quemque facetus adoptas.

## 1198. To speak freely, or boldly.

Audacter, liberè, ingenuè, apertè, intrepidè, animo præsenti loqui, dicere, effari. Nullius supercilio, vultu, minis retineri, detineri, contineri, impediri, prohiberi quo minus veritati testimonio sit; ea quæ sentit, quæ novit liberâ voce proloquatur. Magnâ verborum, loquendi libertate uti. Nihil timidè, verecundiâ, metu cujusquam reticere; silentio tegere; præterire.

Multâ cum libertate notare, loqui.— Si verbis audacia detur.

## 1199. To speak well of a man. 291.

Aliquem verbis cohonestare, ornare. De aliquo honorificè loqui; nihil non honorificum & cum laude conjunctum; omnia bona dicere. In aliquem laudes & ornamenta verborum conferre. Mea semper de te honorifica fuit oratio.

## 1200. Let me speak with you. 664.

Paucis te volo. Alloqui paucis te volo. Licetne pauca, paucis. Liceat paucis, non multis apud te agere; morari te, compellare.

Auri-

Aurium mihi paulisper copiam fac, operam dare.

1201. One that cannot speak, dumb. 1166.

Mutus, elinguis; captus linguâ. Cui vox omnis, & usus linguæ, verborum deest; lingua penitus obmutescit. Qui nullam vocem edere aut verbum proloqui potest. Magis mutus quàm piscis. Rana Seriphia. Acanthia cicadâ. Caput sine linguâ. Statuâ taciturnior. Ora quidem sed muta gerens. Ora loqui credas, sed non sunt pervia verbis. Vox eum fugit. Cui vocem natura negavit.

*To speak barbarously.* 158.
*To speak eloquently.* 587.
*To speak extempore.* 518.
*To speak at large.* 771.
*To speak evil of.* 1173.
*To speak the truth.* 1321.
*To make a Speech.* 929.
*To conclude a Speech.* 317.
*To make speed.* 655.

1202. To spend, lay out, or defray charges.

Sumptum, expensas, magnam pecuniæ vim in aliquâ re, ad aliquem rem impendere. Impendia, sumptus, expensas, impensas facere, conferre, præstare, suggerere, suppeditare, tolerare, sustinere, erogare. In rem, in rei alicujus impensas, sumptum prolixum, largiter, sumptus amplos magnificosque facere; opes suas absumere; aurum, pecuniam præclaram profundere; thesaurum, ærarium affundere, exhaurire

1203. To spend after his Means or Ability.

Pro modulo facultatum, pro quæstu sumptum facere. Suo se pede, suis facultatibus; sumptus quotidianos reditibus metiri. Mediotenus propriâ vivere. Pro tenuitate copiarum liberalis.

*To spend riotously.* 532.
*To spend the time well or ill.* 1291, 1292.

1204. To Spin and Card.

Nere. Lanas rudes trahere, ducere, carpere, mollire, excolere. Lanâ ac telâ, lanificio victum quærere. Ex colo fusoque vivere.

Erat hujus opus lanam mollire trahendo. Artis lanificæ doctissima. Tolerare colo vitam tenuique Minervâ —— Data pensa trahemus, Et minuent plenas stamina nostra colos. Crasso — robusto diducere pollice fila. ——Digitis torquere —— stamina duri. Operosæ Minervæ studium exercere. Aut ducunt lanas, aut stamina pollice versant. Tortáque Lævia versato ducentes stamina fusa Fœmineâ tardas fallimus arte moras. Manum lanificam pensis imponere. Plenas exonerare colos. Sive rudem primos lanam glomerabat in orbes, Seu digitis subigebat opus, &c. *Ovid. Met.* 6. 1.

1205. Spightful, malicious, envious.

Homo malignus & invidus animu-

rulentus; animo in aliquem ligno, iniquissimo, alienissimo, levolo, infesto, infenso, inimico. animus malevolentiâ, — lingua est suffusa veneno. Qui obscuodio morsûque venenato alterifamam, odio in aliquem ita inditur, & ardet, ut omnes nondi ansas quærat, arripiat; omnes lumniandi occasiones avidè capvirulento & venenoso animo ore vindictam & ultionem anet, spiret; qui omnia tempora servat, aucupatur, expectat, llam prætermittit, quo inimidamno malove afficiat; qui plet amaritudinem inimici. Exercet memores plusquam civiliter iras. Et si non aliqua nocuisset mortuus esset. Lædere gaudet — Et hoc studio pravo facit. — Hic nigræ succus loligenis, hæc Ærugo mera.

1206. Spightful and harmful, to his small power.

Pro virili, pro viribus suis, exiguis, imbecillis, infirmis, pro suarum virium infirmitate, modulo; quantum in illo est, quod scio quàm exiguum, nihil non agit, molimihi ut incommodet; damnum, malum inferat, afferat, creet, Fractam illam & debilitatam suam; vires illas quæ illi superfunt, restant, reliquæ sunt, quid magnæ firmæve, in me confert, colligit & confert omnes ad me opprimendum, pervertendum, affligendum, perdendum; ad meum exitium, damnum, perniciem, cladem, calamitatem.

1207. To spoil or undo a man. 574.

Aliquem rapinis exhaurire, affligere, perdere; omnibus bonis, fortunis, opibus, facultatibus, vitæ præsidiis exuere, spoliare, privare, nudare, exturbare, ejicere, expellere, dejicere. Ex fortunis alterius prædam opimam capere. In alienam pecuniam plenam, præclaram; in alienas possessiones nullo jure invadere, involare, irrumpere, irruere avidè, sitienter, furenter, temerè. Naufragium bonis alicujus inferre, in fortunas latrocinium immittere; de bonis prædari. Aliquem possessionibus pellere, de fortunis omnibus deturbare; è patrimonio tanquam è naufragio nudum expellere; pecuniis omnibus emungere. In copias alicujus se ingurgitare.

1208. To be spoiled or plundered.

Rei familiaris, bonorum omnium, substantiæ universæ jacturam, naufragium facere. Bonis patriis, omnibus fortunis exturbari, &c. Opes omnes, facultates, divitias rapinis & latrociniis amittere. Omnes meæ fortunæ, res, opes, à latronibus afflictæ sunt, attenuatæ, profligatæ ac perditæ, prorsus aversæ. Mearum pecuniarum, fortunarum spoliis alii locupletantur, ornati auctique discedunt. Ad extremam inopiam, egestatem aliorum latrocinio redactus sunt.

*To abstain from spoil.* 13.
*To spoil a Country.* 421.
*To spot.* 209.
*The Spring-time.* 1459.

1209. A Spring or Well.

Fons erat illimis, nitidis argenteus undis, Quem neque pastores, neque pastæ in monte capellæ Contigerant, aliúdve pecus; quem nulla volucris, Nec fera turbarat, nec lapsus ab arbore ramus, Gramen erat circa quod proximus humor alebat, Sylvaque sole locum passura tepescere nullo. In medio (luco) gelidæ fons erat altus aquæ. In medio gramen muscoque adoperta recenti Manabat saxo vena perennis aquæ. Fons—tenui pellucidus undâ. Margine gramineo patulos succinctus hiatus.

——Stagnum lucentis ad imum Usque solum lymphæ, &c. *Ovid. Met.* 4. 7.

1210. To spur a Horse.

Equo calcaria, stimulos admovere, adhibere, subdere. Equum stimulis impellere, calcaribus concitare, agitare, incitare.

——Admisso subdere calcar equo, —— Spumantis equi fodere calcaribus armos.

Parcere stimulis: *Not to spur.*
*To spy other mens faults.* 538.
*Stable or constant.* 331.

1212. To Act Stage-plays, Enterludes.

Ludos scenicos, comœdiam, tragœdiam, fabulam agere, actitare, populo exhibere. Histriones, ludii, ludiones, actores, artifices scenici hodiè in theatrum, in scenam prodeunt.

Histrioniam, histrionicam exercere: *To profess Stage-playing.*

1213. To stand still in a place.

In eodem loco, vestigio stare, hærere, manere, permanere, subsistere, consistere, resistere, persistere, pedem figere, defigere. Gradum, cursum, gressum, progressum, incessum sustinere, sistere, premere, reprimere, comprimere, contineri; non promovere, nusquam vestigio se movere, promovere. Non ultra tendere.

Vestigia premere. Sistere properantem gradum.

*To stay in a place.* 15.
*To stay for one.* 241.
*To stain.* 209.
*To stammer.* 1202.
*To stare upon one.* 525.
*A man of great stature.* 1264.

1214. To sit in State.

In solio se, in throno regio, augusto, specioso, spectabili ad majestatem, ad gloriam, venerationem captandam, augendam componere, collocare.

——Medio rex ipse sedebat Agmine purpureus, sceptroque insignis eburno; purpureâ velatus veste, in solio claris lucente smaragdis; solio sublimis, medio consedit avito; Celsior ipse loco sceptroque innixus eburno. Superbis Fulgebat stratis, solioque effultus eburno. Au

jam se regina superbis Aurea composuit spondâ, mediamque locavit. ——— Mediâ testudine templi Septa armis solióque altè subnixa resedit. Pulchro sedet illa recessu Sublimi solio, pallamque induta nitentem Insuper aurato circumvelatur amictu.

1215. **To steal or play the thief.**

Furari & clam alicui eripere; Furtim, furto accipere, surripere, ex alterius bonis aliquid usurpare; fortunas aliorum vexare; alterum violare ut ipse aliquid commodi capiat; aliorum domesticas, privatas res ingurgitare, aliorum opibus insidiari; spoliis inhiare, commodis incubare; aliorum utilitates ad se rapere, aliena ad rem suam convertere, ad prædam revocare, ad se transferre. Furtum facere, designare. Furti se alligare, astringere. Alienis bonis manus furtivas injicere, afferre. Aliena depeculari, suppilare, suffurari, convasare, expilare, compilare, surripere; clam auferre, subtrahere, subducere, abigere, detrahere, adimere. Furtis quæstum facere. In omni genere furandi versari.

Fur, prædiator; homo trium literarum; avarus & furax. Polypus iste qui sibi quicquid tetigerit tenet uncis unguibus & manibus piceatis.

— Pavido subducere furto, legere, sublegere aliquid. Callidus quicquid placuit jocoso condere furto. ——— Furtum ingeniosus ad omne. ——— Nil est furacius illo: Non fuit Autolyci tam piceata manus, &c. *Mart.* 8. 59.

Peculari, depeculari. Peculator, depeculator ærarii, peculatûs reus: *To rob the Prince, or common Treasury.*

*To set up Stews.* 1410.

*To haunt the Stews.* 1411.

1216. **To stink, to have an ill scent or savor.** 1186.

Fœtere, putere, putescere, obolere. Malè, graviter, deterius, pessimè olere. Odorem fœdum, fœtidum, gravem, ingratum, tetrum, inimicum, insuavem, acrem, aggravantem capita, fœtorem, putorem spirare, redolere, edere, reddere, afflare, expirare, exhalare, emittere. Odore tetro, intolerabili odoris fœditate inficere. Olere cepas & allium: *To stink of Leeks and Garlick.* Malè olet omne cœnum; cœni gravis est odor; *All Mud, or Dirt stinketh.* Odor teterrimus oris & corporis, quem nec bestiæ quidem ferre possent. Fœtidum os; fœtidus, gravis odor, anhelitus oris; oris graveolentia: *A stinking breath.*

1217. **Of a weak stomach.**

Stomachus mihi debilis, infirmus est, languet; malè se habet, laborat. Stomachi virtus languet, jacet, infirma, imbecilla est, imminuta, nulla prorsus; suo muneri minus apta; idonea. Languente stomacho sum, infirmo, imbecillo, malè constituto. Vitio stomachi laboro. Cruditas stomachi permultos conficit.

1218. To stone to death.

Saxis, lapidibus petere, appetere, obruere, cooperire, cædere. Imbre quodam lapideo, saxeo affligere, opprimere. Frequenti lapidum jactu, ictu interficere, trucidare, necem inferre. Lapidare. Fit magna lapidatio. Saxa in caput alicujus congerere. Mole saxorum more grandinis pulsare, obruere. Tunicâ lapideâ indutus est.

Saxa intorquere, rotare, ingerere, jactu lapidum incessere. Imber saxeus ingruit. Vos turba vicatim hinc & hinc saxis petens Contundet.

*To stop the way or passage.*
*To have store of necessaries.* 3.
*To storm a Town.* 126.
*Stout or valiant.* 360.

1219. A strange or wonderful thing.

Mirum quoddam est, mirabile, inusitatum, inauditum, mirificum, prodigiosum, novum, insolitum, admirabile, rarum, portentosum, incredibile, rari exempli; prodigii, portenti simile; opinione majus. Permirum videtur. Mirationem, admirationem magnam affert, commovet, facit. Homines stupore percellit; perculsos, perturbatos, exanimatos reddit. Fidem superat. Ancipites affert cogitationes. Nihil ex omni seculorum memoriâ tale contigit. Quid hoc monstri est? Præter consuetudinem & opinionem omnem omnium.

Rara avis in terris nigroque simillima cygno.

1220. Not strange.

Desinite mirari. Ne cuiquam sit mirum. Non est admiratione dignum. Vulgare, tritum, usitatum, quotidianum. Vidi sæpius usu venire, contingere. Nil habet quod miremur, cur demiretur quis. Res perquam familiaris & frequens.

1221. To be in a strait, distress, perplexity.

In angustum; in parvum & angustum locum, in labyrinthum impeditum, inextricabilem cogi, conjici, claudi, concludi, deduci, venire, coarctari, compingi, constringi, contrahi. In angustum meæ coguntur copiæ. In summas angustias, in extremum discrimen abduci, detrudi, dejici, deturbari, prolabi. Coarctari, coangustari, angustiis urgeri. In scopuloso difficilique loco versari. Locum ubi consistat reperire non posse. Maximis, plurimis malis, periculis, curis, calamitatibus implicari, involvi. In salebris hærere. In salebras incidere. Summâ rerum omnium difficultate premi, ut quò vertat se nesciat, non habeat. Undique laborare. Maximis difficultatibus & molestiis conflictari, urgeri. In extremas difficultates incidere, delabi. In angusto esse. Quo redactus sum! Nunc ego inter sacrum & saxum sto, nec quid faciam scio. Lupum auribus teneo. Quibus sollicitor rebus? Toties me circumvallant, unde emergere nequeo, emergi non potest. Nec consilii locum habeo, nec remedii copiam. Quadrigas

drigas si nunc inscendas Jovis atque huc aufugias, ita vix poteris effugere infortunium. De filo, de pilo pendere.

Tempus in ultimum deductus. Ne desilias in arctum, unde pedem referre pudor vetet.

*To stray or wander.* 1373.
*To swim against the stream.* 1257.
*To strike or beat one.* 170.
*To strive for every trifle.* 86.

## 1222. A strong man of great might. 1393.

Homo robustus, strenuus, nervosus, validus, robustus & valens; nervosi robustique corporis; insigni corporis robore præditus; valens, invictus viribus; robore viribusque invictis; corpore valido, firmo, robusto, viribus magnis & Herculeâ corporis firmitate roboreque pollens, firmitate virium præstans.

Cui validæ vires, & inexpugnabile robur. —— Solidæque suo stant robore vires. Viribus egregiis & firmo pectore præstans. Quis enim par esset Atlantis Viribus?

## 1223. A stubborn fellow, cross, disobedient. 438.

Homo contumax, præposterus & perversus, effrænatus, pervicax, obstinatus, pertinax, difficilis & morosus, refractarius, rigidus, præfractus, durus, asper, ferox, illiberalis, indomitus, cervicosus; duræ, rigidæ, indomitæ cervicis; ingenii perversi, contumacis; indomiti, contumaciæ summæ, pervicacis, non ferendæ; qui contumaciter spernit, detrectat imperia superiorum; mandatis ægrè, minimè obsequitur, non morigeratur; suo more, suis moribus tantùm vivere; obstinavit animo: suo tantùm judicio stat; non est verbis rogandus, sed cogendus fustibus; pervicaciæ morbo tota laborat cervice.

## 1224. To study, to ply his book or study. 792.

Literis bonis, optimis artibus, disciplinis studere, invigilare, operam dare, navare, & in iis elaborare, evigilare, operam ponere, impendere. Studiis bonarum artium, literarum, contemplationi rerum vacare, se totum dare, dicare, devovere, dedere, consecrare, ut ab iis nullo tempore, aut commodo abstrahi, aut voluptate avocari, aut somno retardari possit. Ad artes præclaras; ad artium optimarum, literarum, Musarum studia se adjungere, conferre; animum appellere, applicare, adjicere. In literis abdere, involvere se, omne tempus, otium ponere, consumere, conterere. In veteribus scriptis studio se volutare. Musarum sacris operari. Sacris Musarum studiis se penitus addicere, animum adjungere. In optimis literarum studiis suavissimè otiari, conquiescere, vitæ curriculum conficere. In studia doctrinæ incumbere.

Cum Musis rationem habere. Studiorum liberalium rationem ingredi; suscipere. In scientiâ & cog-

cognitione rerum se totum collocare. Bonarum artium candidatus, studiosus. Librorum heluo; in quo inexhausta est aviditas legendi.
—— Pieriis invigilare choris. Dare tempora mitibus studiis. Sacra Musarum colere. In studiis, in artibus ingenuis ponere tempora.
—— Ingenuis artibus ille vacat.

1225. Unable, too weak to study.
Affecta valetudo corporis, viresque imbecillæ non patiuntur, non ferunt, non sinunt eum studiis operam dare quam par fuit; prohibent ne se totum, penitus literis, studiis addicat; impediunt quo minus immensos studiorum labores exantlare, sustinere, perferre possit. Infirmior, imbecillior est, tenuiore valetudine, corpore languidiore, debilioribus viribus, valetudinis infirmioris, infirmiore valetudine; minus habet virium, quàm ut studiorum grave onus ferendo sit, laboribus immensis par esse possit. Adeo virium vitio laborat, imbecillâ utitur valetudine; tantâ est corporis imbecillitate, ut in studia incumbentem laborū ipsa moles facile possit opprimere. Eâ valetudine non fruitur; eam corporis firmitatem natura non dedit: eas negavit ei vires quas, quam literarum laboriosa tractatio, assidua commentatio, gravissima studia postulant, requirunt, exigunt, desiderant. Corporis, virium, valetudinis infirmitas, debilitas, tenuitas, imbecillitas, facit, ut studiis ei vel abstinendum sit, vel immoriendum necessarió.

Non mihi respondent veteres in carmina vires. —— Dolor artibus obstat. Ingeniumque meis substitit, concidit omne malis.

1226. To forsake his Studies.
Studia literarum quibus assueverat remittere, omittere, aversari, derelinquere, deserere, &c. *Phras.* 1. Studiis atque literis nuncium remittere, ultimum valedicere. A consuetudine studiorum sejungere se. A studiis atque literis operam suam & industriam aliò traducere, transferre, conferre. Literarum me tædium atque fastidium cepit. Librorum nauseâ quadam teneor. A Musis melioribus aversus, alienatus; exiguâ, pertenui præmiorum spe, rebus rusticis vacat, artibus quæstuariis operam dat.
— Coemtos undique nobiles Libros Panæti Socraticam & domum Mutari loricis Iberis, Pollicitus meliora renuit. Frange leves calamos & scinde Thalia libellos, &c. *Mart.*

1227. To return to his Studies.
Pristina literarum studia, artes quibus à pueritiâ deditus fuit ad tempus depositas repetere, recolere. Ad studia priora rursus conferre, revocare, vindicare se. Redire in gratiam cum Musis. Reddere studiis operas intermissas. Ad studiorum consuetudinem atque usum redire. Retuli me ad ea studia quæ retenta animo remissa temporibus, longo intervallo intermissa revocavi.

1228. To

1228. To study Philosophy.

Ad studia Philosophiæ rapi, inferre se. Rerum naturam studiosè intueri, contemplari. In rerum naturalium, in naturæ inquisitione, indagatione, investigatione, contemplatione, consideratione versari diligenter. Philosophiæ intimam, abstrusam cognitionem indagare, investigare. Admirabili quod ad Philosophandum studio concitari, duci, excitari. Philosophiæ ex omni parte frugiferæ, fructuosæ operam navare sedulam. Recondita philosophiæ studia, præcepta, mysteria è tenebris eruere; in lucem vindicare, aperire, explicare. Totum se in contemplandis rebus perficiendisque ponere. Aciem mentis, acumen ingenii, sapientiæ humanæ studium intendere.

———Animo majora capaci Concipit, & quæ sit rerum natura requirit.

*To study too hard.* 938.

1229. To stumble.

Titubare. Vacillare pedibus. Ex vino vacillare, titubare. In lapidem impingere. Ad lapidem offendere.

Non aliter titubat quàm si merina bibisset.

*To stir up or incourage.*

1230. To stutter or stammer.

Balbutire. Impeditè loqui. Linguâ vacillare, titubare, hæsitare. Verba mutila, dimidiata edere, fundere. Impeditiori esse linguâ. Plectro linguæ non satis expedito uti. Balbus.

Os balbum.

1231. To subdue, or bring under his subjection.

Urbem, regionem expugnare, occupare; armis subigere; sibi subjicere; suo imperio addere, adjungere; suæ potestatis facere; in servitutem, dominium, provinciam, potestatem, ditionem suam, imperii sui ditionem; sub imperium suum redigere, libertate multare; in leges suas conficere, cogere ut imperia accipiant, imperata faciant; sub jugum mittere; vectigalem facere. Vi oppressos imperio coercere. Frænos, jugum, servile jugum victis bello injicere, imponere. Vi & armis, manu & ferro victos ad deditionem cogere.

Subjugare. Sub leges vocare, mittere.—Cyprum victor ditione tenebat.——— Clarasque Mycenas Servitio premet, & magnis dominabitur Argis. Sub juga jam Seres, & barbarus isset Araxis.——— Victo leges imponere mundo, totum sub leges orbem mittere,

*To subdue the whole world.*

*To subdue his own affections, or lusts.* 1267.

1232. An obedient, loyal, true, and good Subject. 898.

Qui autoritati legum; potestati principum; decretis, imperiis magistratuum; præceptis juris alacriter, promptè, ex animo propenso, parato, alacri, haud invitè, non repugnanter obtemperat, parat, obsequitur,

cedit subjicitq; se. Fide in remp. in principem singulari. Civis optimus & fidelissimus; summâ in patriam pietate, charitate; fidei spectatæ, intemeratæ; qui libenter, æquo animo, principis, superiorum submittit imperio se; imperium, jugum accipit, suscipit, fert; colla, cervicem jugo dat, subdit, præbet; legibus paret, &c. 898. Hostium imperii, civiumque seditiosorum hostis acerrimus.

1233. To submit himself under anothers command or dominion.

Alteri, alterius imperio, potestati, dominio se tradere, dedere, subjicere, submittere, permittere, dare, cedere. Alterius jura, potestatem subire. Ad alterius imperium accedere, in jus ditionemque alterius concedere.

—Jus imperiumque Cæsaris accepit genibus minor.

1234. To suborn or corrupt false Witnesses.

Falsum testem subornare. Accusatores instruere, & pecuniâ subornare. Testes, aliquem ad testandum, testificandum; testimonium dandum, reddendum, dicendum; ut pejeret, pecuniâ, præmiis, spe promissisque inducere, adducere, comparare, corrumpere, verbis sollicitare. Pretio testis fidem labefactare, calumniatorem apponere. Servum contra dominum promissis armare, in fraudem impellere. Judicium corrumpere.

— Conducti vendunt perjuria testes.——Testium—— donis sollicitare fidem.

Prævaricari, colludere, causam prodere: *To betray his Client.* Prævaricationem sibi apponere: *To corrupt his adverse Advocate.*

*To levy subsidies.* 1270.

*A subtil Knave.* 402.

1235. To have ill success. 1026.

Nihil proficere. Re infectâ discedere. Omnes industriæ, laborum fructus amittere. Operam & oleum perdere. Malè, infœliciter rem gerere. Hâc non successit. Adversa experiri omnia. Fortunam iratam, infensam & infestam habere. Aliter ac putavimus, contra quam volumus cecidit res. Ventis adversis utimur. Minus succedunt nostræ res.

Sudat nitendo neque proficit hilum—— Careat successibus opto.

*To have good success.* 1026.

*To succour.* 130.

*To desire succour.* 131.

1236. Suddenly, unexpected, unawares.

Subitò, inopinatò, inopinatè, inopinanter; ex inopinato, insperato, improvisò. Me non opinante. Repentè, præter spem. Derepente. Repentinò. De improvisò. Nec opinato. Ex nec opinato. Repentina & inopinata gravi[illegible].

*To sue one at Law.* 785.

*To suffer pain.* 953.

To

*To suffer shipwrack.* 1555.
*To suffer grief.* 637.
*To suffer punishment.* 140.
*To suffer loss.* 816.
*To suffer one unpunished.* 167.
*The Summer.* 1460.

1237. **To summon or cite to appear.**

Monere, denunciare ut dicto die quis appareat, adsit, præsentem se sistat in foro. Citare, evocare reum ad causam dicendam, agendam. Diem alicui dicere, indicere, apparendi. Apparitoris fungi munere. Citare per præconem in curiam, ad tribunal; coram judicibus — Pavidos tristi voce citare reos.

1238. **The Sun,** *Sol.*

—Mundo qui præbet lumina Titan——Volucrum ignipedum moderator, frænator equorum. O qui terrarum flammis opera omnia lustras.—— Lux immensi publica mundi. Alme sol curru nitido diem qui promis & celas, aliusque & idem nasceris.—— Sidera qui temperat omnia, orbem luce. Ille ego sum qui longum metior annum, Omnia qui video; per quem vidit omnia tellus; Mundi oculus,— Radiis frontem vallatus acutis. Purpureo tepidum qui movet axe diem— Hyperione natus. — Videt hic Deus omnia primus. Vos O clarissima mundi Lumina, labente m Cœlo quæ ducitis annum, Sol & Luna. Per jubar hoc radiis insigne coruscis.—— Quo nos auditque videtque.

1239. **The Eclipse of the Sun.**

Solis labores, defectus.

Sol deficit, laborat; fugit in tenebras, obscuro meat sine nube vultu; medio Cœlo, Olympo diem perdidit, ruptum mersit, obscurus mortalia pectora terret: caput obscurâ nitidum ferrugine texit: quod Lunæ terris propioris imago Obstiterit, pallet, &c. *Senec. Thyest. Act.* 4. *Chorus.*

1240. **To supply defects or wants.**

Quod deficit, deest, addere, explere. Quod imminutum est suis, novis copiis reparare, resarcire; redintegrare. Quod ablatum, detractum, ademptum, est, in integrum restituere. Defectui supplementum addere. Quod cessat ex reditu, frugalitate supplere. Bibliothecam, librum imperfectum supplere.

*To supplicate humbly.* 1028.

1241. **Suppose, admit, grant this, be it so.**

Esto. Finge, constitue id. Detur, concedatur hoc. Demus, concedamus ista. Largiar, largior hoc tibi, damus, concedimus, dabimus, concedemus. Ut hoc tibi concedam, dem. Sit quod tantopere pugnas. Fac ita esse. Non repugno, non pugnabo, non adversabor, non laboro; non magnopere laboro, pugno eâ de re. Finge datos currus.

1242. To suppress an evil in the beginning.

Malum nascens opprimere, occupare, in herbâ extingere. Principiis malorum obstare, maturè occurrere. Primam incendii facem restinguere. Semina malorum corrumpere, tollere; ipsis periculis & timori obviam ire. Serpentis, crocodili ova confringere. Non pati ut; prohibere, providere, cavere ne oriens malum serpat, manet longius. Mali nascentem impetum frangere, minuere. Initia morborum facilè sanantur, inveterati contumaciùs repugnant medicinæ.

Opprime dum nova sunt subiti mala semina morbi, &c. *Ovid. de Rem. Amor.* 1.——Venienti occurrere morbo. Quæ ludunt oculos festinas tollere, demere: si quid Est animum, differs curandi tempus in annum? Ne mala radices altiùs arbor agat. Nascentes medicus properet depellere morbos. Flamma recens parvâ sparsa recedit aquâ.

*To suppress wickedness.* 1412.
*To suppress the sedition.* 1147.

1243. To become Surety, or undertake for another. 1385.

Pro altero: pro alterius debito, ære alieno spondere; fidé jubere; fidem suam interponere; se obligare, obstringere; se verbo, nexu, nexûs vinculis obligare; devovere se. Suo periculo, sua fide promittere; fidem suam pignori dare; in se recipere alium aliquid facturum. Promittere se fidem alienam, culpam alienam præstare velle: alienæ culpæ dispendium luere velle. Culpam, promissum alienum in se recipere. Prædem, obsidem se dare. Quod huic creditis fide meâ esse jubeo, fide meâ sumat.

Vadari, vadem se dare, vadimonium promittere, vadimonio se obstringere: *To be surety for anothers appearance.* Vas factus est alter sistendi ejus; *Damon undertook for Pythias his appearance.*

1244. To Surfeit. 808. 1395.

Ex immodicâ comessatione, comessando & perpotando; ex intemperatissimis perpotationibus crapulam, morbum, stomachi offensionem & oppressionem contrahere; ructare & nauseare; Stomacho, stomachi fastidio laborare. Nimio cibo, immoderatâ potatione nauseæ molestiam suscipere, contrahere. Hesternâ potatione oscitare. Pridiani cibi onere stomachus gravatur, marcescit. Ingurgitando se cibis malè habet stomachus. Cibo nimio stomachum obruere. Largiore cibo usus est, quàm ut stomachus ferat.

——— Nimio marcescere vino.

*To surmount others.* 510.
*To surrender.* 1071.

1245. To suspect, or mistrust.

Suspicari. Suspicionem conferre, conjicere in aliquem. Duci ad suspicandum. Aliquem ad suspi-

spicionem vocare, rapere, suspicione perstringere, percellere. Sinistram de aliquo suspicionem habere; ex aliquâ re elicere, trahere, sumere. Nefarias res de ingenio alicujus suspicari. Nihil non doli & perfidiæ subesse suspicatur. Incidit mihi suspicio. Suspicio est nata, orta, injecta est rei atrocis. Non abest suspicio veneni. Insidiarum suspicio subolet. Suspicor fore ut, &c.

1246. To be suspected.

Adduci, cadere, venire, incidere, vocari, incurrere in suspicionem. Aspergi, percelli suspicione. De te suspicio est, incedit. Insidet, residet in eo, convenit, incidit in eum, pertinet ad eum suspicio. Graviter suspectus. Suspectus nimiæ spei: *Suspected of Ambition*. In suspicione stupri positus. Tibi ita penitus insedit ista suspicio, ut nullo modo evelli potuerit.

1246. To give cause of suspicion.

Suspicionem; suspicioni locum; suspicionis, suspicandi causam, causas, ansam dare, præbere. Suspicionem de se aliis movere, commovere, excitare, inferre, injicere. Suspicioni locum aperire. Ea res mihi suspicionem affert, importat.

1247. Free from suspicion.

Longè ab omni suspicione abest, remotus est, abhorret. A periculo suspicionis alienus. Ne tenuissima conscientiæ suspicio me attingit, perstringit, in me conferri potest. Abest illi suspicio hujus criminis. Ne tenuissimâ suspicione alligatus.

1248. To rail, or bring one into suspicion.

Alicui suspicionem conflare. Aliquem in suspicionem vocare, rapere, adducere; suspicione perstringere, percellere, alligare. Suspicionem conferre, conjicere in aliquem. Varias de aliquo suspiciones spargere. Suspicionum implevit me indignissimé. Injicere suspiciones.

1249. To take away Suspicion.

Suspicionem amovere, tollere, depellere, delere, amoliri. Ab omni re, suspicione sceleris vindicare. Rem à suspicione avertere. Omnes causas suspicionis præcidere. Ut pellatur nimia suspicio, abscedat. Suspiciones omnes ab se segregare. Expedire se crimine, suspicione exsolvere, liberare. Suspicionem levare, atque à se removere, propulsare: se eripere ex infamiâ.

1250. To lose, or be cast in his Suit.

Causâ, lite cadere. Litem, causam perdere, amittere. Judicio vinci, superari, cedere, posteriores ferre, inferiorem esse. Contra nos judicatum fuit. Injuriarum condemnari.

1251. To win, gain, or obtain his suit.

Tenere, obtinere causam apud judices. Litem vincere. Superare adversarium lite. Causam superiorem

superiorem habere. Jus suum obtinere contra adversarium. Secundùm nos judicatum fuit.

*A Swaggerer or swash-buckler.* 1103.

1252. To swear or take an Oath.

Juramento, jurejurando rem asserere, affirmare, confirmare, consignare, contendere, teneri. Religiosè affirmare, jurare; Deum testari, contestari, testificari, testem facere, habere, adhibere, advocare, assertionis testem invocare. Fidem Religione, juramento, jurisjurandi vinculo, Religione obstringere, astringere, constringere, alligare, obligare. Dei nomen interponere. Sacramento teneri, obligari, obligare se. Jurare tactis aris; juramentum magnum, verissimum; conceptis verbis, in verba aliqua juratus affirmo. Quam sanctè, persanctè dejero. Nullum vinculum ad stringendam fidem jurejurando majores arctius esse voluerunt.

—— Jurabo quævis tibi numina, meque Astringam verbis in tua jura meis.——Obligasti perfidum votis caput.

1253. To make one swear, or put one to an Oath.

Sacramento, religione, jurejurando aliquem obligare, obstringere, adigere, rogare, juramenti vinculo astringere, alligare. Ad jusjurandum, ad jurandum, in jusjurandum cogere, adigere, impellere.

1254. To release an Oath sworn.

Sacramentum, jusjurandum remittere. Sacramenti, jurisjurandi gratiam facere; religione, nexu absolvere, vinculo expedire, exsolvere.

1255. Ancient forms of swearing and asseveration.

Sanè, certè, quidem, profectò, pol, ædipol, mecastor, herclè, hercule, mehercule, mehercules. Ita me dii ament. Ita me servet Jupiter. Medius fidius. Deum testor, testificor. Testor deos deasque immortales. Ne vivam, disperea, emoriar, male mihi sit, ma perdat me Deus,——sitque ocul lux ista novissima nostris, si, h &c.—Ne sim Saturnia si non, &

Tango aras, mediosque ignes, numina testor; superos, sidera testor. Per sidera juro, testor.

Per superos, & si qua fides tell sub ima est. Per caput hoc ju Perque tuum nostrumque cap Testor utrumque caput.—Per hæc vaga sidera juro. Per supe atque hoc Cœli spirabile lum Per jubar hoc juro radiis insig coruscis. Vos æterni ignes, & violabile vestrum Testor num Juro per immensi sinuosa vo mina Cœli, Et picturati gran toreuma poli.

Juramenta deorum. *The Go Oath.*

Adjuro Stygii caput implac bile fontis, &c. *Virg. Æneid* 12.—— Sty

—— Stygias juravimus undas.
—Promiſſis teſtis adeſto Diis [illegible]nda palus.
—— Per flumina juro Infera [su]bterras Stygio labentia luco.
—— Stygii quoque conſcia [illegible] Numina torrentis; timor [illegible] Deus ille Deorum eſt. Nubila [p]romiſſis Styx mihi teſtis erit.

## 1257. To ſweat.

Sudare. Sudorem emittere, ex[su]dare. Multo ſudore manare, [d]iffluere.
—— Gelidus toto madabat cor[po]re ſudor.
Frigidus obſeſſos ſudor oc[cu]pat artus. Toto corpore ſudor [ex]queſcit; ſalſus ſudor iit per [ar]tus; fluit undique. Sudore [ma]dent vultus: equi ſumant.

## [1]258. To ſweeten a thing.

Cibo dulcedinem, ſuavitatem, [ju]cunditatem, ſaporem melleum, [gra]tum, ſuavem, jucundum, dul[ce]m dare, addere, conciliare, affun[de]re. Cibum jucundum, ſuavem, [du]lcem, melleum, mellitum red[de]re; jucunditate, dulcedine, [su]avitate, ſapore melleo, mellito, [gr]ato, Saccharo, melle perfun[de]re, imbuere, temperare, con[di]re, afficere.
Condimenti aliquid ſuavioris [ad]miſcere. Condimento ſuaviſſi[m]o amaritudinem, acrimoniam [c]ibi minuere, mitigare.

*Sweet ſmell.* 1136.
*To run ſwiftly.* 1108.

## 1259. To ſwim.

Nare, natare. Innare, innatare aquis, flumini. Brachiorum pedumque remigio per aquas ferri; carpere iter maris; tranare flumen. Flumen nando trajicere, ſuperare.
Natare, innatare aquas, undam. Fluvios innare, tentare nando rapaces, minaces, profundas. Lentaque dimotis brachia jactat aquis, liquido mari. — Juvenem poſſum ſuperare Palæmona nando; piſces natando; Miraque quem ſubitò reddidit herba Deum. — Æquoreum carpere nudus iter.
—— Tacitis migrare, remigrare ſub undis.
Natare contra aquam; Plin. adversâ aquâ. *To ſwim against the ſtream.* Stultus ab obliquo qui cum diſcedere poſſit, Pugnat in adverſas ire natator aquas.
Pars fluvii ſubit ima, latentibus æmula mergis; Nudaque ſub multas corpora condit aquas: *To dive.*

## 1260. To gird on, and put off his Sword.

Se, latus gladio, enſe, &c. cingere, accingere, præcingere, vincire. Lateri enſem aptare, accommodare, ſubigere.
Lateri enſes accingere. — Telo accingitur unco. Præcingitur enſe. Enſe, telo revincire latus.
Enſem

Ensem exuere, exponere, reponere.——Humero exuit ensem, *Put off his sword.*

1261. To draw a Sword.

Ensem, gladium, frameam, telum, ferrum, acinacem Medum stringere, distringere, nudare; vaginâ, è vaginâ eripere, ducere, educere.

Fulmineum, falcatum vaginâ liberat, exuit, diripit ensem. Ensem retegere, recludere, vaginâ detegere. — Nudo fulminat ense manus.——Stat ferri acies mucrone corusco Stricta parata neci. —— Cur dexteris Aptantur enses conditi?

1262. To put up his Sword.

Gladium, &c. in vaginâ [...]dere, in vaginam recondere, [...]cludere; vaginâ claudere.

Vagina cavâ fulgentem co[...]dit, aptavit ensem; vaginæ re[...]lit, vaginâ texit, abdidit.

1263. Sword players, Fenc[...]

Gladiatores, Mirmillones. G[...]diatorum par. Gladiator vetu[...] nobilis, multarum palmarum. P[...]nam gladiatorum inire. Cum [...] stuario gladiatore decertare. R[...] donatus gladiator: *A sword-pla[...] dismissed.*

Munus, certamen gladiat[...]um edere. Centum paria gl[...]atorum dare: *To set forth a show [...] Sword-playing.*

T.

1264. To take ill, in ill part, hainously, or grievously heavy.

ÆGrè, ægerrimè, graviter, gravissimè, gravatè, gravatim, molestè, ingratè, iniquè, acerbè, duriùs, indignè; iracundè, animo indignante, offenso, iniquo, iniquiore ferre, pati.

Indignor, stomachor, fremo, vix suffero, ferre non possum.

Ægrè, ægerrimè, graviter, &c. dolenter, immodicè, immoderatè, non humanè, paulo graviùs, graviùs quàm pro re ferre, pati, violenter tolerare. Nihil unquam ægriùs tuli. Nil illo fer[...] vidisse dolentius. Nec quicquam [...] nostras pervenit acerbius aures.

*To take thought.* 638.
*To take example from others.* 5[...]
*To take notice of.* 41.
*To take in good part.* 16.
*To take heed.* 197.
*To take occasion.* 906.
*To take offence.* 914.
*To take away all occasion.* 909.
*To take away by force.* 574.
*To take away suspicion.* 1248.

1264. To talk or prate t[...]gether. 303.

Sermones serere, conserere, [...]cere, commiscere. Sermoni[...] trah[...]

[ta]here noctem, fallere diem. A [c]œnâ garrire ad foculum. A po[c]ulis, congerronum more, ludicra [e]ffundimus alter in alterius sinum. [M]ultis verbis ultrò citróque ha[b]itis diem consumere.

*To talk or speak.* 1165.
*To talk much and idlely.* 1002.
*To talk, or commune with one.* 305.

1265. A tall man, of a great stature.

Homo procerus, prælongus, sublimis, ingens; prægrandi, maximâ, vastâ, ingenti mole corporis, proceritatis immodicæ, immensæ, stupendæ; magnitudine, staturâ eminente, immani, præcelsâ, colosseâ, giganteâ; plusquam giganteâ, humanâ; sublimitatis, altitudinis prodigiosæ, immanissimæ. Monstrum hominis, specie, mole corporis monstrosa, monstrificâ; usitatam, communem, ordinariam humanæ staturæ rationem longe superans; cui figura vastior Elephanto. Polyphemus aut Orion aliquis, cui profundum mare pro vado est, rupes & montium fragmina pro telis, pinus ingens pro clava, baculo, pro cœna bos, reliqui mortales pro nanis habentur; qui alios homunculos, homunciones ex alto, è sublimi ut vermiculos despicit.

Monstrum immane, ingens. Corpore altissimo. Altior is, colloq; tenus supereminet omnes. Herculea non mole minor: Si grandibus altè Insurgens humeris hominem super improbus exit, &c. *Stat. Theb.* 6.

——Hominum cunctis ingenti corpore præstans. Arduus altáque pulsat sidera. Sublimi ferit sidera vertice.

——Qui tantum alios nter caput extulit omnes, Quantum lenta solent inter viburna cupressi.

——— Cœlo capita alta ferebant. Summa Palatini poteras æquare Colossi. Si fieres brevior Claudia sesquipede.

1266. To tame, or break a wild Horse.

Indomiti equi ferociam, audaciam refrænare. Furentem, novum, ferocientem equum habenis huc illuc flectere, torquere; habenis angustis, adductis, pressis compescere. Equo feroci, indomito, intractato, exultanti, effrænato insidere, hærere, calcaria subdere, fræna immittere, habenas injicere.

Fingit equum tenera docilem cervice magister, Ire viam quam monstrat eques.— Certum flectit in orbem Quadrupedis cursus, spumantiáque ora coercet.— Ferocis equi luctantia colla retorques. Torquere frænis ora fugacis equi. Gallica lupatis temperat ora frænis. ——— Sub juga ferrea mittit quadrupedes, cornipedes, rigidisque docet servire lupatis.

1267. To tame a wild young man.

Juvenem ferocem & indomitum; audacia furentem, exultantem;

tem; effrænatum domare, perdomare, coercere, frangere, subigere, refrænare, cohibere; severioris disciplinæ habenis reprimere, compescere, mansuefacere; ab immanitate, feritate, lasciviâ, morum & vitæ turpitudine, pravitate, ad humanitatem, mansuetudinem, temperantiam revocare, perducere, traducere; ex fero & immani mitiorem & mansuetum reddere. Adolescentis intractabilis animos, spiritus, impetus nimium feroces retundere.

Nemo adeò ferus est qui non mitescere possit, Si modo culturæ patientem accommodet aurem.

1268. To tame or mortify his own lusts, carnal and wild affections.

Indomitas cupiditates, libidines, pravos animi & inordinatos appetitus; perturbationes, motus turbidos, appetitiones, affectus, impetus temerarios, effrænatos, affectiones distortas & pravas compescere, cohibere, coercere, reprimere, refrænare, perdomare, temperare, moderari, sedare, frænare, domare, subigere, continere, comprimere, ratione regere, domitas habere. Cæcam ac temerariam dominatricem animi cupiditatem rationi ac pietati subjicere. Accensas rerum terrenarum cupiditates restringere, cœlestia tantum anhelare, ad cœlestia suspirare, fidelibus desideriis ascendere. Voluptatibus corporeis & cupiditatibus moderari, imperare, reluctari; modum statuere, ponere; frænos, vincula injicere; obviam ire. Facere, ita comparare se, ut animo tranquillo, sedato, quieto, pacato & omni perturbatione vacuo sit.

In omni vitâ rectissimè præcipitur, ut perturbationes fugiamus, hoc est, motus animi rationi non obtemperantes. Animum vincere. Fortior est qui se, quam qui fortissima vincit Mœnia.

1269. To become or grow tame.

Mansuescere. mitescere, cicurari. Feritatem deponere, exuere, abjicere, dediscere. Bestia, fera cicur & mansueta, culturæ patiens. Aspides obsequuntur. Elephanti jussa faciunt. Leones jugum subeunt. Humana institutione naturam deponunt, obliviscuntur, quod natæ sunt; in mores transeunt nostros.

——— Desuetæ sylvis, in carcere clausæ Mansuevère feræ, & vultus posuere minaces, atque hominem didicêre pati. Leo mores Accepit, pectiq; jubas hominemq; vereri Edidicit, nullasque ruit nisi jussus in iras.

*To tame the peoples fury.* 958.

*To tame one by rigor and severity.* 1091.

1270. *Tantalus.*

Jovis filius & Plotes. Cui licuit soli superorum tangere mensas. – Cui Stygiâ captantur in unda Poma ——— & in mediis quæritur humor aquis. Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat

Tanta-

Tantalus; hoc illi garrula lingua dedit. Tantalus à labris sitiens fugientia captat Flumina, &c. *Horat. Serm.* 1. 1. Poma pater Pelopis præsentia quærit, & idem Semper eget liquidis, semper abundat aquis.

*To tarry for one.* 141.

*To tarry or stay in a place.* 15.

1271. **To tax, cess or levy Subsidies.**

Populum censere, æstimare; Censum agere, habere; Facultates singulorum æstimare; Census cujusque, æstimationes facere; nova subinde tributa, vectigalia exigere; populo indicere, imperare, irrogare. Grave tributi onus plebi imponere. Exactionibus & tributis populum, plebem, subditos, cives, plebeculam, tenuiores onerare, opprimere, atterere, gravare, premere, deglutire, expilare, compilare, excoriare, devorare, excarnificare; sanguinem sudoremque plebis, rusticorum, tenuiorum absorbere, ingurgitare; scrinia principum, æraria, thesauros sanguine pauperum explere.

1272. **To teach or instruct.** 734.

Instituere, docere, erudire, prælegere. Animos pueriles, ingenium inde ad humanitatem fingere, informare: literis, præceptis expolire, imbuere, instruere. Præclara sapientiæ præcepta, & quasi vias quæ ad doctrinam ferunt, ducunt, tradere. Primis elementis instituere literariæ militiæ tyrones. Pueris vagientibus adhuc infantibus quasi lac cibumque præmansum in os ingerere, inserere. Ad bonas, meliores artes præire juventuti. Ludum aperire. Scientiâ discipulos augere, Præceptor, doctor, informator, Magister, Ludimagister, Pædagogus, Scholæ informator, moderator, gubernator.

Quintiliane vagæ moderator summe juventæ. In medium discenda dabat, &c. *Ovid. Met.* 15. 2. *Pythagoras.*

1273. **Tedious in speaking.** 1022.

Nimiâ prolixitate, longitudine orationis; loquacitate. Nimis multa de re minimè perspicuâ, apertissimâ, loquendo, dicendo; verba faciendo; diutius eâdem in re immorando satietatem afferre, & nauseam, molestiam creare, exhibere, facessere: fatigare auditores & offendere, fastidium parere. Paulò est longior & loquacior. Longiùs in dicendo provectus est, diutiùs tenuit auditores, quàm benevolorum etiam summus candor ferat. Nimius aliquâ in re, odiosus & loquax.

—— Longâ ambage, longo sermone morari. Ille leget, bibe tu, &c. *Mar.* 7. 50. Est brevitate opus ut currat sententia, nec se Impediat verbis lassas onerantibus aures. Indoctumque fugat recitator acerbus? Quem vero arripuit, tenet occiditq; legendo, Nec missura cutem nisi plena cruoris hirundo.

1274. Tedious in Repetitions.

De eâdem re disserendo: eadem sæpius inculcando, repetendo: eandem cramben bis terque coquendo, recoquendo, reponendo aures obtundere, molestum esse satietate defatigare. Nihil dictum est, quod non sit dictum prius. Idem dictum est centies. Ne me obtundas de hâc re sæpius. Unam, & eandem semper cantas cantilenam. Plus millies audivi. Nihil novi affers. Quoties de eâdem re audio? Mitte quod scio, dic quod rogo.

*To cast in ones teeth.* 1362.

1275. Temperate in Prosperity, Intemperate.

Moderatè ferre res secundas. Continere, cohibere, coercere se, ne prosperis fortunæ flatibus, ventis nimium secundis, in scopulos intemperantiæ, in superbiam, arrogantiam, luxuriam, lasciviam, socordiam, desidiam, aliamve turpitudinem abripiatur, abducatur, auferatur. Moderari fortunæ. ——Opibus non tradere mores. In rebus bonis. Ab insolenti temperatam lætitiâ servare mentem. —— Æquâ commoda mente pati. Sapienter — Contrahes vento nimium secundo Turgida vela. - Benè ferre magnam Disce fortunam. Rebus metuit secundis Alteram sortem bene præparatum pectus. — Secundis temporibus dubiisque rectus.

Rebus prosperis insolescere, efferri. Secundas res immoderate ferre levitatis est. Homines secundis rebus effrænatos & sibi præfidentes, tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportet.

Luxuriant animi rebus plerumque secundis. Fortunâ dulci ebrius. Quem res plus nimio delectavêre secundæ. Opibus trade remores.

*Temperate or moderate.* 869.

1276. Tost with a Tempest.

Tempestate rejici. Fluctibus jactari. Ventis, procellis agitari. Semper mortem expectabam, ita usque adversâ tempestate usi fumus.

Errabant acti ventis maria omnia circum.——— Ventis inimica per æquora rapti. Fulmina noctem, imbres iram cœlique marisque Perpetimur. Vide *Hor. Epod.*

*The Sea is tempestuous.* 1133.

*Tempestuous weather.* 1399.

*To guide a Ship in a tempest.* 1154.

*To tempt to evil.* 347.

1277. To withstand or resist temptation.

Peccatorum, vitiorum, scelerum illecebris, lenociniis, blanditiis magnâ vi, pro viribus, pro virili obniti, summis viribus obluctari, reluctari, repugnare, obsistere.

Pugnare diu nec se submittere culpæ. Illa quidem sentit fœdóque repugnat amori, &c. *Ovid. Met.* 10. 9. *Myrrha.* Et luctata diu postquam ratione furorem

-rem Vincere non poterat, &c. Ovid. Met. 7. 1. Medea. ——— Omnia feci, (sunt mihi dii testes) tandem sanior essem; Pugnaque diu, &c. Ovid. Met. 9. 1. Byblis. Dii precor, & pietas, sacrataque jura——Hoc prohibete nefas, scelerique resistite tanto. Sed mihi vel tellus optem priùs ima dehiscat, &c. Virg. Æneid. 4. Dido.

*To pitch his tents.* 240.
*To remove his tents.* 241.
*To terrifie.* 76.

1278. **To give testimony of anothers honesty.**

Judicium suum de altero satis honorificum declarare. Amplissimo testimonio aliquem cohonestare; ornare, communire.

Ad laudem, ad honestatem alterius; pro altero testimonium suum dicere; fidem suam dare; obligare se judicio. Aliquem laudare pro concione. Alteri suo testimonio, suâ commendatione honorem decernere, deferre. Existimationem alterius in judicio verbis suis augere; virtuti testimonium tribuere.

*Testy, or cholerick.* 270.
*To assign by Testament.* 191.
*To testifie or witness.* 1924.

1279. **To be thankful, or grateful.** 1053.

Gratâ memoriâ meritum, beneficium alicujus prosequi, colere, usurpare. Nullum grati animi argumentum, testimonium prætermittere, negligere. Singulari studio, benevolentiâ observare aliquem propter beneficium acceptum. Accepta beneficia, officia alicujus memoriâ tenere, animo complecti; visceribus, præcordiis infixa conservare, commemoratione gratâ prædicare, profiteri, agnoscere, recognoscere. Propter collata beneficia gratias immortales, magnas, ingentes, maximas, infinitas, singulares, immensas; meritam debitamque gratiam bene-merentibus agere, habere, deferre, referre, debere, reddere; justis honoribus & memori mente persolvere. Amici expectationi in referendis gratiis non deesse; omnes nervos, vires ad satisfaciendum intendere. Beneficia pati, ex memoriâ nunquam excidere, elabi, effluere. Memoriam beneficii colere benevolentiâ sempiternâ. Multorum magnorumque beneficiorum gratiâ alteri se addicere, dedere, obstringere, devovere, consecrare.

Plena tot ac tantis referatur gratia factis.

Non erit officii gratia tarda tui. Hæc mihi semper erunt imis infixa medullis; perpetuusque animi debitor hujus ero. — Nec unquam esse satis potero (præstem licet omnia) gratus — Ego te quæ plurima fando Enumerare vales nunquam negabo promeritam, — Nec me meminisse pigebit Dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus. Ante leves pascentur in æthere cervi, &c. Virg. Eclog. 1.

 —Be-

—— Bene apud memores veteris stat gratia facti.

*To play the Thief.* 1213.

1280. **As I think, or this is my opinion.**

Ut ego conjicio, puto, reputo, cogito, suspicor, arbitror, reor, existimo, opinor, credo, censeo, duco, autumo, judico, conjecto, conjecturam facio. Quantum ego nunc perspicio, opinione, conjecturâ angutor; intelligere, existimare, assequi possum; intelligo, sentio, conjecturam facio, suspicor; videre mihi videor; judicio meo colligere; ingenio & ratione assequi possum. Ut mihi videtur; mea fert sententia, opinio, in animum induco meum. Mea sic est oratio. Mea sententia opinione, judicio. Ita fert animus. Ita prorsus existimo. Mihi sic videtur. Meum hoc est judicium. Facile inducor ut credam. Eò propendet, inclinat animus, mens mea. Ego sic intelligo.

Sic equidem dicebam animo. Sedet hæc animo sententia nostro.

*To think upon, or consider.* 329.

1281. **To thirst or to be thirsty.**

Sitire. Sitim contrahere, con i-pere, colligere, ferre, pati, tolerare. Siti laborare. Accensa, facta est sitis. Enectus siti Tantalus.

Adduxêre sitim tempora, æstus. Sitis arida, importuna, anhela, tabida, morosa exurit, torret, urit guttur, fauces, miseros Siti ardere; incensum flagrat cor. —— Longo fessa labore. Sidereo siccata sitim collegerat æstu. Caret os humore, —— Et fauces arent, vixque est via vocis in illis. Haustus aquæ mihi nectar erit, &c. *Ovid. Met.* 6. 6.

1282. **To quench ones thirst.**

Potione sitim depellere, restinguere, compescere, tollere, extinguere; undis, aquis excutere, vincere; vino, potu reprimere, levare, relevare.

Sitim pellere, sistere, explere, restringere; flumine sedare; levare de fonte, deponere in undâ; undâ multâ compescere, avertere fluvio; saliente rivo extinguere. Abluitur sitis de corpore. Sitis est extincta bibendo. Finit sitim copia lymphæ. Haurire gelidos liquores. Arida sitiens ora lavabis aquâ. Pocula arenti sitientes hausimus ore.

Excessit sitim potio: *They drunk too much.*

*To take thought.* 638.

1283. *Thracia. Thraca. Ismaria.*

Bistonis, Scythonis ora. Terra Ædonis. Rhesi Mavortia tellus. Est ubi Troja fuit Phrygiæ contraria tellus Bistoniis habitataviris. Terra procul vastis colitur Mavortia campis, Thraces arant, acri quondam regnata Lycurgo. Armifera, armigera, gelida, horrida, sæva bellatrix.

*To bring into thraldom.* 212.

*To be in thraldom.* 213.

## 1284. To threaten.

Alicui graviter, acerbè, hostiliter minari, comminari, minitari, interminari; metum, terrorem, formidines inferre, incutere, opponere verbis minacibus pœnas, malum, carcerem, vim, periculum, tormenta, perniciem, vincula, cædem, cruces, horribilia intentare, proponere, denunciare, vehementer ostentare. Minas anhelare, intonare. Fulmina verborum atque minarum jactare. Aliquem clamore atque minis insequi; verbis acerrimis, asperrimis terrere minis acerbissimis exagitare, exanimare, lacessere, provocare, perterrere; verbis conficere, terrore, proposito dehortari. Minarum aculeos immittere in aliquem.

Voce minace terrere Minis intonare, fulminare & fulgurare.— Sed quid prædicere pœnam Attinet? ingentes parturit ira minas.

## 1285. To be thrifty or play the good Husband.

Continenter, parcè & frugaliter vivere. Modestè, parcè, sumptum facere. Sumptum fugere. Rationem habere sumptuum. Impendio, impensis, sumptibus parcere. Nihil temere profundere. Parsimoniâ & diligentiâ rem suam, familiarem rem augere, conservare, & retinere. In sumptibus adhibere parsimoniam. Se contra luxuriam rusticanâ, incultâ parsimoniâ defendere. Homo parcus & tenax, sobrius & diligens, attentus ad rem; contentus modico apparatu victuque: modestè munificus; ab omni Luxuriâ abhorrens: rarum parsimoniæ exemplum; cui magnum illud vectigal parsimonia est. Natura omnes homines restrinxit ad pecuniæ custodiam.

Parciùs hic vivit? Frugi dicatur.— Hâc mente laborem Ferre, senes ut in otia tuta recedant. Cum sibi sunt congesta cibaria: sicut parvula formica, &c. *Horat. Serm.* I. I. Anii filiæ, quarum tactu cuncta In segetem laticemque meri, baccamque Minervæ Transformabantur, &c. *Ovid. Met.* 13. 4.

## 1286. Too thrifty or niggardly.

—Homo sordidus, miser, illiberalis, aridus, nimis parcus & tenax, nimis attentus ad rem; paulò ad rem avidior; parsimoniâ nimiâ & tenacitate restrictus; qui sumptus nimium parcè, perparcè impensas nullas facit, magnas inter opes inops. Quod ille unciatim vix de dimenso suo suum defraudans genium comparsit miser.

——Congestis undique saccis Indormis inhians, & tanquam parcere sacris Cogeris, &c. *Horat. Serm.* I. I. Qui nummos aurumque recondit nescius uti Compositis, metuensque velut contingere sacrum, &c. *Horat. Serm.* 2. 3.——Mediis sitiens in undis Tantalus à labris, &c. *Ibid.* Congesto pauper in auro.

1287. To cut ones throat. 758.

Jugulare. Jugulum, guttur ferro, cultro aperire. Telum jugulo condere.

——— Jugulum mucrone resolvit; ferro, ense reclusit. ——— Occulto jugulos aperire susurro.

1288. To thrust one out of doors.

Domo, ædibus, foras aliquem pellere, expellere, exturbare, ejicere, extrudere, exigere; ex ædibus præcipitem dare; de possessione deturbare. Possessores suis sedibus pellere. ——— Tectis excedere cogit.

1289. To thunder. It thundereth.

Tonare, intonare. Tonuit, intonuit. Cœlum tonat; tonitru tremit, contremit, contremiscit, concutitur; fragores horridos, horrendos, horrificos, horribiles, horrisonos edit. Tonitrua jactusque fulminum.

Agere, movere tonitrus. Tonitru cœlum omne ciere. Sonoro tonitru cuncta concutere. Cœlum tonat omne fragore. Tonuêre feris clamoribus astra. Omnia tonitru concussa tremunt; quatiuntur cærula cœli. Terrificique ruunt tonitrus. Vaga tonitrua latè strepuêre. Ardua terrarum tremiscunt tonitru. Jupiter horrifico strepitu conterruit orbem. ——— Magno miscetur murmure cœlum. Magnus ab æthereo personat axe fragor.

Audire placido tonitru cœlo. Diespiter per purum tonantes Egit equos volucremque currum.

——— Quater axe sereno intonuit. *Thunder in a clear sky.*

1290. To ty fast or bind.

Vincire, devincire, ligare, obligare, alligare, colligare, religare, obstringere, constringere. Vinculis alligare & devincire. Arctè, fortiter astringere. Funibus ferreis, catenis revincire. Vincula, compedes, catenas, pedicas, manicas, lora injicere, adhibere, innectere. Vinclis, gravibus vinculis, &c. coercere, constringere, irretire, colligare, religare, circumdare, innectere aliquem.

Alicui vincula nectere; innectere gutturi.

*To till the ground.* 981.

1291. To serve the time.

Servire scenæ. Tempori parere, servire, inservire, assentiri. Omnium horarum hominem agere. Uti foro. Ad omnia se comparare. Inflectere se, moribúsq; omnium accommodare, attemperare, obsecundare, servire. Ad novos casus temporum, novorum consiliorum rationes accommodare. Cedere tempestati. Necessitati parere. Temporis præsentiumque rerum rationem præcipuam, vel maximam habere. Pro tempore consilia moderari suscipere ac deponere pro ratione temporis. Ita se gerere suasq; res ut ratio temporum fert, postulat, præcipit. Ad nutum temporis accommodare se suaque consilia. Loco, tempori, præsentibusque rebus

rebus aptare se suasque rationes. Pro rerum vicibus mutare se. Fac ut potes, quando ut velis non licet. Quoniam id fieri quod vis non potest, velis id quod potes. Ut in navigando tempestati obsequi artis est. Unde aliquis flatus ostenditur vela do. Stultum est eum tenere cum periculo cursum quem cœperis, potius quam eo commutato quò velis tempore pervenire.

Desine luctari, referent tua carbasa venti, Quaque vocant fluctus, hac tibi navis eat.
Superat quoniam fortuna, sequamur. Quaque vocat vertamus iter, &c. *Virg. Æneid.* 5.
Quò fata trahunt retrahuntque sequamur. Quò me cunque feret tempestas, deferor hospes. Omnis Aristippum decuit color, & status & res. Stultus ab obliquo, &c. 1355.

1292. To spend the time well.

Otium rectè, utiliter, fructuosè; in aliquâ re seriâ & profuturâ, commodâ, necessariâ ponere. Ætatem in studiis melioribus vitæque fructuosis transigere. Bonas horas benè & utiliter collocare. Præcipuam habere rationem temporis, & sumptum parcissimum facere. Non sinere tempus sine fruge fructuque dilabi, effluere. Summâ cum utilitate nostrâ diem condere. Nulla dies sine lineâ.

1293. To mispend the time.

Malè tempus absumere; otiosè, inaniter, inutiliter, infructuosè, frustrà conterere. Nugis & ineptiis vacare. Aleâ, symposiis, commessationibus, compotationibus totos dies transmittere. In ganeis & popinis habitare; bonas horas perdere, malè collocare. Totos dies otio dare; per inertiam perdere. Tempus eludere; in aleam, luxuriam, lasciviam, omnemque intemperantiam conferre.

1294. To pass the time pleasantly.

Studiis amœnioribus tempus diem, otium, ætatem traducere, transigere, deducere, trahere, extrahere, proterere. Sermone vario diem conficere. Noctes fabulis jucundissimis citra tædium transmittere.

Jucundissimis sermoinbus, colloquiis nox ducebatur, tendebatur, extendebatur. Ferias agere amœnissimas. Temporis tædium lectione, colloquiis suavissimis fugare, pellere, levare, relevare. Fabellis, ludis tempus, diem fallere. Rebus necessariis tempus succidere, suffurari ad agendos ludos.

Cantando memini longos me condere soles, consumere. Placidæ traducere otia vitæ. Vos modò venando, modò rus geniale colendo Ponitis in variâ tempora longa morâ, &c. *Ovid. Epist.* 18.

1295. Time weareth or passeth continually.

Tempus fluxum, in motu cursuque

ſuque perpetuo. Horæ dieſque, menſes & anni non morantur, cunctantur, retardantur, conſiſtunt, remittunt, curſum fugamq; ſuam; abeunt, prætereunt, fugiunt, labuntur, elabuntur, cedunt, evaneſcunt, aſſiduo curſu rapiuntur more fluentis aquæ. Præcipiti curſu intermoriuntur tempora. Nonne modo pueros, modo adoleſcentes in curſu à tergo inſequens nec opinantes aſſecuta eſt ſenectus? Ætas ſuccedit ætati. Senſim, ſine ſenſu ætas ſeneſcit. Non ceſſant anni quamvis ceſſant homines.

Tempora labuntur, tacitiſque ſeneſcimus annis, Et fugiunt fræno non remorante dies.

—— Truditur dies die, Novæq; pergunt interire lunæ.— Ver proterit æſtas Interitura ſimul Pomifer Autumnus fruges effuderit, & mox Bruma recurrit iners. —— Cito pede præterit ætas. Dum loquimur fugerit invita ætas.—— Humanæ labuntur tempora vitæ. Atque anni properant, Aſſiduo labuntur tempora motu. Non ſecus ac flumen, &c. *Ovid. Met.* 15. 3. Labitur occultè fallitque volubilis ætas, Et nihil eſt annis velocius. Collige virgo roſas —— Et memor eſto ævum ſic properare tuum.

1296. Time aſſwageth ſorrow.

Dies lenit dolorem. Tempus adimit ægritudinem, dolorum oblivionem inducit. Tempore, diuturnitate temporis elangueſcit, evaneſcit, intermoritur, remittit ſe dolor. Nullus eſt tantus dolor, tanta anxietas & ægritudo animi, quem temporis longinquitas non mitiget, minuat, molliat, leniat, tandemque adimat imo revulſum pectore. Nullus mœror, angor animi, moleſtia, cui non medeatur longinquum, diuturnum temporis ſpatium & callum quoddam obducat. Mitigantur vetuſtate dolores. Doloris vis cum tempore langueſcit. Finem dolori dies affert, & medetur vulneribus fortunæ.

*Time deſtroyeth all things.* 395.
*In old time.* 83.

1297. To tire or make weary.

Aliquem aſſiduo labore defatigare; magnis laboribus; nimium, immodicè laborando, frangere, conficere; languore afficere, laſſitudine conficere. Laſſitudinem alicui afferre. Laboribus immodicis, operibus graviſſimis ad laſſitudinem exercere aliquem; fatigare; fatigatum reddere; debilitare. Labore nimio tædium alicui afferre, adducere. Fatigatum corpore dicimus, animo feſſum ait Servius.

Laſſare, delaſſare, —— Debilitat ſeries immenſa laborum. Lectorem longum laſſat & implet opus.

1298. To be tired or made weary.

Labori cedere. Ambulando, ab itinere, à via defeſſus, laſſus, fatigatus;

ctatus; nimio labore fractus, debilitatus, exhaustus viribus, languidus, languens deficere, concidere, corruere. Labor insolitus jam me lassavit. Jam satis diu, nimium diu, hoc volvi saxum. Opus faciam ut defatiget usque.

——Multo jam fractus membra labore.

Præmia cum laudis ferret, adhuc potuit: *Not tyred.*

1299. Willing to live and dy together.

Tecum vivere amem, tecum obeam libens. Mihi te vita superstite Jucunda, si contra gravis. Te meæ si partem animæ, rapit maturior vis, quid moror altera, Nec charus æquè nec superstes integer? Ille dies utrumque Du cet ad ruinam, non ego perfidum Dixi sacramentum; ibimus, ibimus, Utcumque præcedes, supremum Carpere iter comites parati, &c. *Horat.* 2. *Carm.* 17. —— Quique à me morte revelli Heu solâ poteras, poteris nec morte revelli. Qui —— unâ animâ vivunt, animâ morientur in unâ. Vivo in te, sine te mors mihi vita foret. —— Duo nunc moriemur in uno. Par amor est illis, &c. Ut videt extinctum, telo quod inhæserat illi Incubuit, moriensque suum complexa maritum est Volui misero fratri comes ire sub umbras. Haud quicquam mihi dulce meorum Te sine, frater, erit. —Dii jubeatis ut istum Nulla dies à me, nec me divellat ab illo. Ingenuêre simul, simul, &c. *Ovid. Met.* 6. 4. At certe vellem, quoniam periturus abibas, Me quoque duxisses. Fuit, ah fuit utile tecum Ire mihi; neque enim vitæ de tempore quicquam Non simul egissem, nec mors discreta fuisset, &c. *Ovid. Met.* 11. 10. Halcyone.

*Toys or Trifles.* 34.

*To toyl continually.* 761.

*To tolerate or bear with.* 167.

1300. From top to toe.

A capite ad calcem. A vertice usque ad extremū unguem, ad plantas pedum. A summo ad imum.

— Ad talos, à vertice pulcher ad imos.

1301. To torment or rack. 1038.

Cruciare, excruciare, torquere. Omni cruciatu affligere. Per tormenta, adhibitis tormentis, quæstionem habere, exercere in aliquem. Per quæstionem explorare, extorquere, exprimere, exquirere, reperire veritatem: Quæstioni subjicere, in cruciatum dare; cruciatu atque tormentis aliquem conficere. Tormenta & cruciatum admovere alicui; adhibere, experire. Facti in equuleo quæstio est, juris in judicio.

—— Cruciatáque duris Corpora tormentis Stygiæ demittere morti. —— Crudelia sævæ Instrumenta necis ferrumque ignésque parabant.

*A cowardly young man.* 1466.

1302. To

1302. To sack or destroy a Town.

Urbem, oppidum excidio dare; evertere funditùs, diripere, delere; sternere humi; solo adæquare; diruere, dejicere, destruere, devastare, exscindere, excidere. Muros, mœnia urbis subvertere, disjicere, demoliri, disturbare, prosternere. Urbi excidium, ruinam ultimam extremam inferre. Urbem, civitatem suâ ruinâ & ruderibus opprimere, & sepelire, ad vastitatem vocare.

—— Convulsis prosternunt oppida muris. Vertere ab imo mœnia. Fundamenta quatit totamq; à sedibus urbem Eruit. Subruere est arces & stantia mœnia virtus. Barbarus heu cineres insistet victor & urbem eques sonante verberabit ungulâ. Ruit alto à culmine Troja —— Ceditque superbum Illium & omnis humo fumat Neptunia Troja. Altæ urbes perierunt funditùs, impressitq; muris Hostile aratrum Exercitus solens.

1303. To raise the siege of a Town. 193.

Urbem, civitatem obsidione liberare; ab obsidione vindicare; ex obsidione eripere. obsessam, septam, hostium copiis undiq; cinctam, oppressam, in libertatem, libertati restituere; libertate donare, liberam reddere & incolumem, salvam & incolumem servare.

¶ Hostes urbem obsidentes; obsidione prementes; urbis libertati, castris circa collatis, imminentes; obsidionis coronâ cingentes; castris positis ad urbem sedentes expellere, ejicere, fugare, fundere, dissipare, summovere.

Obsidionem solvere. Ab urbe obsessa discedere, castra removere, exercitum abducere. Obsessam civitatem liberam dimittere.

*To rise from a Siege.*

1304. To trade, traffick or merchandize.

Negotiari. Mercaturam exercere, facere. Merces distrahere, commutare. Emptione venditione rerum cum aliis gentibus rationem habere; negotiari, negotia, commercia habere, tractare, contrahere. Negotiando, negotiationes negotia, commercia mutua ineundo, exercendo, agitando; mercando distrahendoq; mercaturâ; mercimoniis faciendis rem augere, opes contrahere.

Hic mutat merces surgente à sole, &c. Fretum merces portante carinâ Eindere. Latum mutandis mercibus æquor aro. Luctantem Icariis, &c. *Horat. Carm.* 1. 1. — Neque fervidis pars inclusa caloribus, *Ibid.* 3. 24.

*A Tradesman.* 118.

1305. To travel into foreign Lands.

In oras longinquas, transmarinas peregrinari, proficisci, conferre. Maria transmittere, & longè lateq; peregrinari. Remotas, barbaras

regiones; gentes cultiores, provincias, oras, nationes, partes mundi ultimas, remotissimas, disjunctissimas adire, obire, petere, peragrare, pervagari. Iter, profectionem, peregrinationem suscipere, inire ad gentes exteras procul dissitas, ad loca quæ longissimè absunt. Omnia terrarum loca perlustrare. Abire, exire peregre. Qui orbem terræ peragravit, omnia emensus. Qui plura loca calcavit quam ullus multo perpetuarius.— Terras tentare repôstas — Quid terras alio calentes sole mutamus? ——Peregrè longinquas invisere terras. Peregrinum orbem, terras peregrinas visere. Qui mores hominum multorum vidit & urbes. Cœlum non animum mutant, qui trans mare currunt. Quæ tibi causa fugæ, quid sic freta longa pererras? Non poteris vultus, mores effugere ipsa tuos.

*To train up Youth Religiously.* 224.
*A Traytor.* 1306.

1306. **To work treachery, or betray trust.**

Fidem suam; caput & salutem clientis, amici, mercede acceptâ prodere. Quem in fidem tuendum susceperat, inimicis, hostibus tradere, prodere; insidiosè per scelus deserere. Sceleratissimè & insidiosissimè tractare. Insidiosè, spem falsam ostendere. Cuniculis clandestinæ proditionis aliquem impugnare Proditorem induere. Fide, ac potiùs, perfidiâ tuâ deceptus. Perfidiâ & scelere violatæ sunt dextræ, quæ fidei testes esse solebant. Amici partim me deseruerunt, partim prodiderunt. Perfidiosus, insidiosus, infidelis, infidus, fallax.

1307. **To work Treason against the Prince or State.**

De interitu principis, patriæ, Reip. cogitare, consilium inire. Nefaria contra Remp. meditari, fabricare, parare, parturire, parere. Audacter, sceleratè, nefariè contra Remp. contra dignitatem principis, in principis necem, internecionem conjurare, conspirare, consentire. Majestatem regiam principis lædere, violare, minuere, imminuere. Prodere salutem principis. Reip. perniciem, interitum moliri. Malè machinari patriæ. Pietatem quæ principi debetur violare. Pestem in principis statum moliri, machinari, cogitare. Principi manus inferre. Principis amplitudinem per vim lædere. Perduellionis, proditionis, insidiarum, conspirationis in principem, patriam, reum esse, teneri. Perduellionis reus est qui animo malo aut in patriam, aut in principem animatus est.

*To take tribute.* 1270.
*To trim or adorn.* 46.
*To trim or pole the head.* 984.

1308. **To triumph after a Victory.**

De hostibus victis triumphare; triumphum agere, ducere, Cum hostium spoliis gratias acturus diis, curru quadrijugo & coronatus lauro invectus est in Capi-

Capitolium. Triumphis nomen augere imperiumque honestare. De Africâ victâ gloriosè, magnificè, amplissimè triumphavit. Scipio Triumphalis vir æternâ triumphi laude decoratus Imperator.

Triumphum præclarum, insignem, lætum, fœlicem, ingentem; laurigerum, magnificum, sublimem, superbum ducere —— Læta triumphum Vox canit, longas visant Capitolia pompas.—— Lætos mollire triumphos, Et pæana voce, nitidâque accingere lauro.

Pompam Ducit & adjunctos aureus urget equos.—— Redeat superato victor ab hoste. Inque coronatis fulgeat altus equis.—— Quem res bellica Deliis ornatum foliis ducem, quod regum tumidas contulerit minas Ostendit capitolio.

Ovare, ovationem agere: *A smaller triumph on horse, or foot, for a smaller Victory.*

In triumpho, per triumphum duci, portari. —— Trahitur manibus regum fortuna retortis: *To be led as a captive in triumph.*

1309. To triumph or insult over an Adversary.

Ex inimicis triumphare. Adversariis miseris, afflictis; adversariorum malis; miseriis insultare, illudere. Inimicos præcipitatos atque jacentes conculcare, insultare in oppressos; calamitosos opprobriis, contemptu & ludibrio prosequi. Impingentibus, prolapsis adversariis exultare, summo efferri gaudio, magnificè gloriari; & more luporum ursarumque turpium instare morientibus; & ipsa raptare vexareque hostium cadavera, sævire in ruinas.

—— Insultas qui casibus improbe nostris. — Quid inanem proteris umbram? Quid cinerem, saxis bustaque nostra petis?

1310. To trouble or put a man to trouble.

Molestiam, negotium alicui facessere, exhibere, creare; Malis, molestiis aliquem afficere, vexare, infestare, affligere, urgere, perturbare, exercere, exagitare, persequi, fatigare, insectari; sollicitum habere, reddere; premere, opprimere, obruere; in difficultates, angustias, discrimina, pericula, molestias, curas & sollicitudines conjicere; difficultatibus & periculis implicare, involvere. Animi quietem & tranquillitatem alicui adimere, turbare, perturbare; anxietatem & sollicitudinem afferre.

Sollicitare, inquietare.

Ex Terentio: Conturbasti, exanimasti, territas me. Mihi impensè molestus es, luctum paras. Eò me adigis, ut quid egerim, nesciam. Tuis consiliis magnas sollicitudines mihi conficis. Nostri fundi calamitas es; huic malo caput. Abs te oritur ægritudo mea, multum mihi periculi est. Scelus est qui nos perdidit.

1311. This

1311. This thing troubleth me.

Hoc mihi molestum est, incommodat. Hoc me malè habet. Nonnihil molesta sunt hæc mihi. Hæc non sunt voluptati. Hoc obest, nocet; obstat, incommodo, impedimento est mihi. Ex hâc re plus mali quàm commodi est. Magnum mihi curam hoc injecit malum; vehementer, graviter, acerbè, non mediocriter angit, pungit, discruciat me.

1312. To put away troubles of mind, cares, vexations. 246.

Curas, molestias, sollicitudines animi & dolores; omnem anxietatem, molestiam ponere; deponere, abjicere, dimovere, dimittere; remittere, deluere, fallere, resolvere, avertere, intermittere, relaxare, animo exuere; decoquere; in sermone & suavitate amici deponere; ex animo pellere. Omnem luctum abstergere, mœrorem, ægritudinem depellere, repellere, obtundere, supprimere; ex animo exturbare, excutere. Nubes curarum abigere. Animum à sollicitudine, angoribus, molestiis abducere. Omnibus se molestiis expedire.

Turbida mentis nubila discutere. — Tristes animo deponere curas, damnosas compescere, somno fallere, laxare. — Sepositis mentem componere curis. Excute mordaces spinoso pectore curas; edaces, anxias, spinosas, inquietas ponere, dissipare, animo pellere. Demere mœrorem pectore. — Solvit se Teucria luctu. Pallentes procul hinc abite curæ.

1313. To ease another mans troubles of mind.

Alterius, alteri molestiam, molestias, dolores, &c. amovere, eripere; abstergere, demere, exhaurire, delere; detrahere, mitigare, elevare, extenuare, tollere, mollire, lenire, sedare, minuere, levare, compescere. Aliquem sollicitudine, anxietate animi levare, à curarum molestiis vindicare, deducere.

Mulcere dolores alloquio. Curas alicui minuere. Pura tranquillitate, sibi amicam reddere.

*All my troubles of mind and cares are eased, and gone.* 248.
*Vext with troubles.* 244.
*Troubled in conscience.* 425.
*A troublesome business.* 650.
*To trouble or grieve.* 636.

1314. *Troy, Troja, Ilium, Ilion.* Pergamus infœlix urbs Troum, Pergama. Neptunia, Priameia regna. Mœnia Phœbeæ structa canore lyræ. Arx Erichthonia, alta Priami. Arces Illiacæ, Pergameæ, Trojanæ. Laomedontea regna. Mœnia Phœbi. Laomedontea, perfida, perjura, Phrygia, Neptunia, Idæa Troja.

1315 To make a Truce.

Inducias, pacem semestrem, temporariam; armorum ad tempus

pus, belli, pugnarum, præliorum vocationem, cessationem, ferias pacisci, pangere, agere, facere; æquis conditionibus inire. Ab armis, intercedente fœdere, paucorum dierum pace, vocatione quiescere. Pacta cum hoste induciarum fides.

Petere & dare fidem pacis diurnæ, menstruæ.

1316. It is true.

Vero verius, verissimum, minimè fictum aut simulatum. Nihil mentitum, fictum, nihil falsi dictum invenies. Hæc ex oraculo Apollinis Pythii edita tibi esse puta, nihil potest esse verius. Hæc ea sunt, ejusmodi sunt, quibus certa, firma, indubitata, non dubia fides adhiberi possit. Neque Apollinis magis verum atque hoc responsum est.

Credite me vobis folium recitare Sibyllæ. Ne dubita; Nam vera fides.

1317. To be true and trusty.

Fidem sanctam, inviolatam servare, colere. Dignum se præbere cui credi possit; cui quantâvis in re habeatur fides. Qui ab omni suspicione perfidiæ longissimè abest. Cujus fidem habemus spectatam, & cognitam, notam, satis exploratam. Cujus fides nunquam suspecta, nunquam venit in dubium. Cujus fidei rem quantivis pretii, momenti tute credas, mandes, commendes. Qui fidem implet boni viri. Curavi unum hoc quidem ut mihi esset fides.

1318. True of his word, no lyer.

Vir bonus & simplicis veritatis amans, studiosus, studiosissimus, amicus verus, cultor. Verax. Minimè vanus, fallax, mendax. Qui veritatem unicè colit; à mendaciis alienissimus, abhoret, &c. 4. Cujus dictis nec Apollinis oracula, nec Sibyllæ folia veriora, magis Vera sunt.

—— Cui pudor, & justitiæ soror Incorrupta. Fides, nudaque Veritas Quando ullum invenient parem.

1319. One of no trust, not to be trusted. 502.

Homo nullâ, decoctâ fide; qui fidem exuit honestatemque, cui affecta, afflicta, labefacta est, periit fides, laborat, addicta pretio est, cui me per omnes deos dejeranti credendum, habenda fides est.

*A true and trusty friend.* 592.

1320. To sound a Trumpet.

Tubas, buccinas inflare. Tubâ canere, clangere, recinere, sonare. Buccinare. Clangore buccinæ, tubæ, militum animos confirmare; signa militibus dare. 73 Buccina insonuit.

Clara dedit sonitum tuba. Maritus ille æris rauci canor increpat. It cœlo tubarum clangor. Tyrrhenus —— tubæ mugire per æthera clangor Visus. Insonuit Tyrrhenum murmur. At tuba terribilem sonitum procul ære canoro Increpuit. — Rauco stri... pueri...

puerunt cornua cantu. Inhorruit æther clangente tubâ.

1321. To trust, rely upon, confide in. 131. 410.

Se suásque res alterius fidei committere, tradere, credere, commendare, permittere; in alterius fide ponere.

Spem, fiduciam, omnia in aliquo reponere, figere, locare, collocare, constituere. Alterius custodiæ charissima quæque concedere. Arcana, secreta; dolores animi & sollicitudines in sinum alterius deponere.

In te animos atque omnia nostra repono. In te omnis spes inclinata recumbit. ——— Spes omnis in unum Te mea congesta est.

1322. To speak or tell the Truth.

Verè, sincerè & ex animo loqui. Quod verum est: rem ipsam: non aliter quam res est: nihil fictum falsumque proloqui, dicere. Veritati litare. A veritate nunquam aberrare, deflectere.

Ab omni mendacio abstinere. Nullâ fraude aut circuitione uti. Non ὑποβολικῶς sed verissimè loquor.

Vis dicam tibi veriora veris? — Cum vera dicta relata fide. Auriculas teneras mordaci radere vero. Veridicus.

1323. To search out the truth. 1138. 107.

Veritatem exquirere, investigare, rimari, indagare, scrutari diligenter. Ad veritatis cognitionem mirificè rapi, exardescere. Veritatis amore, studio incendi, inflammari. Veritati studere; strenuè operam navare. Subtilitate philosophicâ, dialecticâ disputare & exquirere veritatem; disputando limare. Quod in quâque re sit verissimum, verum sincerumque sit, solerter expiscari; arte disserendi, & vera falsaque dijudicandi discutere, excutere.

1324. To defend or maintain the truth.

Veritatis patrocinium suscipere; assertorem se accommodare. Veritatem asserere, propugnare; contra fictas hominum insidias, contra omnium ingenia, solertiam, calliditatem tueri, vindicare. Quod cum veritate dicitur suo patrocinio defendere, suo suffragio confirmare, veritati subscribere, suffragari, laboranti succurrere, opitulari. Pro veritate; veritatis causam agere. A veritate stare. Amicus Socrates, amicus Plato, sed magis amica veritas.

1325. To resist or oppose the truth.

Veritatem verbis oppugnare, impugnare, infirmare, obscurare; mendacio contaminare. Veritati contradicere, adversari, repugnare, reclamare, obstare, bellum indicere. Elaboratâ mendacii concinnitate, falsâ veritatis specie animos, sensus hominum fovere, delinire, veritatem ipsam prodere. Veritati fucum obducere. Non argu-

argumentis & ſententiis, ſed inſulsâ dicacitate contra veritatem contendere. A veritate præpoſterè, perperàm, perversè deficere, deflectere, deſciſcere. Prætendere fucos obſcuriores rebus clariſſimis. Veritatis ſepta, propugnacula convellere, perfringere.

1326. By turn or courſe one after another.

Vicibus, alternis vicibus, alternè, alternatim, per vices, viciſſim, alternâ vice, invicem, mutuo.

Invicē cedunt dolor & volupt[as]. Alternare, alternare vices, vicibus recitare, cum aliquo mu[tu]um facere: *To do by turn.*

Vices ſuas exercere, implere, peragere, ſervare: *To perform his own turn or courſe.*

Alienas, alterius vices præſtare, obire, implere, ſupplere. Alicujus vicibus, alienâ vice fungi, munere alterius perſungi. Alii opem dare, operam navare vicariam. Alterius partes obire: *To perform anothers turn or duty.*

U.

*A Vagabond.* 1097.

1217. To be vain-glorious. 622. 997.

POpularem auram captare. Laudem immodicè appetere. Falſas, omnes honoris, vanitatis, falſæ gloriæ umbras conſectari. Omnes rumorum ventos, gloriâ rumuſculos, leviſſimæ multitudinis plauſus; vanam prædicationem meritorum; inanem rumorem colligere, venari, aucupari. Imperitorum opinioni; gloriæ nimis ſtudere; ſervire, avidiùs inhiare. In gloriæ & laudis cupiditate totus verſari. Populari laude, populi rumore duci. Nullam eminentem effigiem virtutis ſed adumbratam imaginem gloriæ conſectari. Prædicari de ſe, ac nominari velle. Avidior quam ſatis eſt, quam par eſt, gloriæ. Cui plauſus immortalitas, ſibilus mors videtur. Se ſuaq; arrogantiùs prædicare, 210. Studium vitæ ad populi applauſum referre.

Urit miſerum gloria pectus, &c. *Senec. Herc. Oet. Act.* 2. *Chorus* —— Nimium gaudet popularibus auris. —— Qui ſumit & ponit ſecures Arbitrio popularis auræ. —— — Quem cepit vitrea fama.

Quem ſollicitat tollens vacuum plus nimio gloria verticem. Gloria quem ſupra vires & veſtit & ungit. Quos fulgente trahit conſtrictos gloria curru.

1328. Not to be vain-glorious.

Conſcientiâ virtutis ſuæ ſine plauſu populari contentum eſſe. Omnia ſine venditatione & populo teſte facere. Satis putare ſibi à paucis laudari. Offendi ſuis laudibus. Famam ſibi detrahere. Ju-

am gloriam repudiare. Magnitudinem rerum gestarum suarum verbis minuere. Ita se gerere, ut consilia tantum optimo cuiq; probentur. Qui nihil de se dicit solatiùs asciscendæ laudis causa. Mea mihi conscientia pluris quàm omnium sermo. Satis mihi unus laudum mearum testis est, satis nullus. Gloriam negligere. Unus mihi Plato instar omnium.

Non ego ventosæ venor suffragia plebis. Quem non levis ambitio persusaque gloria fuco Sollicitat.

*To labour in vain.* 768.
*Valiant.* 160.
*To fight valiantly.* 556.
*Things of no value.* 34.

1329. To vanish away. 1163.

Evanescere ac defluere. Extenuari, obscurari & evanescere. In fumum, fumos, auram, aera, tenues in auras abire, recedere, resolvere. Nusquam apparere. In nihilum recidere. Subitò, repentè, inopinatò extingui, interire, è conspectu aufugere, avolare; se subducere, surripere; dilabi, deperire.

Mortales visus medio sermone reliquit. Et procul in tenuem ex oculis evanuit auram. In auras, in nubila cedere —— Manus effugit imago. Par levibus ventis, volucrique simillima somno. Fallit, & in tenues evanidus exeat, recedat, fugiat seu fumus in auras. —— Vanis sese occulit umbris.

Scindit se nubes, & in æthera purgat apertum.

*To vanquish.* 935.
*To be vanquished.* 936.

1330. To vary, cross, or contradict himself. 722.

Non consentanea, dissentanea sibi, pugnantia loqui, dicere. Secum discrepare, pugnare. Sibi contradicere, repugnare, non constare, se opponere. Aliud stans, aliud sedens. A seipso dissidere, dissentire. Suâ se voce, suis verbis, dictis confutare, convincere, reprehendere, coarguere, redarguere, falsi arguere, implicare & irretire. Suo se jugulare telo, gladio. Ea quæ dixerat dissentanea narrando evertere.

—— Mea pugnat sententia secum. —— Pugnantia secum Frontibus adversis componere.

1331. To vary the same sentence.

Unam & eandem rem variare, variè tractare; verbis commutatis atque sententiis dicere; aliis atque aliis verbis explicare; multifariàm expolire atque exornare; variis orationem formis enunciare.

*To be at variance.* 494.
*To vaunt of his own acts.* 210.

1332. *Venus.* Cytheræa. Cytheris.

Cytheria. Mater Amorum sæva Cupidinum. Diva potens Cypri: Quæ Gnidon, fulgentesq; Cycladas & Paphon junctis vi-

 sit

fit oloribus. Orta mari. Nuda Cytheriacis edita fertur aquis.——— In medio quondam concreta profundo Spuma fui; Graiumque manet mihi nomen ab illo. Dionæa mater. Erycina ridens Quam Jocus circumvolat & Cupido. Venus aurea. Acidalia, Cyprius, Cypria, Paphia, Idalis, Idalia. Amathuntis, Amathusia. Nunc O cæruleo creata ponto. Quæ sanctum Idalium colis, &c. *Catul.* Æneadum genetrix.

1333. To embrace Vertue.

Singulari studio virtutem, honestatem, morum probitatem amplecti, colere, amplexari; operam dare virtuti; in virtutem incumbere; splendorem, pulchritudinem virtutis consectari. Ad decus, ad honestatem totis animi viribus aspirare. Ad studiū integritatis, innocentiæ, virtutis animū applicare; mirum in modum exardescere. Animum, vitam, virtutibus, ornare, excolere.

1334. To encourage Vertue.

Remunerando, proponendo præmia, virtutem alere, nutrire, fovere, confirmare, corroborare; ad virtutem nervos afferre, vires adhibere. Ad virtutem præmiis allicere, invitare. Amplificare virtutem laudibus. Honoris præmio virtutem excitare jacentem, currentem incitare.

1335. A vertuous man. 683.

Vir singulari virtute præditus, ad omnia virtutis, exempla genitus, magnâ virtute atque integritate; omnibus virtutibus ornatus, præstans. Homo inex plebilis virtutis veræque laudis; virtutum omnium præsidio munitus, contu septus; expertæ virtutis; spectata virtus belli domique.

Virtutis veræ custos rigidu[s] satelles.

*To breed up in vertue.* 734.

*Vext with cares.* 244.

*To put away vexations.* 1311.

1336. To shun Vice or wickedness.

Animum à vitiis, manum ab omni scelere abstinere. Vitiorum libidinum fomenta, lenocinia, illecebras, corruptelas; turpitudin[es] repellere, aspernari, declinare, vitare, effugere; labes absterge[re]. Ab omnibus libidinum, vitior[um] sordibus præstare, conserv[are] purum integrumque se. Omnis turpitudinis, impuritatis vires e[lu]dere.

Pejus letho flagitium timet.

1337. To live vitiously or wickedly.

Vitam profligatam, flagitio[sam] agere. Omni turpitudinis gene[re] implicari, notari, aspergi, defo[e]mari, coinquinari. In luto, cœno, sentina vitiorū volutare, immergi. In omni pravitate versari. Omni[um] flagitiorum labes & vitæ turpitudines in se contrahere, admittere.

——Servum vitiis pectus habere. Ruere per vetitum nefas. Omne nefas animo movere. Quicquid u[n]quam concipitur nefas tractare.

1338. A man vitious or notorious wicked man.

Homo, nequam, scelestus, impius,

nefarius, perditus, impro- maleficus, sceleratus, flagiti- facinorosus, pravus, impu- perniciosus, profligatus; post es natos, post hominum me- m nequissimus, sceleratissim. riss. contaminatiss. turpiss. fa- iss. longe improbiss. consce- iss. profligatiss perditissimus; magnis, nefariis scele- flagitiis opertus; insignis, s omnibus notis turpitudi- dedecoris; omnium scelerum, umque maculis notissimus; scelere inquinatus; omnium bipedum solum sed etiam qua- dum impurissimus; ex o- m scelerum colluvione na- vitâ omnium perditorum ita s, ut sit facile deterrimus. maleficium nullum potest: mali, sceleris excogitari t, quod non ille conceperit: iste se non contaminarit. lum animal ex nefariis stu- ex civili cruore, ex omnium um impuritate concretum. unquam fuit tam ab omni tate relictus. Nihil est illo us. Sordes hominis, lues a, pestis, labes, cœnum, sce- immanis bellua; furcifer, em meritus, pistrino dignus, a, verbero, quadrupes, car- sterquilinium.

—— Scelere ante alios imma- omnes.

## 339. The Victory was uncertain.

Æquis viribus; victoria incertâ, dubiâ, ambiguâ, ancipiti diu pugnatum est. Neutrò inclinabat acies; neutrò res, victoria. Anceps pugnæ fortuna. Non constabat de belli, prælii eventu. Quis pugnæ futurus esset exitus, affirmare, divinare, conjicere, augurari non licebat.

—— Dubiis mediis Mars errat in armis. Et pendebat adhuc belli fortuna, diuque Inter utrumque stetit dubiis victoria pennis. Æquatæ pugnæ. Cum dubitarem adhuc belli civilis Enyo. Æquo, dubio, ancipiti, ambiguo Marte geruntur prælia, pugnatur.—— Diuque Ardua sollicitis victoria quæritur armis. Dubiæ Martis incerti vices. Fortuna belli semper ancipti in loco est.

*To view or behold.* 184.
*To vilifie a man.* 392.
*To take away by violence.* 574.
*A Virgin.* 807.

## 1340. *Ulysses. Laertiades. Ithacus.*

Laertius heros. Dux Naritius. —— Sanguine cretus Sisyphio; furtisque, & fraude simillimus illi. Qui detrectavit furore Militiam ficto, donec, &c. *Ovid. Met.* 13. 1. Captæ post tempora Trojæ, Qui mores hominum multorum vidit & urbes. Non formosus erat, sed erat facundus Ulysses. Non dubia est Ithaci prudentia; sed tamen optat Fumum de patriis posse videre focis. —Quid virtus & quid sapientia possit Utile proposuit nobis exemplar

Ulyssem. Qui domitor Trojæ multorum providus urbes, Et mores hominum inspexit; latumq; per æquor Dum sibi, dum sociis reditum paret, aspera multa Pertulit adversis rerum immersabilis undis, &c. *Horat. Epist.* 1. 2. Ithacensis, varius, cautus, tardus, patiens, laboriosus, callidus, subdolus, duplex, fallax, disertus.

*To do unadvisedly.* 1049.
*To be unarmed.* 115.
*Unawares.* 1254.
*Unburied.* 232.

1341. **A thing uncertain.**

Incerta res & dubia. Certum non habeo. Certum id exploratumq; non est. Pendet adhuc veri fides. Eâ de re non constat; nihil certi habeo.; nihil quod pro certo affirmare possim; nihil præter auditum. Non spondeo vera esse quæ feruntur. Dubia & suspecta sunt omnia.

*Uncertain what to do.* 450.
*An uncurable wound.* 144.
*An uncurable disease.* 1159.
*Under age.* 1468.

1342. **To understand, perceive, or discover a thing.**

Rem aliquam advertere, animadvertere, sentire, persentiscere, deprehendere, observare, notare, percipere, colligere, invenire. Reperire, comperire aliquid certi. De re aliqua comperire. Manifestò, testibus, certis indiciis, certis autoribus rem totam comperire & manu tenere. Rei notitiam assequi; ad notitiam pervenire. Id mihi subolet, liquet, patet, constat. Rem habes, tenes, tangis, scis, calles, putas, vides, benè putas. Scilicet ita ut dicis. Audivisti omnia.

Sagaci nare aliquid sentire.

1343. **To undertake matters high, great, hard.** 717.

Majora viribus conari, suscipere, moliri. Pondus subire gravius quam ut ferendo, perferendo, impar sustinendo sit. Tantum onus subire, quantum humeri ferre non possunt; cui cedere, succumbere necesse sit. Et instituere, aggredi opera quæ peragere, præstare, perficere quis non valeat. Mole negotiorum immensâ opprimi, obrui, confici. Adeò difficilia, ardua, magna sunt quæ suscepi, ut superent meas vires, ut meorum non sit nervorum ad exitum ea fœlicem perducere. Nimis duram suscipere provinciam.

Sumite materiam vestris qui scribitis æquam Viribus, & versate diu quid ferre recusent, Quid valeant humeri. — Non meus audet Rem tentare pudor, quam vires ferre recusent. Ne parvam Tyrrhenum per æquor Vela darem, &c. *Horat. Carm.* 4. 2. Conati tenues grandia. Laudes magnorum virorum Culpâ deterere ingenii. Magna modis tenuare parvis. *Ib.* 3. 3. Metiri se quemque suo modulo ac pede verum est. Magna petis, Phaeton, & quæ non viribus istis Munera conveniunt, &c. *Ovid. Met.* 2. 1. Magnis ex-

[...]idit ausis. Debilitaturum quid te [...]nis, improbe, munus.
*To understand a thing perfectly.* 761.
*Hard to be understood.* 900.
*To undertake or begin a work.* 177.
*To undertake for another.* 1241.
*To be slandered undeservedly,* 1174.

1344. **To do, or work ones ruine, destruction.** 864.

Exitium, interitum, pestem & perniciem alicui afferre, conflare, creare, parare, deferre, exitio esse; perniciem facere. Aliquem exitio dare, perdere, funditùs evertere.
Gravi exitio sternere.

1345. **To be undone.**

Interii, nullus sum, perii funditùs, occidi, ilic.t actum est de me, sepultus sum. Bonis omnibus exutus, privatus, spoliatus, expulsus. Præter omnium rerum indigentiam atque dolores relictum nihil habeo. Quem ipsa salus, si cupiat servare, prorsus non potest.
*To undo, or spoil a man.* 1205.
*To be undone or spoiled.* 1206.
*A work unfinished.* 1434.
*To commit a thing to one unfit therefor.* 293.
*unfruitful ground.* 160.
*Ungodly.* 745.

1346. **Ungrateful unthankful.** 1278.

Ingrati animi culpam sustinere. Ingratitudinis] morbo], laborare; labe infici, dedecorari, notâ aspergi, maculâ notari; ignominiam subire; in reprehensionem incurrere, incidere. Beneficiorum, meritorum alicujus oblivisci; immemorem se præbere, omnem memoriam ex animo ejicere, deponere. De gratiâ reponendâ referendâ parum laborare, minimè cogitare, sollicitum esse. Parem gratiam pro beneficiis non referre Non respondere in amore iis à quibus provocetur. Benè merenti malè, malam gratiam reddere. In beneficiis remunerandis tardior. Parcissimus æstimator beneficiorum. In quo gratitudo, gratitudinis officium requiritur, desideratur.
——Non grates immemor egit.—— Subeunt animo meritorum oblivio. Abolescit gratia facti. Ille quidem malè gratus, & ad mea munera surdus.Ploravêre suis non respondere favorem Speratum meritis.

1347. **A most unhappy wretched man.** 52.

Homo infœlicissimus, miserrimus, maximè omnium infortunatus, calamitosus. Qui fœlicitates bonas omnes sibi adversas habet; extrema, extrema mala patitur; miseriis, infortuniis, calamitatibus ærumnis omnibus, perpetuis obruitur, natus est egregiè ad miseriam, infausto nimiùm adversoque sidere; in summâ infœlicitate versatur. Cujus conditio est miserrima; singulare fatum; non adversa tantum

sed eversa penitus fortuna pessimo in loco sunt res. Cui infesta, infensa, adversa, iniqua sunt omnia. Quem premunt, opprimunt omnes miseriæ. Quo nullus omnium mortalium iniquiore conditione, deteriore loco est.

Quocum pessimè agitur. Prorsus nihil abest quin sit miserrimus. Credo me huic natum est rei, ferendis infortuniis. Fata quis tam tristia sortitus unquam? Serie malorum victus. Me miserum tristis fortuna tenaciter urget, Et data sunt vitæ fila severa meæ.——— Gravis inceptum peragit fortuna tenorem, Et manet in cursu semper acerba suo.— Ubi sors est pessima rerum, &c. *Ovid. Met.* 14. 10. —— Miseranda vel hosti, Quem Jovis ira premit, gravis & fortuna fatigat. Cui——finis unius mali Gradus est futuri.———Nulli lux unquam mihi secura fulsit.

## 1348. An University, or general School of Arts and Learning.

Athenæ, Academia, Lyceum, Gymnasium Musis, Minervæ, studiis artium bonarum, liberalium, literis optimis sacrum, dedicatum, consecratum.

Arena, palæstra literaria, Schola virorum doctissimorum frequentiâ, cœtibus, conventibus, & bonarum literarum studiis, artium universarum doctrinâ, ingeniorum exercitatione celebrata, celeberrima. Aquæ vitæ uberrimus, amœnissimus fons. Alma mater artium literarumque omnium. Schola generalis, universalis, [...] juvenum ingenia disciplinis [...] timis atque omnibus excolun[tur] imbuuntur, erudiuntur, ubi [...] omnem eruditionem, sapien[ti]am, pietatem instituuntur [ado]lescentes.

## 1349. Unlawful, dishon[est], not allowable, or good.

Jus fas, æquum non est. Præt[er] contra fas & æquum. Contra q[uod] jus & æquum patitur. Leges ve[tant] divinæ atque humanæ. Satis [...] fieri non potest. Neque bonu[m] neque liberale officium est [...] Illicitum, vetitum, prohibitum, [ne]fas, legibus, interdictum, iniqu[um] nullo jure concessum.

Fas prohibet. Maculosum, [...] ste, impium nefas. Ubi fas ve[r]sum. Nitimur in vetitum semp[er] cupimusque negatum.

## 1350. Unlearned, ignorant, rude.

Homo indoctus, ineruditus, im[-]politus, illiteratus: bonarum a[r]tium, literarum imperitus, [ig]narus, inscius. In omni re lite[ra]riâ tyro & rudis, hospes & pere[-]grinus. Omnium literarum, [&] politioris disciplinæ expers, [ru]dis. Omnis eruditionis & hum[a]nitatis inops. Qui nunquam Philosophiam pictam (quod dicitur) vidit. Qui nullum cum Musis [...] est, cum humanitate & doctrin[a] habet commercium; bonas di[s]ciplinas ne à limine salutavit u[n]quam.

quam, literarum ne vestibulum ingressus est.

1351. Unlike, very different, diverse.

Dissimile, discrepans, differens, varium, diversum, dissentaneum, allud, dispar; longè dispar, diversum; disjunctum, distinctum, discretum. Colore distinctus atque discretus Æthiops. Dispares mores disparia studia sequuntur. Sui dissimilis. Suo generi dissimilis. Dissimiles inter se. Differt à re, cum re; differunt inter se res. Disjunctæ res. Nullam cum alia re similitudinem, cognationem habet. Hominum vita multum distat à cultu & victu bestiarum.

Tam dispar aquilæ columba non est. Immane quantum discrepat.

*Unlikely; incredible.* 723.
*Unmarried.* 807.
*Unmerciful.* 554.
*Unnatural.* 881.
*Unnecessary.* 884.

1352. Unprofitable. 1015.

Res inutilis, infructuosa, sterilis: quæ nulli est usui, ad nullam rem utilis, minimè se ad humanas utilitates porrigit; nihil ad farinam (quod aiunt) ad facultates parandas nihil attinet, confert, conducit: nullum commodum, emolumentum, utilitatem, utilitatis fructum præbet; unde nulla est utilitas, nihil commodi, lucri, quæstûs, emolumenti, utilitatis metendum, demetendum, percipendum, expectandum est.

1353. Unreasonable, out of due time. 284.

Alieno, alienissimo tempore, minùs opportunè, tempestivè, importunè, intempestivè fit; immaturè, ineptè, incommodè, non habitâ temporis ratione.

Data tempore, prosunt, Et data non apto tempore, vina nocent.

*To suffer unpunished.* 167.
*To unsay a thing.* 105.

1354. Unseemly, not becoming a mans dignity, credit, age.

Non decet, convenit. Contra quam convenit, decet. Minùs, parum decorè fit. Dedecet. Non pro dignitate, ex dignitate. Præter dignitatem, ætatem tuam. A dignitate, gravitate tanti viri alienum. Inferius majestate regis. Homine tanto ac tali indgnum. Viro consulari contumeliosum, inhonestum, ignominiosum, indecorum, turpe, fœdum. Decus & honestas non patitur. Dignitas tua fieri non sinit, Non ut æquum est, decet, facis. Discedis à dignitate, de statu tuo declinas, à viro principe descendis.

——— Non dicere sustinet ultra Verba minora deâ.

1355. Unskilful, raw, rude, skilful or cunning.

Rudis, imperitus, ignarus; nescius rei. In aliqua re hospes,

Peregrinus; minimè, parum versatus, exercitatus. Rem aliquam, rei alicujus artem, scientiam, peritiam ignorare, non tenere, callere.

Rei, artis alicujus peritus, gnarus, sciens, peritissimus. In re probè versatus, exercitatus: exercitatissimus & paratissimus. Qui artem, peritiam, scientiam rei multis experimentis, longo usu, studio & labore summo nactus, assecutus est, callet, tenet, rem pulchrè, optimè callet. Callidissimus rerum rusticarum.

*unstable, inconstant.* 722.
*Unthankful.* 1345.
*Unthrifty.* 1019.

1356. **Until now, hitherto, to this time.**

Hucusque, hactenus. Cessatum est usque adhuc. In diem hunc, præsentem, hodiernum. Ad hoc usque tempus, momentum temporis. In hanc usque horam.

1357 **Unusual, out of use.** 372.

Inusitatum, insolens, insolitum, rarum, novum, insuetum. Insuetum iter. Insolens verbum. Insolita ratio dicendi. Facinus tam insolens & novum ut hoc primum tempore auditum sit, ut portenti simile videatur.

Exoletum, antiquatum, abolitum, desuetum est. In desuetudinem venit, abiit. Exolevit. Abolitî mores patrii Studia militaria apud juventutem obsoleta. Consuetudo majorum de curriculo deflexit. De more decessere.

Ista vetus pietas ævo moritura futuro Rustica Saturno regna tenente fuit.

*To do unwillingly.* 1416.

1358. **Unwitting, unawares, witting and willing.**

Feci imprudens, insciens, ignarus, inscius, ignorans, nesciens, nec opinans, oscitans, nihil suspicans; per imprudentiam, errorem, inscitiam; Errore, temerè, imprudenter, inconsideratè, inconsultò, inscienter, incogitanter feci. Nesciente, imprudente me factum est.

Præteritæ veniam dabit ignorantia culpæ. Prudens, sciens; vigilans, videns; consultò; probè intelligens quid agerem feci.

——Non me ignorantia veri Decipiet, sed amor.

1359. **Unworthy of all praise.** 1001

Vir minimè laudatus, omni laude indignus. Qui non ita se gessit, non ita suam vitam instituit, non se talem præstitit, non is, non ita cognitus vicinis est; cujus non ea sunt, non ejusmodi sunt merita, non ea vitæ ratio fuit, non ea dignitas, non virtutum splendor; quem alii non talem, non eum esse vident, senserunt, cognoverunt, experti sunt: ut a faciendus, ornandus, honestandus, efferendus, decorandus laude sit; ut vicini laudandum putent; ut laus ei debeatur, in eum conveniat, ut laudem quasi debitum sibi præmium possit exigere, expecta-

expectare, ut laus quasi debita ejus meritis merces ei persolvenda, tribuenda, deferenda esse videatur.

*To labour in his Vocation.* 766.

1360. To Vomit.

Vomere cibos, grave ciborum onus evomere, reddere, eructare, ejicere. Vomitione, onere ciborum levare stomachum. Nausea mihi facta est.

1361. To Vow or make a Vow.

Vovere. Votum concipere, facere, nuncupare, suscipere, polliceri, destinare, Voto se obstringere, obligare. Pro fœlici rerum eventu sanctè aliquid ac religiosè promittere, dicare, dedicare, offerre, consecrare Deo.

Obligare votis caput suum. Onerare votis æthera.

1362. To perform his Vow.

Vota, votum reddere, solvere, dissolvere, persolvere. Fidem voti solvere, liberare, præstare. Voto se liberare.

Damnari voto, seu voti.

*Bound to the performance of his Vow, by obtaining what he vowed for.*

*To run up and down.* 1106.

*To put up his Sword.* 1260.

1363. To upbraid or cast in a mans teeth.

Beneficia, merita exprobrare. Ingratitudinis alicui dicam scribere: memoriam refricare; ingratitudinem vitio vertere; ut probrum, in maledictis contumeliæ causâ objicere. Probrosè beneficia, merita sua commemorare, in memoriam alicui revocare. Ingratitudinis ignominiosè arguere, insimulare. Beneficiorum suorum memoriam refricare. Odiosum sanè genus hominum officia exprobrantium.

Est aliqua ingrato meritum exprobrare voluptas. Imputet ipse Deus nectar mihi, fiat acetum, &c. *Mart.* 12. 48. Crede mihi quamvis ingentia dones Autoris pereunt garrulitate sui.

*An upright honest man.* 683.

*To judge uprightly.* 749.

*To raise an uproar.* 1144.

*To look upward.* 812.

*To mount upwards.* 120.

1364. To lend upon Use.

Usuram facere, exercere. Locare argentum fœnori. Gravi, grandi fœnore pecuniam alicui occupare. Inductis usuris pecuniam credere. Fœnoratò mutuari pecuniam. Fœnori pecuniam exponere, dare. Fœnerari. Fœnus agitare, exercere.

——Dives positis in fœnore nummis. Quanto perditior quisque est, tanto acriùs urget Nomina sectator, &c. *Horat. Serm.* 1. 2. Servit Dominæ numerosus debitor arcæ.

1365. To borrow upon use.

Ab aliquo fœnerari, fœnore accipere. Fœnore laborare, obligari. Usuram, usuras pendere, præstare, solvere. Nummos alienos pascere.

*Out of use.* 1356.

To

*To use much unto.* 39.
*A usual thing.* 372.

1366. To usurp, or hold against right. 574.

Usurpare aliquid ex alterius bonis. Alienam rem nullo jure invadere; invitis & oppressis possessoribus occupare; quo jure, quâque injuriâ, injustè sibi vindicare, vi ereptam possidere. In possessiones alienas irruere, invadere. Quod per fraudem, injuriam, scelus ex alterius bonis nactus, assecutus est, id vi, per vim, per latrocinium tenere, retinere, detinere; aliis ademptum suis bonis, facultatibus adjicere; ut suum peculium arripere, habere.

Ignotus hæres occupat.

1367. *Vulcan. Vulcanus. Mulciber.*

Deus, pater Ætneus. Lemnius, ignipotens, tardipes. Faber Jovis & Deorum. Doctor ferreus. Veneris maritus, conjux. Junonigena. Ardens, niger, claudicans, claudus. Mulciberis capti Marsq; Venusq; dolis, &c. *vide Ovid Met.* 3. 5.

## W.

1368. To play for a Wager, or Stake.

Pignore, pretio deposito concertare, contendere, ludere.

Sponsione aliquem lacessere. Aliquo periculo certare ne frigeat ludus.

Sponsionem lusuri facere.—Tu dic mecum quo pignore certes.

1369. To pay Wages.

Operariis; operis mercenariis, conductis mercedem operis pactam; operæ pretium; operis præmium definitum, ex pacto debitum; stipendium, salarium annuum; manupretium solvere, persolvere, retribuere, rependere, numerare. Afficere stipendio.

1370. To stop the way or passage.

Iter, viam, aditum claudere, præcludere, intercludere, intercipere, obstruere, impedire. Vias insidere, obsidere. Crebris arboribus succisis omnes introitus præcludere. Intercludere hostibus commeatum. Prohibere exercitum commeatu, re frumentariâ. Hostium perfugia obstruere, effugia insidere, progressum impedire, Transitum interdicere. Facere ne aditus, transitus pateat.

Obsedêre—— telis angusta viarum Oppositi.

1371. To make the way open, plain, passable.

Viam aperire, sternere, munire, expedire, consternere, æquare, complanare; è salebrosâ & asperâ commodam lævemque reddere, præbere, sibi munire. Viarum obstacula discutere; salebras, iniquas asperitates tollere.

Fit via vi, rumpunt aditus, Invia

Invia virtuti nulla est via. Viam ipsa si non invenit virtus, facit.

*A matter of weight or consequence.* 328.

*A troublesome way or journey.* 742.

## 1372. To lie in wait or ambush.

Ad hostes intercipiendos viarum angustias, saltus, sylvas, itinera, effugia obsidere, insidere; insidias ponere, disponere, facere, collocare, parare, locare, instruere, tendere, moliri. Hostem insidiis excipere, intercipere, circum venire, occultis insidiis intercludere; per insidias interficere, capere ex insidiis. Milites in insidiis locare. Insidiari alicui.

—— Sylvis insedit iniquis. Sylvarum anfractus cæcis insederat armis.

Insidiatorum laqueis irretiri, teneri, implicari. Insidiis opprimi. Ex insidiis hostis interiit: *To be taken in an ambuscado.*

## 1373. To walk abroad for health or recreation.

Foras prodire ambulandi gratiâ, ambulationis causâ. Animi causâ in Xysto, in porticu, in paradromide inambulare. Cœlo sereno, aurâ mitiore, dum jucunda & blanda est aura spatiari; deambulando. Obambulatione Hypoæthra, obambulando in agris, oppidi fastidium levare, auram captare salubriorem. Ambulando obsonari famem.

## 1374. To wander, stray, go astray.

A via proposita, à cursu recto errare, aberrare, deerrare, divertere, digredi, [illegible]cedere, deflectere, declinare, declinare se. Vagari, divagari, palari. Extra callem, semitam, tramitem; viam tritam, publicam, regiam vagari. Totâ viâ errare. Magno errore, variis erroribus agi, duci. Huc illuc palantes oberrare. Cursûs errore falli.

In errorem, Labyrinthos, ambages abduci, seduci. Itinere deerrare. Exorbitare. Per avia & devia cursitare, discurrere. Avium, devium iter facere.

—— Non certis passibus errans, per viam cæcam ferre incertos pedes. Errore locorum decipi. —— Avia cursu Dum sequor, & notâ excedo regione viarum.

Viam tenere, nulloque errore trahi. —— Ad urbem recto se tramite confert. *To go the right way.*

*To wander from the matter.* 427.

*To be in want* 990.

*To grow into want.* 989.

*A man greatly wanted.* 866.

## 1375. Given to wantonness or lust.

Libidinari. Libidini suæ intemperanter obsequi. Ad omnes libidines cupiditatum facibus inflammari. Objecta specie voluptatis, tradere se libidinibus constringendum. Venereas voluptates inflammato animo concupiscere. Æstu libidinis ardere, incendi.

incendi. Ardore Venereo flagrare. Maximo ardore in Venerem ruere. Dedere se libidinibus. Lasciviâ diffluere. Libidinum illecebris capi, subigi. Vagis amplexibus; scortationibus & lustris; novis quotidiè nuptiis indulgere. Veneri, libidini suæ intemperantius litare. Præter modum prurire effrænatus, ferri libidine.

Non parcere suæ, nec alienæ pudicitiæ. In cœno libidinum volutare. Homo spurcus, lascivus, intemperans, libidinosus, fœdus, impudicus, turpis, salax, impurus, obscœnus, incontinens, mulierosus; lasciviâ effœminatus; voluptatis mancipium; in luxuriam, libidinem, Venerem solutus, proclivis, pronus, propensus, paulò propensior; insatiatæ, immodicæ, intempestivæ, indomitæ, effrænatæ libidinis: libidinosior quam ullus spado, quovis hirco salacior. Omnium mulierum vir, omnium virorum mulier. Quis illo in voluptatibus inquinatior?

Putris in Venerem. Qui scorto postponit honestum. Quem Veneris damnosa voluptas sollicitat — Mater de te quælibet esse potest. —— Hunc innata libido Extimulat, pronumque genus regionibus illis In Venerem: Qui fas atque nefas, exiguo fine, libidinum discernunt avidi.

*To watch and ward.*

1376. Wary, provident, distrustful, discreet. 53.

Vir prudens, providens, cautus, providus, tardus, admodum consultus, ad suspicandum sagax, solers, sagacissimus, pronus, propensus; suspicax. Occulator egregius. Qui facile suspicatur, dubitat; diffidit, metuit; difficillimè, tardè, timidè, ægrè confidit, credit, nihil nimis confidit; nemini, nullius fidei sua credit omnia; paucissimis habet fidem, ab inimicorum insidiis & amicorum fraude, perfidiâ, sibi prudentissimè, optimè cavet; omnia, suas omnes res cautè & diligenter, cogitatè, consultò, circumspectè, consideratè, providè, providenter; nihil temerè, non meditatè; nihil nisi summo consilio, prudentiâ, providentiâ, ratione gerit, agit; tardè, cautè & pedetentim progreditur in omni re, festinat lente, vitam sapienter, prudenter instituit; cui semper in ore animoque vetus illud Epicharmi Μέμνησο ἀπιστεῖν, Memento diffidere. Qui cavet sibi post principia. Prudentis est timere magis quam sperare.

1377. To warn, give warning, admonish or advertise.

Monere, prædicere, & ante denunciare, commovendi causâ aliquid dicere. Ab impendentibus periculis, ut caveat quis præmonere. Insidias indicare, aperire, nunciare. De insidiis monere; indicium dare, facere; certiorem facere; reddere, significare, docere, edocere, præmonstrare. Pericula præmonent. Periculi, erroris; rectè, præclarè, amicissimè ali

aliquid, aliquem admonere. Amice aliquem officii, de officio ut fidem servet commonere; amicitiæ veteris commonefacere. Apertè & acriter, rectè, fideliter, ne erret quis, quid facto usus sit monere. Aurem pervellere. Admonere ad aurem.

Monitis erudire, vallare, præmunire. Cynthius aurem vellit. Est mihi purgatum crebro qui personet aurem.

1378. To take warning. 354.

Monitis parere, animum advertere, aures patefacere. Admonitionibus auscultare, obtemperare. Hæret in visceribus tua monitio. Tuo admonitu excitatus sum ad hoc opus, ab illo revocatus incepto. Præmonitus, præmunitus.

1379. To prepare, or make preparation for War.

Omni studio ad, vel in bellum incumbere. Apparatum belli, bellicum, militare instruere. Arma, copias, machinas, tormenta bellica, auxilia, bellique nervos parare, apparare, expedire. Expeditionem, bellum adornare, apparare, moliri instruere, coquere. In bellum accingere se suosque. Sagum induere. Insistit in bellum totus & mente & animo. Omne tempus ad belli comparationem contulit.

Ardere belli studio: Dulce bellum inexpertis. Sævit amor ferri, & scelerata insania belli.—— Toto spirabat pectore bellum: *Earnestly to desire war.*

1380. To wage or make War.

Contra aliquem arma capere, sumere, tollere, ferre, exercitum ducere; bellum suscipere, movere, gerere bellum. Alicui bellum inferre, movere. Aliquem bello prosequi. In bellum ruere. In arma confugere. Omni armorum vi bellare, belligerare. De jure publico disceptare armis: bello contendere.

Bellum internecinum infestissimis animis gerere: *A most bloody war.*

Ferrea, horrida, sanguinea bella movere manu. In arma ferri. Aliquem bello petere. Alicui bello concurrere.

1381. To end a War.

Bellum absolvere, consummare, patrare, perpetrare, profligare, claudere, conficere. Bello finem imponere, &c. 492. Armis & cædibus modum statuere.

Imposita est — sero tandem manus ultima bello. Tristia condere.

Arma, bellum deponere, exortum opprimere, ponere. Bellum concidit, resedit. Positis secessit, recessit ab armis: *To leave off a war.*

1382. An excellent General in War.

Imperator summus, supremus belli dux, cui datum, commissum est bellum, qui bellum gubernat: qui toti exercitui, omnibus copiis, summa rerum in bello, universæ militiæ præficitur unus & præest, qui eximiâ Imperatoris digni-

dignitate fungitur: egregius, nobilis, invictus, bello spectatus; artis rei militaris, bellicæ, rerum militarium, bellicarum peritissimus, scientissimus, expertissimus, consultissimus, maximè, apprimè gnarus, callens, bellicosissimus, fortissimus, callidissimus, vigilantissimus, fortitudine, peritiâ, & scientiâ rei militaris, insigni, egregiâ, præclarâ, summâ præditus; perfectam belli gerendi artem, rationem tenet, obtinet, callet, novit, consecutus est; qui — monstrat tolerare labores, non jubet; qui facta sua sequi milites non dicta vult, neque disciplinam à se modo, sed etiam exemplum petere; qui tantò virtute superior est omnibus & merito, quantum excellit dignitate; Qui ducem, Imperatorem implevit.

Dux belli studiis asperrimus; decus belli; bello insuperabilis, intractabilis.—— Caput insuperabile bello.——Te non alius belli tenet aptiùs artes, &c. Duo fulmina belli Scipiadæ — Quem curæ sagaces expediunt per acuta belli.

Gens bello præclara — Genus intractabile belli: terra potens armis, studiisque asperrima belli. *A warlike Nation.*

## 1383. To be troubled with civil War.

Seditionibus, discordiis intestinis, bello intestino laborare, bellorum civilium incendiis conflagrare. Dissociatis civium animis ad arma concurritur; inter se digladiantur, colliduntur, bellum agunt domesticum, intestinum, seque suis armis, telis, mucronibus ipsi confodiunt, conficiunt cives; suum sibi exitium struunt. Motus tumultusque civiles, seditiones domesticæ; inter cives discordiæ: partium contentiones; dissentiones civium multas Respub. urbes opibus florentes perdiderunt, everterunt, diruerunt, afflixerunt, exciderunt, sustulerunt, solo æquarunt; multis perniciem, exitum, exitium, pestem, excidium, ruinam, interitum attulerunt; exitio fuerunt.—

——Altis urbibus ultimæ stetere causæ cur perirent funditus; imprimeretque muris hostile aratrum exercitus insolens. Divisa seditione civitas ruinæ proxima est, haud procul abest ab exitio.

Seditionibus occupari. Sibi luctuosis armis dissidere. Altera jam territus, &c. *Horat. Epod.* 7. & 16. Neque hic lupis mos, nec fuit leonibus unquam nisi in dispar feris: suâ urbs — ut pereret dextrâ —— Ne te civilibus insere bellis. —— Populus potens, in sua civili conversus viscera dextra. Arma civilis crepuêre belli —— En quo discordia cives Perduxit miseros, dissidium civile. Arma civilia. Civilis Enyo, Mars. Ex eodem utero bellum, ubi Fratres. In se constrictas conseruere manus. Impiaque in medio peraguntur bella senatu.

## 1384. Great rumors and fears of Wars.

Magnæ bellorum minæ. Grave bellum in ore vulgi, in omnium est metu. Ad arma spectant res. Magnus impendet belli metus.
—— Armorum ingruit horror.

## 1385. Times and calamities of War.

Ardet bello Syria. Bellorum incendiis flagrant; perculsa bello & prostrata jacent omnia. Regio belli gravida. Ea sunt tempora quibus parentes filios, juventutem sepeliunt senes: aut ne sepeliunt quidem, quin inhumatos omittunt, prædam feris & volucribus futuram. Ea sunt tempora quibus nihil quisquam habet suum, sed optimi quique opes avaritiæ, filias & uxores libidini prædam alienæ prostituunt. Ea sunt tempora quibus mala miseriæque velut aggeribus ruptis exundant, ruunt, depopulantur, corrumpunt omnia & pessundant. Adest humani generis carnificina.

Falces curvæ rigidos mutantur in enses, Aperta tumescunt Bella. —— Toto sævit Mars impius orbe. Nobilitas cum plebe perit, *&c. Lucan.* 1. Tristis Enyo Sævit, & horrendo bacchatur torva flagello.

*An excellent warrior or Souldier.* 1189.
*A warlike Nation.* 1381.
*To serve in the Wars.* 1182.

## 1386. To warrant, give assurance or security. 1241.

Suâ fide aliquid præstare; suo capite, damno, fide cavere. Præstare securitatem, ne quid alius damni patiatur. Suam fidem, cautionem interponere. Chirographi cautionem mittere, dare. Securum reddere. Mea cautio est.

## 1387. To wash bodies, or clothes.

Lavare. Undis, aquâ perluere. Aquâ fontanâ sordes abluere. Flumine vivo se tingere. Manus manum lavat.

Membra lavaturas manè petebat aquas.

Ora, manus perluere. — Sparsâ tingere corpus aquâ. Tergum demittere in undas. Nuda superfusis tingebant corpora lymphis.
—— Artus liquido perfundere rore; liquore, fluvio recenti.
Puro se in fonte lavare. Nitidis immergitur, immittitur; immergere, immittere se undis.

*To waste or spend riotously.* 332.
*To waste or spoil a Country.* 421.

## 1388. To watch, wake, forbear sleep.

Ad multam noctem; de multâ nocte: usque ad lucem; noctes ad ipsum mane vigilare, evigilare. Insomnes noctes agere, peragere, traducere. Totam noctem pervigilare. Diei noctem conjungere pervigilem. Somnum herclè ego hâc nocte oculis non vidi meis. Nullam partem

partem noctis requiescere. Nox convivio vigilata. Insomnis.

——Seros hyberni ad luminis ignes Pervigilat. In multo nox est pervigilata mero.——Nec in dulces declinat lumina somnos.——Mihi noctes vigilantur amaræ; Nec tener in misero pectore somnus adest. Quos media miseros nocte lucerna vidit. His ego non vidi mulcentem pectora somnum Noctibus. Insopitus. Pervigilis. Somno vacuus.

1389. To watch and ward.

Excubare. Excubias, vigilias agere, agitare. In vigiliâ manere. In specula, vigiliis esse. Vigiliis, custodiis urbem, castra defendere, tueri. In custodia & excubiis insomnes noctes traducere. Vigiliis suis reddere civitatem, exercitum vacuum metu; dare aliis, castris somnum securum.

——Vigil servat, custodit muros, fossas. ——Quibus ad portas cecidit custodia sorte.

Excubiis vigilum obsidere portas——Aditum custode coronat: *To set a watch at the Gates.*

1390. To watch, keep, look unto.

Custodire & observare, Fixis, intentis oculis observare, prosequi; Custodiis retinere, servare aliquem. Vigili oculorum custodiâ asservare; vigiliis & excubiis septum tenere, continere, ne quo effugiat, elabatur, clanculum surripiat se. Observationi operam dare. Observare janum. Acribus custodiis domum & vias sepserat. *He set a watch.*

——Vigilans in limine custos sedebat. Servabant atque in statione manebant. Constiterat quocunque loco, semper spectabat ad Io Argus centoculus. Inclusam Danaen —— vigilum canum Tristes excubiæ munierant satis.

1391. To wate r Grounds, or Gardens.

Humum, terram, semina, hortum aquâ madefacere, aspergere, irrorare; rigare, irrigare. Conspergere & rigare terram. Aquam leviter in areas irrigare. Soli, terræ siccitatem, sitim nimio calore contractam, aquâ sparsâ irrigare; aspersione aquarum, irrigatione levare, relevare. Rivo, amne, fonte, fluctibus rigare, irrigare pratum. Pratum riguum, irriguum.

Terram humectare. Spargere semen aquâ. Sparsaque cœlesti rore madebat humus, *Watered with rain.*

1392. To pass over Waters, Rivers, the Sea.

Tranare flumen, transfretare. Flumen, fretum transire, trajicere, transmittere. Velis in Africam transmittere. Classem trajicere in Italiam, vel classe. Flumen amplissimum transmisit naves. Copias, exercitum, flumen traducere, transportare, trajicere, ratibus transvehere, transferre. Cyprum trajicere. Sabrinam transgressus in Walliam transmeavit. ——

Metiri, emetiri aquas, fretum carenâ. ——— Tumidius latis superabat fluminis undas.

*To wail or weep.* 1401.
*To wait upon or serve.* 140.
*To wait for ones coming.* 141.

1394. Weak or feeble. 1220.

Debilis, imbellis, imbellicus, imbecillus, infirmus, invalidus, enervis, enervus, enervatus, mollis & muliebris, exanguis, elumbis, delumbis, impotens, victus, sine nervis, sine viribus, qui impetu suo nemini noceat. Ætate affecta & viribus infirmis homo; æger & infirmus: affecto corpore; corporis infirmitate, debilitate, languore. Cui fracta vis & debilitata. Vires languescunt, me deficiunt, enervatæ sunt.

Fluxum & resolutum est corpus, magno labore contusum, relaxatum caloribus meridianis. Defici viribus.

Malè fortis, imbellis ac firmus parum. Roboris expers. — Effœtæ frigent in corpore vires. Inutilis annis (ad pugnam & prælia.) Abstulerat vires corporis ætas. Torpent infractæ ad prælia vires; —— Multo jam fractus membra labore. Invalidæ vires ingeniumque mihi.

1395. To weaken, enfeeble, or make weak.

Vires alicujus enervare, frangere, infringere, labefactare, affligere, exhaurire, convellere, imminuere, infirmare, debilitare. Nervos omnes & mentis & corporis frangere, incidere; fibras evellere, incidere; robur attenuare, comminuere, atterere. Debilitatem, imbecillitatem, languorem, infirmitatem afferre. Invalidum, imbecillum reddere. Dolor adimit vires.

Languor & immodici nullo sub vindice somni, Aleáque & multo tempora quassa mero, Eripiunt omnes animi sine vulnere vires.

*A weak stomach.* 1215.
*Too weak to study.* 1231.
*To abound in wealth.* 1082.
*A base fellow proud of his wealth.* 1032.
*Time weareth continually.* 1294.

1396. To be weary of, or cloyed with. 1242.

Tædio, satietate rei capi, affici, teneri. Ea res parit, affert, creat, adducit, movet mihi tædium, fastidium, satietatem. Ejus rei me tædium, satietas tenet, cepit; facta est satietas. Tædet jam audire eadem millies. Voluptas, animus expletur. Fastidiosè audire. Aurium sensus fastidiosissimus. Fastidire. Homo fastidientis stomachi, delicatissimi fastidii, omnibus in rebus similitudo est satietatis mater. Satietas voluptatibus non deest.

Explere mentem. Capere tædia cœpti. Subire longa tædia. Subeunt animos tædia. —— Plenus languet amator. Quod cupidè petiit, maturè plena reliquit. Utque sacerdotis fugitivus liba recuso, Pane egeo jam mellitis potiore placentis.

1397. To help wearisomeness, or loathing by variety.

Tædium, satietatem, fastidium, nauseam effugere, occupare, prohibere, levare, sistere, abigere, detrahere, depellere, auferre, vincere varietate, rerum variarum novitate, gratiâ, vicissitudine. Alitur stomachus pluribus cibis, minore fastidio. Reficit animos ac reparat varietas.

——Variâ fastidia cœna Vincere tangentis malè singula dente superbo.

1398. Weary of my life.

Vitæ me tædet. Vitam fastidio, mihi acerbam puto. Molesta, gravis, amara prorsus mihi vita est. Ægerrimè, molestissimè, prorsus miserè vivo. Mors mihi lucrum, cum vita eam libentissimè commutaturo. Omnium rerum satietas vitæ satietatem facit.

——Agiturque in tædio vita.

*To make weary, or tire.* 1296.
*Weary of a Journey.* 741.

1399. Fair Weather. 278.

Sudum. Cœlum serenum, purum, placidum, liquidum, bonum, apertum, clarum, mite, amœnum, blandum; quò nihil melius, amœnius, mitius, blandius. Aer temperatus, liquidus, purus, &c. Cœli mira serenitas, summa clementia, amœnitas; multa, grata, jucunda temperies. Cœlum nitescit clarius. Egregia, bona tempestas.

Aer nitidus, pacatus, tranquillus, placidus silet. Auræ jucundæ, suaves. Cœlum illustre. Liquidissima cœli tempestas.—Unde hæc tam clara repentè Tempestas. Desierant nubes, victoque aquilonibus Austro Fusca repurgato fugiebant nubila cœlo.

1400. Foul tempestuous Weather. 1133.

Adversa tempestas, immoderata, marina & terrestris, cœlo terrâque, terrâ marique turbulenta, fœda, spurcissima, cum magno fragore tonitribusque coorta est. Sævæ tempestates commoventur, Imbres, nimbi, procellæ, turbines, reliquæque tempestates sæviunt, cœlum occuparunt, invaserunt. Intemperies, intempestas, inclementia, injuria, intemperantia cœli. Cœlum turbidum, commotum, incommodum, triste, sævum, furens, turbulentum, immite, procellosum. Pertinax hyems. Cœli major vis.

Tempestas fera, atrox, miseranda, naufraga, violenta, ventis conflata. —— Effusis imbribus atra Tempestas sine more fuit, &c. *Virg. Æneid.* 5. Horrida tempestas cœlum contraxit & imbres. Nivesque deducunt Jovem. ——Immensum cœlo venit agmen aquarum, & fœdam glomerant tempestatem, &c. *Virg. Georg.* 1. Eripiunt cœlum nubes.

1401. Cloudy Weather.

Cœlum nebulosum, nebulis, nubibus obsitum, obductum, atrum. Cœlum obtectum, obrentum nubibus. — Latet obscurâ condita nube,

tube, nocte dies. Eripiunt oculis nubes cœlumque diemque. Involvere diem nimbi.——Squallet pressum, pictum densa inter nubila cœlum. Sol fugit & removent subeuntia nubila cœlum. Nonne vides cœlum pice nigrius?

*To wed or marry.* 837.

1401. To weep, wail, cry, howl.

Lacrymare, lacrymari, flere, plorare, deplorare, ejulare. Uberrim flere. Uberrimè in fletum prorumpere. Lacrymis os totum explere. Non posse lacrymas tenere, fletum reprimere. Magnam lacrymarum vim profundere. Oculos lacrymando terere. Lacrymis perpetuis, perennibus contabescere.

Ire in lacrymas. Vultum, ora, genas lacrymis, fletibus, imbre largo, rore assiduo rigare, irrigare, perfundere.—— Totum in lacrymas se solvit amaras. —— Lacrymas sine fine dedi.——Sinum lacrymis implevit; oculi rorantur obortis, —— Nec lacrymas oculi tenuere cadentes. Humectat largo lumina fletu; flumine vultum; guttis grandibus ora. Fluunt lacrymæ more perennis aquæ. More nivis lacrymæ sole madentis erunt. Præque sinu lacrymæ fluminis instar eunt. Flumen inculræ fonte perenne genæ. Indulsit lacrymis.—— Flendoque dolorem diffudit miseranda suum. — Humili consumere lumina fletu. Oculos lacrymis corrumpere. Longas flendo ducere horas. Lacrymis immaduere genæ. Expletur lacrymis, egeritúrque dolor. — Ululatibus omne implevere nemus.

Ejulat & fletus incassum jactat; ad nubila tendit; lachrymas effundit; lachrymæ volvuntur inanes—— Longosque ciebat incassum fletus: *To weep in vain.*

1402. To make or cause one to weep.

Lacrymas, largos fletus excire, ciere, commovere. Fletum alicui excutere, elicere, exprimere, movere, extorquere. Ad fletum & lacrymas adigere, vocare, impellere.

1403. To leave weeping.

A lacrymis temperare. Siccare, detergere lumina, oculos. Fletum lacrymas inhibere, cohibere, sistere, sedare, abstergere, comprimere, tenere, retinere, devorare. Lugendi modum, finem facere. Ab amarâ lacrymandi libidine animum revocare. Parcere lacrymis, mittere lacrymas.

1404. To weep in sh[o]w, or feign [weeping].

Lacrymas falsas, confictas dolis fundere. Ad novercæ tumulum flere. Vultu gaudium tegere, & frontem obnubilare, dolorem simulans. Exprimere gemitus læto pectore. ——— Qui conducti plorant in funere dicunt & faciunt propè plura dolentibus ex animo. Ut flerent oculos erudière suos. Concitæ, jussæ prosiliunt lacrymæ. Vidi etiam lacrymas; An & hæ simulare docentur.

*A Well or Spring.* 1308.
*Well-favoured.* 152, 173.

## 1405. You are welcome.

Optatus, exoptatus, desideratus, gratus, gratissimus venis, advenis, venisti, ades. Adventus mihi tuus suavissimus, expectatissimus, quàm gratissimus. Nihil gratius mihi, jucundius, exoptatius potuit accidere quàm appulsus hic tuus, aspectus tuus. Quò molestius fuit desiderium tui absentis, eò reditus gratior & jucundior. Optimè venisti.

*What would you have.* 664.

## 1406. Where shall I seek or find him.

Ubi quæram? Aquam insistam viam? Ubi investigem, inveniam? Ubi gentium est? Ubi, ubinam reperiam? Quò tandem pergam? Quibus persequar vestigiis? *Terent.*

## 1407. Where have you been so long.

Ubi te oblectasti tam diu? Quæ placita tibi fuit conditio? Ubi gentium, quo loco tot dies contrivisti? Quibus te in latebris, latibulis abdidisti tam longo tempore? Ubi tantum temporis transmisisti, consumpsisti? Ubi locorum abfuisti, traxisti hanc moram? Quo in specu terrarum, qua in gente, regione hominum toto jam biennio latuisti, tot simul menses peregisti?

Quæ tantæ tenuêre moræ? quibus Hector ab oris Expectate venis?

*To be whipt.* 171.

## 1408. To whisper, buz, speak in ones Ear.

In aurem insusurrare, occultè dicere. Ad aurem accedere alicui; monere, admonere aliquem; familiariter insusurrare. Voce pressiore, submissâ, clanculum; admoto propiùs capite suggerere, submonere. Aurem vellicare. Obgannire.

Demissâ voce profari; tacitè dicere aliquid. Garrit in aurem. Aure susurrat. — Linguâque refert audita susurra; *A Tell-tale.*

## 1409. White. 203.

Albus, candidus, niveus, candens. Candere, candicare, albescere, albicare. Candore mirè lucido. Nivei coloris.

Cerussatâ cute, liliis, nive, puris nivibus, non calcatâ nive, lacte, cygnis, Pario marmore, ebore, foliis nivei ligustri candidius. Candore nivali. —— Candore notabilis, ipso Candore nives anteire. Eburnea cervix & non cessura pruinis. Color nivis est quam nec vestigia duri Calcavêre pedis, nec solvit aquaticus auster. ——Color talis marmoris esse solet. Cæduntur Pariis qualia saxa jugis—Vel puris nivibus, vel lacte, & amatam Complexo Ledam candidiora Jove.

## 1411. To play the Whore, or Harlot.

Meretricari. Corpore mereri, quæ-

quæstum facere. Prostrare pretio. Faciem suam, formam, pulchritudinem, pudicitiam, corpus prostituere: lucro, quæstui habere, exponere, prostituere. Ex turpi quæstu vivere. Alere corpus corpore. Corpore prostituto stipendia facere. Collocare se in vitâ meretriciâ palam, & domum suam patefacere omnium cupiditati, libidini: Corpus suum vulgare, vulgo publicare. Cuilibet mercede dare se, sui copiam facere.

Meretrix, scortum, scortum meritorium, devium, scortillum, meretricula, prostibulum, prostibula, lupa, mœcha: mulier pervulgata, vulgata omnibus, corpore vulgato, prostituti pudoris; pestis, pernicies, corruptela communis adolescentium,
Certo mercabilis ære Fœmina.
Quæ famam corpusque animumque pudicum male perdidit.

1412. To keep a Whore-house, bawdy-house, Stews.

Domum meretriciam, meritoriam; fornicem, ganeum, ganeam, lupanar, lupanarium, prostibulum aperire. Lenocinium facere, exercere. Lenocinari; Lenonem impurum, avarum, perfidum, insidiosum agere. Virgines turpitudini, libidini alienæ mercede pactâ prostituere, exponere. Egestatem & luxuriam domestico lenocinio sustentare. Libidinis alienæ ministri.

Qui pretium stupri gemmas aurumque poposcit. Turpiter ingenuum munera corpus emunt.

1413. To haunt Whore-houses, the Stews.

Scortari, mœchari. In stupris, cum scortis libere; in omni libidinum genere, dedecore volutare. In lustris, ganeis, prostibulis, lupanariis; inter scorta & meretriculas, inter meretricum greges assidue, dies noctesque agere, versari. Inter scorta ad multam plerumque noctem desidere. Corpori meretricis insuescere. Scortator, mœchus, ganeo. Qui fundos arat alienos.

Amicâ meretrice insanire.

1414. To suppress wickedness.

Reip. affectis partibus scalpellum adhibere. Vitiorum, nequitiæ, iniquitatis; flagitii segetes exscindere; fibras, radices evellere, resecare; contagionem radicitùs extrahere; vires, nervos rescindere; crescentem impetum debilitare, frangere. Omnia scelera eradicare, radicitùs evellere, funditùs extirpare. Putridum, vitiosum ad vivum resecare. Homines consceleratos legum vinculis constringere, obligare. Impudentiæ & levitati perditorum hominum resistere. Impiorum conatus retundere, retardare. Maleficiis metam modumque statuere. De manibus impiorum faces diripere, gladios extorquere.

— Vaganti fræna licentiæ Injicere, & amovere culpas. Extinguere, edomare maculosum nefas. Supplicio culpam recidere. Immedicabile vulnus ense recidere.

1415. To live in the wilderness, or solitary places.

Solitudines captare. Solitudinem, eremum incolere. In solitudines aliquas discedere, considere. Fugæ solitudinique mandare vitam. In eremo, deserto, locis solitariis, deviis, inviis, ab humano cultu longissimè remotis, in lustris sylvestribus; in recessibus, latebris, incultis terrarum plagis agere, vivere, versari, habitare, vitam abditam degere. Secedere in desertum. Loca abdita, ab arbitris remota petere.

Loca sola, deserta, inculta colere. Non hominum hic video, non ego facta boum.

*To live wickedly.* 1336.
*A wicked man.* 1337.
*To shun wickedness.* 1335.
*To put away his wife.* 444.
*To break a wild horse.* 1265.

1416. To do a thing willingly, not forced.

Haud, gravatim, non coactus, invitus, &c. 1029. Ex animo suo, ex animi sui sententia; libens, libenter, libentissimè; lubens, lubenter, animo libenti, lubenti, prompto & parato, volenti, alacri propenso, æquo, immo verò gaudenti; volens, voluntate, summâ voluntate, voluntariè, voluntario, promptè, propensè, propensâ voluntate, animi summâ propensione; alacriter, sine vi, nullâ vi, nullo coactu, nullius coactu, nemine cogente, impellente, urgente; perlibenter negotium suscipere, agere. Nil hâc re fecero libentius.

1417. To do willingly, of his own accord, not desired.

Voluntarius, suâ voluntate, de suâ voluntate; liberè; ultrò, spontè, liberrimè; suo impulsu; nemine rogante, præcipiente, jubente, postulante, provocante; non rogatus, provocatus, non ductu, impulsu alieno, sed suâ sponte; nullius rogatu, efflagitatu; spontaneus, ultroneus; nullâ necessitate impellente, urgente; cum rogaret nemo, nemine impulsore, nullo autore fecit. Volones, milites, voluntarii: *Voluntary Souldiers not prest.*

—— Nullis hominum cogentibus ipsæ Sponte suâ veniunt. ——
Quamvis nemo vocavit adest.

1418. To do not willingly, unwilling.

Coactus, impulsus, invitus; gravatim, gravatè, ingratis, ingratiis, ingratè, imperio, vi impulsus, coactus: contra, præter voluntatem; impulsu alieno; repugnans, repugnanter, nolens, renitens, recusans; nolens volens; invitè, invitissimus, animo iniquo, minùs prompto, propenso, alacri, libenti, parum læto & lubenti, ægre fecit.

Your

*Your will, Sir?* 664.

1419. The winds, the four Cardinal.

Venti, ventorum flatus, flamina. Quatuor venti Cardinales quià quatuor mundi cardinibus flant, ſpirant. 1. Eurus ſive ſubſolanus ab oriente. 2. Zephyrus ſive Favonius ab occidente. 3. Boreas ſive Aquilo à ſeptentrione. 4. Auſter ſive notus à meridie. — Vaſto rex Æolus autro Luctantes ventos, tempeſtatéſque ſonoras Imperio premit, &c. *Virg. Æneid.* Cum ſemel emiſſi tenuerunt æquora venti. Nil illis vetitum eſt, incommendatáque tellus Omnis, & omne fretum eſt, &c. *Ovid. Met.* 11. 10. His non paſſim mundi fabricator habendum Aera permiſit; vix nunc obſiſtitur illis, &c. *Ovid. Met.* 1. 2. Eurus ad auroram Nabathæaque regna receſſit, Perſidáq; & radiis juga ſubdita matutinis. Veſper, & occiduo quæ littora ſole tepeſcunt Proxima ſunt Zephyro. Scythiam ſeptémq; triones Horrifer invaſit Boreas: contraria tellus Nubibus aſſiduis pluvióque madeſcit ab Auſtro. —— Zephyrus ſero veſpere miſſus adeſt. — Gelidus ſiccâ Boreas bacchatur ab Arcto. Cui Notus adverſâ prælia fronte gerit. Purpureo vires capit Eurus ab ortu.

1420. The North-wind.

*Boreas, Aquilo.*

— Strimonii rabies furibunda tyranni. Rigidus ſatelles hyemis. Impellunt animæ lintea Thraciæ —Boreæ cum ſpiritus alto Intonat Ægeo —— fugam dant nubila cœlo. — Ego triſtia nubila pello, Et verto, Inducoque nives, & terras grandine pulſo, &c. *Ovid. Met.* 6. 8. Thracius, Threicus, Scythicus, Rhiphæus, Hyperboreus.

*To win his ſuit.* 1250.
*To win one by fair means.* 75.
*To win one by rigor.* 191.
*To wink at his own faults.* 538.
*To wink at anothers faults.* 197.
*Winter.* 1462.
*To wipe out.* 208.

1421. To excel in wiſdom.

Sapientiâ, prudentiâ præſtare, prælucere aliis. Egregiis ſapientiæ dotibus reliquis civibus antecellere. Omnes conſilio, prudentiâ vincere, ſuperare; longè, multùm, longo intervallo præcedere. Sapientiæ gloria excellere. Propter ſapientiam primas obtinere. Vir ſummâ prudentiâ; omnium facilè ſapientiſſimus; conſultiſſimus, ſummâ ſagacitate; propter incredibilem, divinam ſapientiam imprimis admirandus; eâ prudentiâ ut Sapientum, octavus meritò habendus ſit, ne dicam primus. Homo ſapiens & altâ quadam mente præditus; conſilio & prudentiâ clariſſimus.

—— Unum Tritonia Pallas, Quem docuit, multáque inſignem reddidit arte, — Ævi prudentia noſtri.

1422. To wiſh.

Optare, exoptare. In votis habere.

bere, Est mihi in votis. Omnibus votis exposcere, expetere. Nihil optatius, exoptatius habere. Valdè vehementer, magnoperè cupere, velle.

Velle suum cuique est.

### 1423. To obtain his wish or desire. 139.

Compotem voti fieri. Voto, optatis potiri, frui. Meis votis, optatis, expectationi fortuna, res respondit.

Habere optionem datam, delatam: *To have his choice given him.*

*A Wizard or Southsayer.* 1191.
*To wish or long for.* 809.
*To wish well to one.* 542.
*To withstand or oppose.* 626.
*To withstand an assault.* 127.
*To withstand temptation.* 1276.

### 1424. Of a good wit, capacity, apprehension.

Vir ingenii quadam perspicacitate, acumine, celeritate divinâ: fœlicissimo ingenio, perspicaci, prompto, vivido, præclaro, optimo, eximio, egregio, subtili, sagaci, raro, acri, peracri, acerrimo, acutissimo, ingenio præditus summo, exquisito, præstanti, præstantissimo, excellentissimo, uberrimo; egregiis ingenii dotibus ornatus; ingenii præsidiis munitus: Naturâ peracutus; incredibili quadam & propè singulari ac divinâ ingenii vi imbutus; extra omnem ingenii aleam. Homo acutus, solers, sagax, ingeniosus, perspicax. Ingenio, ingenii sagacitate, acie, acumine, acrimoniâ vigere, pollere, longè, plurimùm valere; gloriâ florere, inter omnes excellere. Abundantiâ quâdam ingenii præstare. Argo, Lynceo perspicacior, oculatior. Ingenii & mentis acie perspicacissimus. Politi & limati judicii, & aquilinâ ingenii acie.

Emunctæ naris homo; cui ingenii dives, benigna vena est. Ingenii currunt flumina quanta tui: ——— Cui cor limante Minervâ Acrius, & tenues finxerunt pectus Athenæ. Ingenium ingens. Inculto latet hoc sub corpore.

### 1425. To do a thing without help, alone.

Suo Marte, suis viribus, suopte ingenio & industriâ, sine Theseo, absque ope operâque alterius, nullo adjutus auxilio, nullo fretus, nixus adminiculo, adjuvante nemine, adjutore nullo solus perfecit. Nemo illi adfuit, suppetias tulit, auxiliatus est. Domi meæ natum est.

Sine cortice nare.

### 1426. To witness, bear witness, testifie.

Testificari. Testari aliquid, de re aliquâ. Alicujus rei testimonium reddere, habere, perhibere. Suâ voce ac testimonio aliquid affirmare, asserere, confirmare, asseverare, comprobare. Testimonium in rem aliquam efferre: de re aliquâ, in, seu contra aliquem dicere, dare. Pro

testi-

testimonio dicere. Testimonio esse alicui rei. Sunt in eam rem testimonia.

Testes adhibere, accommodare ad rem; citare in rem aliquam; colligere, dare, producere: *To alledge or bring witnesses.*

### 1427. A good witness.

Alicujus rei, de re aliquâ, in rem aliquam testis gravis, locuples, locupletissimus & certissimus, oculatus, optimus, religiosus, incorruptus atque integer; spectatæ, probatæ fidei, cujus testimonium firmum & grave, justum, amplum, amplissimum; cujus fides, testimonium; fidei testimonio, de fide, testimonio derogari; elevari fides, testimonium labefactari non potest.

### 1428. A false unfit witness.

Testis falsus, cupidus, iratus, conjuratus, ab religione alienus, subornatus, instructus, mercenarius, corruptus, labefactatæ fidei, gens sine re, sine spe, sine fide, sine lare, sine censu. Homo trioboli.

—— Conducti vendunt perjuria testes.

*To suborn false witnesses*. 1232.
*Witting and willing: Out of his wits*. 827.
*To recover his wits*. 823.

### 1429. A Womans estate. Marriageable.

Virgo matura, virgo ætatis maturæ, jam grandis, viri potens, patiens. Quæ pupas Veneri dicavit.

——Jam nubilis ætas. Plenis jam nubilis annis.——expleto teneri jam finu pudoris. Virginitas matura toris.

*To wonder*. 854.
*To make one wonder*. 855.
*To work wonders*. 861.
*A wonderful thing*. 1217.

### 1430. To Woo.

Petere, ambire uxorem, nuptias. Obsecrare ut parens filiæ sibi copiam faciat. Verbis mollissimis, omnibus blanditiis amorem alicujus pertentare; in sui fœminam amorem pellicere.

Thalamos alicujus petere; ambire solicitâ prece; tentare mille modis.——Nomadúmne petam connubia supplex? sollicitâ petiit propensum voce favorem, &c. *Ovid. Met.* 14. 17. *Iphis.*

### 1431. A Wood or Gove.

Sylva, lucus, nemus, saltus.

Sylva vetus stabat nullâ violata se uri; frequens trabibus quam nulla ceciderat ætas. Incipit à plano, devexaque prospicit arva; capax ævi, validáque incurva senectâ. Æternum intonsæ frondis, stat pervia nullis Solibus, &c. *Stat. Theb.* 4. —— Veteres incidua ferro Sylva comas, largæ quâ non opulentior umbræ Extulerat supra astra caput. *Stat.* Sacra senectæ Numine: Nec solos hominum transgressa veterno Fertur avos, nymphas etiam mutasse

mutasse superstes, Faunorúmque greges. Nulli penetrabilis astro Lucus erat.——Nemorum arcana sereno Nigra die.—Densâ niger ilice; caligans nigrâ formidine lucus; niger ilicis umbrâ, Quo posses viso dicere Numen inest. Est nemus & piceis, & frondibus ilicis atrum: Vix illuc radiis solis adire licet.

1431. No words can express it.

Nulla dicendi tanta vis, nullum orationis tantum est flumen, ut huic narrandæ rei, nedum ornandæ, illustrandæve sufficiat, par esse possit.

Omnem superat eloquentiam: Ad hanc rem pro dignitate vobis expiandam desunt verba; impar est omnis oratio; nulla sufficit verborum copia. Dici non potest quantum, &c. Nullis unquam verbis assequi potero.

Non mihi si linguæ centum sint, oraque centum, Ferrea vox, &c. Omnia pœnarum describere nomina possem. Non mihi si centum deus ora sonantia linguis, Ingeniumque capax, totumque Helicona dedisset. Si vox infragilis, pectus mihi firmius esset, pluraque cum linguis pluribus ora forent.——Non consequar omnia dictis, Nec mala voce meâ poteram tibi cuncta referre, Ora licet tribuas multiplicata mihi. — Non si Parnassia Musæ Antra mihi sacrosque aditus, atque aurea pandant Limina, sufficiam; non si mihi ferrea centum Ora sonent totidémque ærato è gutture linguæ, Singula verbis percurrere ——innumera hæc valeam Pieriis æquare modis. Non ego centenâ si quis mihi pectora laxet Voce deus——Dignis conatibus æquem.

*To use many words.* 771.
*To use few words.* 222.

1432. To despite, not esteem of worldly things.

Res humanas, mundanas, terrenas; opes, honores, facultates, quæque alia vulgus in bonis numerat; mundana omnia neglígere, &c. 32. 334. & infra se positas arbitrari Quisquilias, &c. 34. illecebras, voluptates, lenocinia, irritamenta hujus vitæ aspernari, detestari, auribus, oculis, & sensibus denique omnibus excludere. Ab hominum, à mundi, à mundanis, terrenis negotiis, molestiis animum, se penitus abducere, avocare. Humana despicere, nec ad humilia qua humi depressus ullo modo adhærescere. Humana quæ eximia plerisque & præclara videntur, parva ducere, eáque firmâ ratione stabilique contemnere.

Cœtus vulgares & udam Spernere humum fugiente penna. Responsare cupidinibus; contemnere honores Fortis, & in seipso totus teres atque rotundus; Externi ne quid valeat per-læve morari; In quem manca ruit semper fortuna.

1433. A Worldling, Earthly-minded.

Homo penitus humo immersus, & terrâ obrutus, minimè aspirans ad cœlestia; cujus est — curva in terras anima, & cœlestium inanis; qui omnes cogitationes, conatus, curas, consilia, studia, affectus, mentem animúmque humi, in terra, in rebus abjectis, humilibus, sordidis, humanis, terrenis defigit; omnem spem, fiduciam, fœlicitatem in rebus fluxis, fragilibus, caducis, &c. 585. hujus ævi collocat; cœlestia, divina, æterna, immortalia nihil æstimat, contemptui habet, cujus anima videtur, non corpus modo, ex humo concreta & sordibus terrenis, adeo his inhiat solis. Qui res præsentes atque mundanas amat perditè, deperit, neque futurarum fide tenetur, neque cœlestium ducitur spe. Cujus palato sapiunt hujus mundi solummodò vitæque sordes; prorsus insipida sunt, ingrata, amara, injucunda, facilè satietatem, nauseámq; pariunt cœlestia divináque omnia. Qui —— vivit canis immundus, vel amica luto sus, aut in cœno voluptatum & libidinum fœdissimè volutat, aut in opibus congerendis, cumulandis, augendisque honoribus sagacitate venatur caninâ; cultum divinum facilè omissurus, nihilique facturus religionem, de pietate parum sollicitus, de re divinâ minimè laborans modò lucretur decimas.

Qui à principe hujus mundi quem veneratur deum sibi donata credit omnia hæc; servis Christi, cujus non est regnum de hoc mundo, deberi nihil arbitratur, quámque potest minimum largitur, mala in eosdem cumulat omnia.

1434. All men in the World.

Omnes homines, mortales. Totum, universum genus humanum, hominum, mortalium. Quicunque per omnem terrarum orbem dispersi, in toto terrarum orbe, quà terra patet, quà cœli nos ambitus complectitur, quà terrarum fines patent longissimé. Quacunque sol habitabiles illustrat oras, quà totum Nereus circumsonat orbem, quà latam Nereus cærulus ambit humum. Quà brachia longo Margine terrarum porrigit Amphitrite; in hoc mundi, terrarum amplissimo theatro, in hâc mortalium scenâ agimus. Quicunque cœli convexa tuemur, & hâc terrarum circumscriptione continemur, spiritum vitalem ducimus, haurimus.

1435. To leave a work imperfect, unfinished.

Susceptum negotium deponere; non transigere, perficere. Opus rude, mancum, imperfectum, impolitum, inchoatum relinquere. Ad metas, in ipsis principiis hærere, consistere, defatigari. Desistere ab instituto opere. Fastigium operi nullum imponere. Non exædificari in opus quod instituit; non absolvere, consummare quod inca-

incepit. Nondum operi accessit extrema, suprema manus. ——Manus ultima cœpto Defuit, & scriptis ultima lima meis. Cœptis deficere. Cœpto, incepto desistere. Sacra infecta relinquunt. Non cœptæ assurgunt turres. Pendent opera interrupta minæque Murorum ingentes. Non potui cœpti pondera ferre mei. Capere tædia cœpti.

## 1436. To do good Works.

Opera bona fideique fructus uberes edere, proferre. Omnibus tum pietatis tum charitatis officiis, muneribus, operibus, religiosè perfungi. De causâ hominibus, pauperibus, egenis, religiosis, piis benefacere; de hominibus bene mereri: in homines beneficia conferre; fidem, pietatem in Deum & in homines charitatem factis & operibus comprobare. Operum factorumque suorum face aliis prælucere.

Cur eget indignus quisquam te divite? Quare Templa ruunt antiqua Dei? Cur improbe charæ Non aliquid patriæ tanto emetiris acervo? Ex divitiis tuis Quod superat non est melius quo insumere posses. Uni nimirum tibi rectæ semper erunt res.

*To begin a work.* 177.
*To end a work.* 492.
*To work one mischief.* 862.

## 1437. To wax or grow worse and worse.

Indies in pejus, deterius vergere, proficere, delabi, prolabi, abire, degenerare. Deterius habere se. Pessum ire, abire. Morbus crudescit, exasperatur, amplior factus, ingravescit, aggravescit, invalescit, auctus est. Dolor intenditur, gravior fit. Hydræ in morem pro uno capite centum repullulant. Majora flagrant incendia. Oleum flammæ adjicitur, affunditur. Cicatrix pænè conducta refricatur. Mihi quotidie augescit magis ægritudo.

———— In pejus ruere & retrò sublapsa referri. —— Sumunt incendia vires. Oleum addis camino. —— Dolor exuperat magis ægrescitque medendo.

*To worship or honour.* 1078.
*To worship God religiously.* 625.
*A man of no worth.* 33.
*A man worthy of all praise.* 1001.

## 1438. To wound.

Vulnus alicui infligere, inferre, imprimere, imponere, impingere, facere. Aliquem vulneribus afficere, conficere, confodere, ferro, ferri viribus vulnerare, sauciare: plagis mutilare, debilitare. Crebris ictibus, verberibus; ictu lapidis, jaculi, teli: telo, jaculo, lapide, gladio corpus alicui lædere, percellere, penetrare, consauciare. Plagam alicui gravem facere, inferre: insanabilem imponere: mortiferam infligere.

Cæcum, altum jactâ dare cuspide vulnus. Infesto vulnere insequi. Transfigere pectus. — Lateri capulo tenus abdidit ensem. Violare corpus vulnere. Telo pectus induere. Ense latus perforare.

## 1439. To be wounded.

Armis, ferro graviter vulnerari, sauciari. Telo transfigi, trajici. Telum corpore recipere. Vulnus grave, mortiferam plagam ferre, accipere. Vulnere gravi transfossus, percussus, violatus. Infixo vulnere impedire. Multis plagis, vulneribus affici, percelli, concidere. Vulneribus saucius, onustus, consumptus, gravis.

Graves excipere ictus. Martia vulnera pati pugnando. Jugulo accipit ensem Missâ trajectus arundine tergum. Cuspide læsus. Altè vulnus adactum.

Laniatus corpore toto. Atque unum in toto corpore Vulnus erat. Unumque erat omnia vulnus. Nec quicquam nisi vulnus erat. Non habet in nobis jam nova plaga locum. Vulneribus mille Gravis, totusque per artus Saucius: *wounded or torn all over.*

## 1440. A body that cannot be wounded.

Corpus quod nulli telo vulnerive patet, quod nullo ferro, ictu, plagâ vulnerari, sauciari, penetrari potest.

Impenetrabilis, nullis penetrabilis armis. Nullo penetrabile telo Corpus; Invictumque à vulnere erat, ferrumque terebat, ferro impervium. Deus dedit — ne saucius ullis Vulneribus fieri, ferrove occumbere posset; ne qua manus — ne quid mortalia bello Lædere tela queant; — ne quo temeretur vulnere corpus. — Abit violatus vulnere nullo. — Quanquam certa nullus fuit error in hastâ. Nil tamen emissi profecit acumine ferri, hebeti pectus tamen modo contudit ictu, &c. *Ovid. Met.* 12. 3. Cygnus. Contemptor ferri, nulloque forabilis ictu. Patiens vulnera mille corpore non læso Cœnius. — Manet imperfossus ab omni Inque cruentatus Cœneus Elateius ictu, &c. *Ovid. Met.* 12. 4. & 5.

## 1441. A wound incurable.

Vulnus lethale, mortiferum, insanabile; ejusmodi ut sanari non possit, ut salus desperanda videatur; ut spes salutis nulla supersit, ut medicinæ non sit locus. — Immedicabile vulnus. Multa manu medicâ Phœbique potentibus herbis Nequicquam trepidat, &c. *Virg. Æn.* 12. — Medicas exercet inaniter artes. — Frustrâ medicina paratur Cum mala per longas convaluêre moras.

*Wounded in conscience.* 325.
*To heal wounds.* 369.
*To wrangle.* 218.
*Wrathful or cholerick.* 270. 85.

1442. To wrastle.

Cum aliquo, inter se luctari, colluctari, luctâ, luctatione, luctatu, colluctatione concertare, contendere. Luctam, colluctationem, luctandi certamen inire. Luctari complexibus. Palæstrita. Luctator.

Contendunt ludo, & fulvâ luctantur arenâ. ——In gramineis exercent membra palæstris. Luctamen inire. Molimine magno Luctari. Et jam alterna manus frontemque humerosque, &c. *Stat. Theb. 6. vers.* 858.

*A most wretched man.* 1346.

1443. To write, or set down in writing.

Literis, tabulis, scriptis tradere, imprimere, mandare, commandare, consignare, exponere, exarare. In scriptis ponere. In commentariis scribere, exarare. In tabulas, commentarios referre, conferre aliquid. Chartis consignare.

Chartis illinere. Notas exarare. Ceris verba incidere; notas imponere.

——Cito commissi properatis verba tabellis, *To write hastily.*

1444. To write Books.

Libros componere, conficere, comparare, edere, emittere, vulgare, publicare. Tabulis mandare ad memoriam posteri temporis sempiternam. Literarum monumentis, memoriæ, memoriæ seculorum omnium mandare, prodere, tradere, consecrare. Æternitati committere. Dignum aliquid chartis elaborare. Volumen condere. In librum conjicere & in vulgus edere, exponere.

Scriptis accuratius explicare & prodere literis. Animum ad scribendum appellere, adjungere, applicare. Accuratæ & meditatæ commentationes: Politus scriptor atque artifex.

Condere victuras per secula curas, chartas.

Fluit lutulentus, vitiosus. Garrulus atque piger scribendi ferre laborem, scribendi rectè: *A careless rude writer.*

——Tu inclusas hircinis follibus auras Usque laborantes dum ferrum molliat ignis, Ut mavis imitare: *A swelling empty stile.*

A nostris procul est omnis vesica libellis; Musa nec insano syrmate nostra tumet: *A moderate stile.*

1445. To write against one.

In aliquem scribere amarulentiùs; scripto invehi; satyras edere; calamum, stylum stringere.

Aliquem scriptis taxare, carpere, nominatim lacerare, verberare, perstringere; calamo, stylo petere, ferire, configere.

Dentatâ chartâ mordere, pungere. Styli cuspidem, aciem vibrare.

——In te mihi liber Iambus Tincta Lycambeo sanguine tela dabit. Archilochi propriis distringere carmen Iambis, &c. *Horat. Epod.* 6. Cave, cave, Namque in malos asperrimus Parata tollo cornua. Qualis Lycambæ

spretus

ſpretus infido gener, Aut acer hoſtis Bupalo.

1446. To write Letters.

Literas, Epiſtolam ſcribere, conſcribere, exarare, elucubrare; ad aliquem dare, mittere; longiorem, benè longam facere. Tabellas conficere. Exarare literas in codicibus. Hæc ſcripſi ſubitò, raptim, properans, feſtinans. *In haſte.* Hoc literularum exaravi noctu, ante lucem: *Before day.*

Epiſtolas quotidianis verbis texere ſolemus.

Verba dare ferenda tabellis; ceris inſcribere. His arcana notis terra pelagóque feruntur: Inſpicit acceptas hoſtis ab hoſte notas: Chartâ linguæ vices peragente, loqui, colloqui cum aliquo, ſalutare amicos. Litera ſermonis fida miniſtra mei.

Redditæ mihi ſunt, perlatæ ad me tuæ literæ. Accepi à te literas binas, epiſtolas uno die tres: *I have received your Letters.*

1447. It is written, or recorded.

Memoriæ, libris traditum, proditum eſt; Annalibus, commentariis; monumentis veterum conſignatum; in acta relatum; monumentis majorum tranſmiſſum ad nos: ſcriptum in commentariis: Eſt, extat, reperitur in hiſtoriarum exemplis; in commentariis annalibus; in momentis Græcorum, Latinorum, Hebræorum.

1448. Writings only are Immortal.

Literarum, optimorum ingeniorum monumenta ſola vetuſtatem ferunt, &c. 772. Immortalia ſunt mortalia —— Nil non mortale tenemus Pectoris exceptis ingeniique bonis. Marmora Meſſalæ findit caprificus, & audax Dimidios Criſpi mulio ridet equos.

Mors etiam ſaxis nominibúſq; venit. At chartis nec furta nocent, nec ſecula præſunt, Solaque non norunt hæc monumenta mori. Jamque opus exegi, quod nec Jovis ira, nec ignes, Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetuſtas. Exegi monumentum ære perennius, &c. *Hor. Carm.* 3. 30. Carmina morte carent. Scripta ferunt annos. Vox viva perit, vox mortua vivit. Si verbum vox viva licet, vox mortua ſcriptum, Scripta diu vivunt, non ita verba diu.

1449. Writings make men Immortal.

Literæ, ſcripta optimorum ingeniorum, monumenta virorum inclytorum famam, gloriam fatis, morti, oblivioni eripiunt, eximunt, viros optimè meritos gloriâ donant immortali.

Carmine fit vivax virtus expérſque ſepulchri. Scinduntur veſtes, gemmæ franguntur & aurum: Carmina quam tribuunt, fama perennis erit. Dignum laude virum Muſa vetat mori. Cœlo Muſa beat, &c. *Horat. Carm.* 4. 8. Pigra per hæc fugies, ingratæ flumina

flumina Lethes, Et meliore tui parte superstes eris. Neque, nisi chartæ sileant, quod benefeceris, Mercedem tuleris, &c. *Hor. Ibid.*

*To write a History.* 680.

*To seal Writings.* 1136.

*To wrong or injure.* 729.

## 1450. A wife.

**Uxor, conjux, nupta. Consors tori, thalami particeps. Fœdere** conjugii viro conjuncta; cum viro sociata, copulata. Mater familias. Æmula Penelopes: *A chaste Wife*.

Marita. Matronia. Non ego sum furtim tibi cognita; pronuba Juno Adfuit, & sertis tempora vinctus Hymen. Illa quidem fruitur meliore marito. Socia tori.

Vir, maritus, conjux, paterfamilias, sponsus.

Nova nupta, sponsa. *A bride.*

## Y.

### 1451. To yield Superiority, give place.

Alteri locum dare, loco, dignitate, ætate, virtute, laude aliquâ cedere; primatum, primas, principatum, palmam dare, deferre, concedere, tribuere. Alium agnoscere superiorem, digniorem, virtute & meritis præstantiorem; loco, dignitate, gradu priorem, ampliorem, altiorem; inferiorem se, minorem, inæqualem, imparem, nullo modo parem. Fasces submittere. Præstantiæ, excellentiæ palmam in alium conferre, ac putare sibi honestum esse in secundis tertiisque consistere.

Cedere majori virtutis fama secunda est. Vivere si recte nescis, discede peritis. Nec comes exterior, si postulet, ire recuses.

### 1452. To yield of his right.

De suo jure cedere, decedere. Aliquid, paululum de suo jure concedere, permittere.

Non necesse habeo omnia pro meo jure agere. Summo jure non ago. Meum jus non repeto.

Terminum agit, ne tantillum concedit. Nemini concedere dignatur: *Not to yield, to hold his own.*

### 1453. To yield himself captive.

Victum se fateri. Hostibus victum vinctumque se tradere, dedere; victas manus dare. Hostium se in manus dedere; potestati, arbitrio permittere, submittere.

Herbam porrigere. Ab hoste leges, conditiones accipere. Hastam abjicere.

Jam jam efficaci do manus scientiæ supplex.

Sub leges pacis iniquæ se tradere.

*To yield up an office.* 1071.

### 1454. Yearly, every second Year.

Annuatim, quotannis, quoquo anno, omni ferè anno, annis singulis,

culis, in annos singulos. Annuum est hoc fieri.

Alternis annis, vicibus annorum, alternis annorum vicibus, altero quoque anno.

1456. **At the beginning, and at the end of the year.**

Anno incipiente, ineunte. Principio, exordio, initio statim anni. Cum aperit annum Taurus.

Anno exeunte, desinente, expleto, completo. Anni exitu; fine, extremo.

1455. **In the year of our Lord, 1653.**

Anno Domini, Christi, Christi nati; post natum Christum; à Christo nato; ab humanitate filii Dei; à partu Virginis; post Virginis puerperium; ab adventu Domini Christi; post adventum Messiæ salvatoris; ex quo naturam humanam induit filius Dei, & salvator generis humani Christus Jesus, millesimus sexcentesimus quinquagesimus tertius.

1457. **Twelve years old.** 83⁴.

Annos duodecim, duodenos, natus est. Duodecimum ætatis annum agit; nondum excessit, egressus est, præteriit. Ætas ei duodecim annorũ est, 12. annos non excedit. Nondum ei præteriit annus vitæ duodecimus. Duodenarius.

Addideratque annos ad duo lustra duos.

——Natalibus actis Bis puerum senis.

1458. **A hundred years old.**

Annos centum, centenos natus sum, habeo, vixi, peregi, exegi, transegi, explevi, implevi, complevi, absolvi. Centenarius sum. Annum ætatis attigi, numero, ago, complevi centesimum. Centesimus mihi premitur annus. Annis duravi centenis. Centum annorum sum. Seculum vitæ peractum est. Ex quo natus ego sum, annus jam agitur centesimus, centenis area trita est Frugibus.

—— Decem addiderat lustris altera lustra decem. Centenas messes, hyemes peregi.

1459. **The four parts of the Year, Spring, Summer, Autumn, Winter.**

Ver, Æstas, Autumnus, Hyems sive Bruma. Jupiter antiqui contraxit tempora veris, Perque Hyemes, æstusque & inæquales autumnos, Et breve Ver spatiis exegit quattuor annum. Frigora mitescunt Zephyris, ver proterit æstas, interitura simul. Pomifer autumnus fruges effuderit, & mox Bruma recurret iners. Poma dat autumnus, formosa est messibus æstas, Ver præbet flores, igne levatur hyems. Quid? non in species secedere quattuor annum Aspicis, ætatis peragentem imitamina nostræ?

1460. The Spring time.

*Ver.*

Tempus vernum, quo florent, florescunt, virent, virescunt, vigent, vernant, nitent, germinant, pullulant, pullulescunt omnia. Vere ineunte, primo, novo, incipiente; adolescente, adulto, præcipiti. Quale in tempestatibus anni Ver, talis in vitæ humanæ quatuor gradibus pueritia.

Nam tener & lactens, puerique simillimus ævo Annus—— Vere novo est, tunc herba nitens & roboris expers Turget, & in solida est, & spe delectat agrestes. Omnia tum florent, florumque coloribus almus Ludit ager; neque adhuc virtus in frondibus ulla est. Solvitur acris hyems gratâ vice veris & Favoni; Trahuntque siccas machinæ carinas,&c. *Hor. Carm.* 1. 4. Diffugêre nives, redeunt jam gramina campis Arboribusque comæ, &c. *Horat. Carm.* 4. 7. Jam veris comites quæ mare temperant, Impellunt animæ lintea Thraciæ. Jam nec prata rigent, nec fluvii strepunt Hybernâ nive turgidi, &c. *Ib.* 7. 12. Verni temporis hora. Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos, Nunc frondent sylvæ,nunc formosissimus annus. Cum Zephyris & hirundine primâ.——Repellit Ver hyemem, piscique aries succedit aquoso.—— Pulsam hyemem Sol aureus egit sub terras, Cœlumque æstivâ luce refulsit. Sidera jam Tyrius Phrygii respicit agni Taurus; & alternum Castora fugit hyems. Ridet ager, vestitur humus, vestitur & arbos; Ismarium pellex Attica plorat Ityn. Omnia tunc florent, tunc est nova temporis ætas, &c. *Ovid. Fast.* 1. Candidus auratis aperit cùm cornibus annum Taurus. Verque novum stabat cinctum florente coronâ. Vere tument terræ, & genitalia semina poscunt. Vere novo gelidus canis cum montibus humor Liquitur, & Zephyro putris se gleba resolvit.

1461. The Summer.

*Æstus.*

Tempus æstivum, quo adolescunt omnia. Æstas innuens, nova, adulta, affecta seu præceps. Huic ex partibus humanæ vitæ analogiâ quâdam respondet Adolescentia & Juventutis ardor. Nam Transit in æstatem post Ver robustior annus, Fitque valens juvenis. Neque enim robustior ætas Ulla, nec uberior; nec quæ magis ardeat ulla est.——Tunc siccis aer fervoribus ustus Candet.

Stabat nuda Æstas & spicea serta gerebat. Æstivi tempora sicca canis ——— Jam fruges pulverulenta coquit maturis solibus Æstas.

1462. The Autumn.

*Autumnus.*

Tempus autumnale, quo maturescunt

tescunt fruges fructúsque. Habet etiam tres menses partesque; Incipiens, Adultus, Maturus, qui flexus Autumni dicitur. Virilis ætas vitæ humanæ Autumnus est. Nam Æstatem

Excipit Autumnus posito fervore juventæ Maturus mitisque inter juvenémque senemque Temperie medius, sparsus quoque tempora canis. — Cum decorum mitibus pomis caput Autumnus arvis extulit. Stabat & Autumnus calcatis sordidus uvis, Dives, Pomifer Autumnus.

### 1463. The Winter.

*Hyems, Bruma.*

Hyemale tempus, quo frigent & rigent omnia; incipiens, adultum: affectum; discedens sive mitescens; extremæ sub casum hyemis. Hyems jam præcipitaverat, & ver jam appetebat. Hyems nostra senectus, ut senectus anni est hyems.

Inde senilis hyems tremulo venit horrida passu, Aut spoliata suos, aut quos habet, alba capillos. - Bruma nivalem Interiore diem gyro trahit. Horridus ecce sonat Boreæ stridore December.———Glacialis hyems canos hirsuta capillos — aquilonibus asperat undas.

Horrida cano Bruma gelu. Vides ut alta stet nive candidum Soracte, nec jam sustineant onus Sylvæ laborantes, gelúque Flumina constiterint acuto. Sævit hyems. Cum inversum contristat Aquarius annum. —— Cum tonantis annus hybernus Jovis Imbres nivesque comparat. —— Cum Scythicis Sol exul ab oris, Ismarioque riget Bistonis ora gelu, & ventis glacies astricta pendet——— Cùm December canus, & bruma impotens Aquilone rauco mugiet. ——— Tristis hyems, squallentia protulit ora. Hyems alba, hirsuta capillos, adoperta gelu, glacialis, nigra, genialis, aspera, atra, tristis, horrida.

*Fifteen or sixteen years old.* 839.
*To grow in years.* 918.

### 1464. To yoke Oxen, or put on Yokes.

Boves, jumenta aratro, plaustro adjungere, sub jugum vocare, trahere, agere, cogere.

Ducere, mittere ruricolas sub juga prima boves.——— Jugo supponere tauros. Jugum tauris, bobus imponere. Collo boum jugo, aratro premere, cogere.

### 1465. To take on a Yoke.

Jugum, aratrum subire. Colla, cervices jugo præbere, supponere, dare, submittere.

Præbere incurvo colla premenda jugo. Servili jugo dare libera colla.——— Sub juga mitti. Sordido premi jugo. — Aspera regum perpetimur juga.

**1466. To shake off, or refuse a Yoke.**

Colla, cervices jugo subtrahere, subducere. Detrectare jugum. Oneri colla subducere. —— Eripe turpi Colla jugo liber. Rumpere jugo vincula.

**1467. A towardly hopeful young man.**

Adolescens, juvenis, adolescentulus probus, mirificâ indole, eximiâ spe virtutis, summâ spe ingenii præditus: optimis studiis deditus, addictus, fictus & factus ad virtutem; lætæ indolis, expectatissimis, præstantissimis moribus; qui miram de se movet expectationem, magnam sui opinionem concitat; magnum specimen sui, suæ indolis dedit, cui natura plurimos insevit divinos ingenii judiciique igniculos; à quo ea expectantur, quæ à summa virtute summoque ingenio sunt expectanda: In quo magnam spem majores natu dignitatis collocant; in quo eximia spes & significatio virtutis elucet; qui antiquis adolescit moribus.

Centum puer artium. —— Nec puer quisquam in tantum spe tollet avos; nec patria quondam Ullo se tantum tellus jactabit alumno.

**1468 A dissolute graceless young man.**

Perditus ac profusus nepos. Adolescens dissolutus; ab ingenio improbus, qui nullis disciplinæ legibus, nullis legum vinculis, repagulis coerceri, contineri vult; adolescentiam suam omni intemperantiæ addixit; cujus licentior vita est; licentiosus: luxuriosus, luxuriâ, luxu & inertiâ diffluens, solutus, malis pravisque studiis deditus, omni dedecore & turpitudine contaminatus, libidinibus, lustris, vino, intemperatissimis perpotationibus confectus & enervatus; qui in lustris, popinis, aleâ, vino omnem ætatis florem consumit, prodigit. Effrænatus, impurissimus, turpissimus ganeo, helluo.

Non ille honorem à pueritia, non studia virtutis, non ullum existimationis bonæ fructum unquam cogitârat.

Cujus animus luxuriat juvenilibus annis.

Quem damnosa Venus, quem præceps alea nudat.

*To civilize a wild young man.* 1266.

**1469. A Youth, Boy, Child, under age.**

Puer prætextatus, pusio elegans, scitus, mellitus, delicatus, delicatulus. Parvulus. Minor, nondum adultus. Ætate puerili, tenerâ, prætextatâ. Qui prætextam nondum deposuit, exuit, nondum excessit ex ephebis.

Reddere qui voces jam scit, puer, & pede certo Signat humum, gestit paribus colludere, & iram

Colligit

Coiligit ac ponit temerè & mutatur in horas. Quem delectat Ædificare casas, plostello adjungere mures, Ludere par impar, equitare in arudine longâ. ——— Puer impubes, & adhuc non utilis armis, primis in annis, ——— Ætas mollis & apta regi. — Nec dum prima nova lanugine vertitur ætas. Puellus.

*From my youth.* 268.

## Z.

### 1470. Zealous in and for Gods Worship

DEum, cœleste, divinum Numen religiosissimè, sanctissiméque venerari & colere; utque ab aliis colatur studiosissimè, summis viribus eniti, contentione vehementissimâ laborare, omni ope & operâ, flagranti studio contendere. Summo studio, zelo religionis, divini cultûs incendi, flagrare, ardere, inflammari.

Sacro quodam ardore, fervore, inflammato animi impetu ad religionem perpurgandam; instaurandam, propugnandam; ad gloriam Dei vindicandam, tuendam, propagandam, illustrandam concitare, ferri, rapi. Vindicem ultorémque se omnis Idololatriæ, superstitionis, fictæ commentitiæque religionis, blasphemiæ, divini honoris gloriæque imminutæ, Majestatis læsæ, nominis prophanati, contumeliosè habiti acerrimum, vehementissimum præbere. Maximâ conservandæ religionis constantiâ clarus. Religionis & pietatis ardens cultor atque vindex acer.

# Vocabula à quibus puritatis Romanæ studiosis sit abstinendum.

*Sordida, Prisca, Nova, Antiquata, Poetica, Dura, Turpia, Rara nimis, vel Peregrina fuge.*

1. **S**Ordida *dicuntur, quæ res fœdas significant, ut quibus excrementa animalium nominantur: Merda, stercus, &c. præsertim si iis quis utatur coram principibus aut viris honoratis; non si apud agricolas, seu de agricultura loquens aut scribens.*

2. Prisca *vocantur, quæ olim in usu fuerunt apud Antiquos, sed postea in desuetudinem abierunt: Advortit pro advertit, olli pro illi, volt pro vult, cluo seu clueo pro purgo, opulescere pro ditescere, pauperare pro pauperem facere, oppido pro valdè, &c. Quæ apud probatos scriptores non facile invenies. Priscos vero scriptores dicimus Ennium, Lucilium, Adronicum, Cæcilium, Accium, Plautum & alios qui usque ad tempora Syllæ dictatoris scripserunt, & Ciceroni veteres dicti sunt.*

3. Nova *Priscis contraria dicuntur, quæ recentiores post Imperatoris Domitiani tempora effinxerunt, nec olim veteribus aut usitata fuerunt, aut certè multum frequentata. Hujusmodi multa sunt, quæ Grammatici, Theologi & aliarum artium professores partim necessitate, partim ignorantiâ & nimiâ licentiâ in linguam Romanam invexerunt. Quæ necessitate inventa sunt, liberè licebit uti, nisi meliora fortasse invenerimus. Talia apud Theologos Christus, Trinitas, Ecclesia, fides, Baptismus, Sacramentum, Satisfactio, Excommunicatio, &c. ubi etiam his meliora occurrunt, illis potius utamur, ut cum Cicerone potius dixeris Divinitas quam Deitas, modestia quam humilitas; confirmare quam confortare, &c. Quæ vero hominum ignorantiâ in usum irrepserunt, quantum licebit aspernabimur; cujusmodi multa reperies apud Philosophos qui Aristotelem verterunt, aut in eundem commentati sunt, quæ dissertè loquentibus improbantur. Hujusmodi sunt prædicabile, prædicatum, prædicamentum, æquivocum, risibile, &c.*

*Observandum vero est, aliud esse vocabulum Novatum quam Novum. Novata enim ea dicimus, quæ ab auto e probato, vel generali consilio inventa sunt: quo illa imprimis pertinent, quæ per onomatopœiam ex soni similitudine finguntur; ut hinnire, boare, coaxare, &c. Ad hæc, quæ imitationem aut similitudinem significant; ut Platonizare, Epicurizare, Gallizare, Hispanizare, Ramizare, &c. Quæ significant eorum à quibus deducta sunt imitari mores, opiniones,*

*nes, sermonem, &c.* Hujusmodi vero Novatis, quæ à probatis autoribus usurpantur, nos etiam suo loco ac tempore cum gratiâ uti poterimus. Sic Cicero, Cæsar, Virgilius & alii, qui à Syllæ temporibus usque ad Domitiani tempora scripserunt ( quos Classicos scriptores appellamus) multa novarunt, quæ jam longo usu ob omnibus recepta sunt.*

4. **Antiquata** *sive obsoleta sunt, quæ in desuetudinem abierunt; ut hostis pro hospite & peregrino, floces pro fæces, quæ eâ significatione obsoleverunt. Differunt à Priscis vocabulis Obsoleta; quoniam hæc adeo sunt obliterata ut in usumrevocari non debeant; quæ perinde Cæsar in oratione, ut in mari scopulum, fugienda dixit. Priscorum autem complura sunt, quæ licet usu quotidiano jam diu intermissa sint, non omnino tamen sunt à doctis relicta; ut proles, soboles, effari, &c.*

5. **Poetica** *dicuntur quæ rectè in versu usurpantur, sed in oratione solutâ parcius; cujusmodi multa sunt Epitheta quæ solis versibus apta sunt: ut fatidicus, tabificus, velivolum mare, &c. Nec non & verba quæ ut plurimum conjugationis primæ sunt; ut asperare, æternare, amicare, inimicare, clarare, &c. Poetæ enim Græcorum more liberiores sunt in componendis versibus & vocabulis, quam Oratores.*

6. **Dura** *sunt quæ parum commodè sed longius adscita sunt; ut Cato dixit Rempub. Camilli morte castratam esse, cum vellet significare, robur civitatis Camilli morte concidisse, quæ nimis est dura & remota translatio. Tale est caperare frontem, pro contrahere.*

7. **Turpia** *vel obscœna sunt quæ vel libidinem significant, vel ea quibus libido excitatur, quæ in oratione benè moratâ, vel in ore hominis liberaliter educati locum habere non possunt, ne quam fortè turpitudinis cogitationem mentibus ingerant. Cum necessitas de rebus obscœnis loqui forte coget, periphrasi, vel honestâ descriptione utendum est.*

8. **Rara** *sunt, quorum apud probatos autores rarus usus est, quibus perinde non nisi rarò uti licebit, ut rara semper maneant. Huc etiam spectant quæ aliquo casu, numero præterito vel supino raro à bonis autoribus sunt usurpata.*

9. **Peregrina** *sunt denique quæ ex aliis quàm Latina desumuntur linguis, ut gaza pro divitiis, acinaces pro gladio, parasanga pro stadiorum triginta spatio, Persica verba. Græca etiam à Latinis inter Peregrina reponuntur, exceptis nonnullis, quæ antiquitas Latinitate donavit; quibus propterea perinde atque Latinis uti licet: qualia sunt multa artium & disciplinarum vocabula; ut Grammatica, Dialectica, Rhetorica, Theologia; & herbarum plurima, ut Crocum, Hyssopus; & morborum, Chiragra, podagra, &c. Sic in lapidum, gemmarum, medicamentorum, &c. nominibus, Latinis vocibus destituti, Græcis ferè utimur sed Româdonatis.*

*Græca vocabula nunquam vel rarò Latinis interponenda sunt: illud enim tam vitiosum fuerit, quam si orationem ex versibus & sermone soluto contexas. Sunt autem causæ, quibus Græca Latinis rectè queant admisceri. Cum aut Latino vocabulo destituitur,*

tuitur, aut venustiora, vehementioraque sunt Latinis Græca: ut ἀδύνατον, φίλαυτος, αὐθαδικὸς, λογομαχία, &c. 3. Si quid occultius amico scribendum sit, quod alios celatum volumus, ut interdum Cicero ad Tit. Pomponium Atticum scribens. 3. Joci aut irrisionis gratiâ, quod etiam Ciceronem fecisse, ipsius scripta facilè contestantur.

Si quis aliquo ex verbis superioribus uti volet, & metuit, ne verbi vetustas, novitas, aut insolentia lectoris offendat aures, necesse est tum hoc modo præfari veniam, Honor sit auribus, ut dicam antiquè, ut Poetæ loquuntur, ut recentium more loquar, ut prisci olim loquebantur, ut verbo utar Enniano, dicam Græce quo dicam melius. Ipsissimus, ut Planti more loquar, Si mihi permittas vulgato more loqui.

Vocabulo-



# Vocabulorum quorundam, aut ſono aut ſignificatione ſimilium, differentia.

*Abdico, Exhæredo.*

EXhæredo meum moriens, natum Abdico vivus.

*Acceſſus, Acceſſio.*

Acceſſus locum adit, additque Acceſſio rebus.

*Acta, Geſta.*

Acta minores res, majores Geſta vocantur.

*Hæc Ædes, Hæ Ædes.*

Ædes ſacra Dei eſt, nobis habitantur at Ædes.

*Æger, Ægrotus, Ægritudo, Ægrotatio.*

Sæpius Ægrotum corpus, mens dicitur Ægra.

*Affinis, Confinis.*

Conjugia Affines faciunt, Confinia campi.

*Affinis, Cognatus, Conſanguineus.*

Conjugio Affines, Cognati ſanguine fiunt.

*Albus, Candidus.*

Albus natura color eſt, fit Candidus arte.

*Agnati, Cognati, Genus, Sanguis.*

Agnatos genitor, Cognatos dat quoque mater,
Inde Genus natis,hinc quoque Sanguis inest.

*Alvus, Uterus, Venter.*

Consumunt Ventres, Uterus parit, egerit Alvus.

*Ambo, Duo.*

Ambo conjunctim ; sed divisim Duo dices.

*Ambo, Uterque.*

Ambo tempus idem, diversum spectat Uterque.

*Ad annum, In annum.*

Anno id finito, spatio hoc datur unius anni.

*Annuo, Innuo.*

Annuo concedens, Innuo significans.

*Ara, Altare, sive Ara alta.*

Ara etiam infernis, Superis Altare sacrum diis.

*Arbiter, Judex.*

Lege datur Judex, Arbiter eligitur.

*Armenta, Greges.*

Sunt pecudum majorum Armenta, Gregésque minorum.

*Armus, Humerus.*

Armus brutorum est, Humerus ratione fruentum.

*Arteriæ, Vena.*

Sanguis per Venas in omne corpus diffunditur,
& spiritus (vitalis) per Arterias. *Cic. de Nat. Deor.* 2.

*Asilus, Asylum.*

Turbat Asilus equos, miseros suscepit Asylum.

*Autor, Actor.*

Autorem instituit primus, sed rem gerit Actor.

*Audio, Inaudio, Ausculto.*

Occultum quis Inaudit, at idem quidlibet Audit.
Ausculto cùm attendo tuis aut pareo dictis.

*Augurium, Auspicium.*

Ex avium cantu Augurium, Auspiciumque volatu est.

*Bibo, Poto.*

Pauca Bibo modice, Poto multumque diuque. *Biblio-*

*Bibliotheca, Libraria.*

Bibliotheca tenet libros, Libraria vendit.

*Binæ Literæ, Epiſtolæ duæ.*

Quæ ſingulari cumque vox numero caret,
Binas habet ſibi additas, alia duas.

*Carcer, Carceres.*

Equos coercent Carceres, Carcer malos.

*Carmen, Verſus.*

Verſibus ex multis Carmen componitur unum.

*Caupo, Capo.*

Capo cibum præbet, ſcit vinum vendere Caupo.

*Cauſam agere, dicere.*

Quam patronus Agit, cauſam Dicit reus ipſe.

*Cibus, Victus.*

Qui manduco Cibos, Victum comedoque biboque.

*Circiter, Circum, Circa.*

Circiter eſt numerum, loca Circum, tempora Circa.

*Civitas, Urbs.*

Urbs tecta, muros, Civitas populum notat.

*Clava, Clavus, Clavis.*

Clava ferit, Clavus firmat, Claviſque recludit.

*Cedo cecidi, Cedo ceſſi.*

Dando locum Ceſſi, ſed flagris Cædo cecîdi.

*Cœtus, Cete Ceti.*

Sunt Cete piſces, populi collectio Cœtus.

*Clypeus, Scutum.*

Scuta oblonga gerit miles, clypeoſque rotundos.

*Colus, Colum.*

Fert ancilla Colum, penetrat res humida Colum.

*Comedo, Comeſſor.*

Eſuriens Comedit, ſed Comeſſatur aſotus.

*Comedo, Comœdus.*

Comœdi ſcenam, Comedones quærite cœnam.

*Comes, Comis.*

Qui Comis fuerit, sit Comes ille mihi.

*Commodare, Mutuo dare.*

Ejusdem pretii rebus data mutua solves;
Eademque numero Commodata reddito.
Vinum vicinus, frumentum Mutat & aurum;
Usus librorum & Commodatur vestium.

*Concilium, Consilium.*

Concilium est totius, Consiliumque senatus.

*Confertum, Refertum.*

Confertum est densum, vas plenum dico Refertum.

*Confiteor, Profiteor.*

Delicta Confiteor coactus vi & minis.
Sed sponte Profiteor mea.

*Congeries, Glomeratio, Strues.*

Congeries lapidum tibi sit, Glomeratio fili,
Lignorum proprie dicitur esse strues.

*Conjuratio, Conspiratio.*

Mutuus assensus facit hanc, juramus in illa.

*Consors, Collega, Socius, Comes.*

Consortes fortuna eadem, Socios labor idem,
Unum Collegas efficit officium.
Una, qui Comes est, dicitur ire via.

*Consulo tibi, & te.*

Consulo te doctum, tibi Consulo dum tua curo.

*Contineo, Abstineo.*

Contineo memet, Abstineoque tuis.

*Contingit, Accidit.*

Contingens aliud sequitur, casu Accidit at ros.
Scies plura mala contingere nobis quam
accidere, *Senec.*

*Corium, Pellis.*

Magnum animal Corium gestat, Pellemque minora.

Cruor,

*Cruor, Sanguis.*

Sanguis inest venis, Cruor est de corpore fusus.

*Defungi, Perfungi.*

Munere Perfunctus, Defungor sæpe perîclis.

*Deleo, Extinguo.*

Deleo Scripturam, cum flamma Extinguo lucernam.

*Deligo, Diligo.*

Deligito imprimis, Delectum Dilige amicum.

*Delubra, Templum.*

In Templis Delubra tenent simulacra deorum.

*Desertus, Disertus.*

Desertus locus est, Patroni lingua Diserta.

*Donare, Largiri.*

Donamus modice, Largimur multa profuse.

*Dulcis, Suavis.*

Mel dulce est, Suave acri etiam conditur aceto.

*Ebriosus, Ebrius.*

Non si peccatum hoc denotat, id vitium.

*Edico, Indico.*

Edicunt reges, indicit festa sacerdos.

*Epulum, Epulæ.*

Publica vult Epulum populo convivia poni,
Privatas Epulæ dant tibi jure dapes.

*Errare, Vagari.*

Erro viam linquens, per loca multa Vagor.

*Exanimus, Exanimatus.*

Mortuus Exanimus, reddit metus Exanimatum.

*Excelsus, Altus.*

Sursum Excelsa, sed Alta petunt sursum atque deorsum.

*Excubiæ, Vigiliæ.*

Nocte dieque ill e, noctu hæ modo castra tuentur.

*Exploratores, Speculatores.*

Hostibus in me liis illi, procul hi speculantur.

*Fidens*

*Fidens, Confidens.*

Hic audax temere eſt, at conſtans fortiter ille.

*Fides, is, Fides, dei.*

Una fides aures mulcet, movet altera mentem.
Illa fides fidis eſt, hæc fideique fides.

*Fidus, Fidelis.*

Fidus amicus erit, ſervus dominoque Fidelis.

*Flagro, Fragro.*

Fragrat odoratum quidvis, incendia Flagrant.

*Fora, Fori.*

Urbium Fora ſunt, Fori navium.

*Forfex, Forceps, Forpex.*

Forfice fila, pilos cape Forpice, Forcipe ferrum.

*Fornix, Fornax, Furnus.*

Fornix eſt arcus, ſed Fornax ſaxa perurit,
Piſtor habet Furnum; Fornace hypocauſta caleſcunt.

*Frater, Germanus.*

Frater ab alterutro, Germanus utroque parente eſt.

*Fremere, Frendere.*

Ore Fremunt magnæ, ſed Frendent dentibus iræ.

*Frondes, Folia.*

Arboribus Frondes, Folia herbis ſunt quoque nata.

*Genero, Pario, Gigno.*

Vir Gignit, mulierque Parit, Generat ſed uterque.

*Gibbus, Struma.*

Gibbus terga premit, cervicem Struma moleſtat.

*Gratias Referre, Habere, Agere.*

Re Refero, ſed mente Habeo, verbis Ago grates.

*Guſto, Sapio.*

Guſtat lingua cibum, qui bene cunque Sapit.

*Herboſa, Herbida.*

Herboſa non ſunt teſqua, nunc licet Herbida.

*Ignoratio, Ignorantia.*

In vitio hæc; omni caret Ignoratio culpa.

*Imus,*

*Imus*, *Infimus*.

Cella domus jacet Ima loco plerumque; ita mensis
Infimus instructis ordine scurra sedet.

*Incuso*, *Accuso*.

Incuso privatim, Accuso lege foroque.

*Infensus*, *Infestus*.

Est animo Infensus, factis Infestus & armis.

*Inhibere*, *Prohibere*.

Ne incipiant Prohibe, ne pergant fas Inhibere.

*Innocens*, *Innocuus*.

Innocua & herba est, solus Innocens homo.

*Ira*, *Iracundia*.

Affectum Ira notat, vitium Iracundia mentis.

*Irascor*, *Succenseo*.

Irascor quavis, justa Succenseo causa.

*Jurgium*, *Lis*.

Lis inimicorum est, vel amicos Jurgia tentant.

*Labo*, *Labor*.

Labo repente ruens, Labuntur flumina sensim.

*Lactans*, *Lactens*.

Lactantes præbent, Lactentes ubera sugunt.

*Leges*, *Instituta*.

Scribuntur Leges, sine scripto hæc tradita jura.

*Lepores*, *Lepores*.

In sylvis Lepores, in verbis quære Lepores.

*Littus*, *Ripa*.

Ad flumen Ripas, ad mare Littus habes.

*Lucro*, *Vinco*.

Lucramur nummos, pugnando Vincimus hostes.

*Hic malus*, *Hæc malus*, *Hoc malum*.

Fert navis Malum hunc, Malus fert hæc tibi fructum
Arboris, at Malum hoc is tibi fructus erit.

*Mammæ*, *Ubera*.

Ut mulier Mammas, pecudes sic Ubera præbent.

*Mare*,

*Mare, Æquor, Fretum, Pontus.*

Quod fremit esse Fretum dicas, Mare quod sit amarum,
Pontus ponte caret, sed ab æquo dicitur Æquor.

*Mereri, Commereri.*

Commeritus pœnam est, Meritus qui præmia servus.

*Merita, Officia.*

Officium levius, Meritum sed majus habetur.

*Merx, Merces.*

Merx vænit nummis, operantibus est data Merces.

*Mulceo, Mulgeo.*

Mulcet equos famulus, sed vaccas rustica Mulget.

*Murus, Paries.*

Ædibus est Paries privatis, Murus at urbi.

*Mutuor, Mutuo.*

Mutuor heu pauper, cui dives Mutuat aurum.

*Nemo, Nullus.*

Nemo homines tantum spectat, res Nullus at omnes.

*Novum, Recens.*

Jam Nova quæ fiunt, modo facta Recentia dicas.

*Occido, Occido.*

Occidit Æacides, Paris hunc Occidit inermem.

*Opera, Operæ, Opus.*

Magna operarum operâ fiunt opera omnia magna.

*Opperior, Operior.*

Opperior tardus, pannis Operitur egenus.

*Orator, Rhetor.*

Causam agit Orator, docet artem Rhetor agendi.

*Os oris, Os ossis.*

Manducat carnem Os oris, carnem Os tenet ossis.

*Pango pegi, Panxi, Pepigi.*

Jungo Pegi, Panxique cano, Pepigique paciscor.

*Pascor, Vescor.*

Pascuntur proprie pecudes, homo Vescitur unus.

*Peccare,*

*Peccare, Delinquere.*

Negligere officium hoc, ſcelus id patrare nefandum eſt.

*Pecus, pecudis, pecoris.*

Hoc pecoris Pecus eſt, illa Pecus pecudis.

*Pejus, Deterius.*

Deterius aliquid eſt bono, Pejus malo.

*Pendo, Pendeo.*

Fur furca Pendet, vir Pendit debita juſtus.

*Perculſus, Percuſſus.*

Perculſos animo, Percuſſos corpore dicas.

*Perdere, Amittere.*

Quod Perdis periit, potes Amiſſum revocare.

*Perficio, Abſolvo.*

Perficitur juſto, res fine Abſolvitur ullo.

*Pennæ, Pinnæ.*

Ut volucri Pennæ, ſic Pinnæ piſcibus aptæ.

*Populus, Populus.*

Populus eſt arbor, Populus collectio plebis.

*Populus, Plebs.*

Infra Patricios Populi, pars infima Plebs eſt.

*Portus, Statio navium.*

Tutior eſt Portus, Statio male fida carinis.

*Poſco, Peto, Poſtulo.*

Imperio Poſco, precibus Peto, Poſtulo jure.

*Precor, Deprecor.*

A cœlo bona cuncta Precor, mala Deprecor alto.

*Præs, Vas*

Quis ſubit in pœnam capitalis ſupplicii? Vas.
Quis cum lis fuerit nummaria, quis dabitur? Præs.

*Pretium, Præmium.*

In pretio eſt dives, deſunt ſua Præmia doctis.

*Profugus, Exul.*

Sponte fugit patria Profugus, damnatus at Exul.

*Prohibeo, Veto.*

Dicta Vetant, ea quæ dicto & facto Prohibentur.

*Promitto, Spondeo.*

Qui spondet recipit, verbo Promittit inani.

*Pudor, Verecundia.*

Recti Verecundia, Pudor facti est mali.

*Robustus, Fortis.*

Corpore Robustum, sed dices pectore Fortem.

*Rogus, Pyra, Bustum.*

Ipsa strues Rogus est, Pyra flagrans, ustaque Bustum.

*Saturo, Satio.*

Res Satiat quævis, victu proprie Saturamur.

*Scintilla, Favilla.*

Quæ Scintilla micans, extincta Favilla vocatur.

*Securus, Tutus.*

Ne sit Securus, qui non est Tutus ab hoste.

*Senes, Veteres.*

Sunt ætate Senes, Veteres vixère priores.

*Sinus, us, & Sinum, ni.*

Una sinu manus est, gustat Sinum altera lactis.

*Sobrini, Patrueles.*

Fratribus hi geniti, natique sororibus illi.
Dant Consobrinos fratres simul atque sorores.

*Spurius, Nothus.*

Ille patre incerto, certo hic, male natus uterque.

*Stella, Astrum.*

Pluribus è Stellis formatur Sidus & Astrum.

*Sumo, Accipio.*

Depositum Sumo, quod datur Accipio.

*Taceo, Sileo.*

Nondum fata Tacet lingua, locuta Silet.

*Teres, Rotundus.*

Hastam dic Teretem, pilam dic esse Rotundam.

*Timeo, Vereor.*

Iratum Timeo dominum, Vereorque parentes.

*Torris, Titio.*

Torris adhuc ardens, extinctus Titio fiet.

*Tribulum, seu Tribula, Tribuli.*

Tribula grana terit, Tribuli nascuntur in agris.

*Tueor, Tuor.*

Oppressor, Tueor ; Tuor alti sidera cœli.

*Vallare, Sepire.*

Vallamus propriè castrum, Sepimus ovile.

*Hoc Vas, sis, Hic Vas, dis.*

Hoc Vas vasis aquam retinet, spondet vadis hic Vas.

*Vendico, Vindico.*

Vendico jure meum, non justum Vindico factum.

*Venenatus, Venenosus.*

Felle Venenatas facit Herculis Hydra sagittas ;
Ipsa Venenosa est bellua felle suo.

*Venio, nis, ni : Veneo, nis, nivi.*

Non Venit id gratis, pretio quod Venit & auro.

*Vertex, Vortex.*

In summo Vertex capite est, in flumine Vortex.

*Victima, Hostia.*

Hostibus à victis fit Victima prævia bello.
A devincendis Hostia nomen habet.

*Vinco, Vincio.*

Vincere fas hostes, captos Vincire licebit.

*Unda, Aqua.*

Hæc pauca & placida est ; ea sæva & major aquæ vis.

# Hæ Voces, Quis, quid, Qui, quæ, quod.

QUantus, qualis, &c. *cum interrogativæ non sunt, sed verbum aliquod immediatè naturæ ordine subsequuntur, aut saltem verbum & nomen, quæ περιφραστικῶς, pro verbo usurpantur, subjunctivum modum in verbo sequenti exigunt.*

*Quis*, who. *Quid* what. *Etiam atque etiam considera, quis quem fraudasse dicatur. Prospicere animis quid futurum sit. Si quis pro aliquis, aut quid pro aliquid accipiatur, non est hujus loci.*

*Qui, quæ, quod*, who, what; *non relativum pronomen. Qui sis considera. Vide quod nobis impendeat periculum. Secùs est in illâ loquendi formulâ : Spero quæ tua est prudentia & temperantia, te ut volumus valere.*

*Quantus,ta, tum,Quantopere. Vide quanta sit in te suavitas. Si præcedat Tantus, tantum, secùs est. Videor mihi videre tantam dimicationem, quanta nunquam fuit. Similiter si Tantum subintelligatur, ut Quantum est situm in nobis.*

*Qualis, quale. Id quale esse possit, intelligi non potest. Secùs est, si talis præcedat, Hic mihi amaris tui visus, & talis qualem esse eum tuæ mihi literæ nunciârunt.*

*Quam, quemadmodum*, How. *Video quam suaviter voluptas sensibus nostris blandiatur. Te quemadmodum sit elusurus, videre mihi videor. Sicut pro quemadmodum. Videsne ut proverbio sit ovorum inter se similitudo?*

*Cur, quare, quamobrem ; uter, tra, trum ; num, numquid, quorsum, ne incliticum. Rationem cur ita fiat, afferre nequeo. Non quæro abs te quare patrem S. Roscius occiderit. Tibi potestatem optionemque facio, ut eligas utrum velis. Mitte literas, numquid putes Reip. nomine tradendum esse nobis. Quorsum recidat responsum tuum, non magnopere laboro. Quæstio est expetendíne sint honores.*

*Ubi. Ubi fueris non ignoro. Si verò ubi non immediatè post verbum usurpetur, sed ad nomen vel ad verbum præcedens referatur, secùs est. Porticus hæc ipsa, ubi ambulamus.*

*Quo. Vide quò progrediar. Secùs est si præcedat eò vel ibi. Venio nunc eò quò me non cupiditas ducit sed fides.*

*Unde. Nostri exercitus unde nomen habeant vides. Si verò Unde immediatè post verbum non usurpetur, sed ad aliquid præcedens referatur, secus est. Omni huic sermoni propositum est, non ut ingenium, & eloquentiam meam perspicias unde longè absum sed ut laborem & industriam.*

---

## De Chreia & Gnome.

THemata, *vel celebres Autorum sententiæ, quæ, in scholis ad exercenda puerorum inge-*

*nia proponi solent, duo ferè habent genera.*

*Vel enim Chreiæ sunt vel Gnomæ. Gnome dicitur, qua præcipitur aliquid vel agendum, vel omittendum fugiendumque : ut, Vive tibi, quantumque potes prælustria vita. Ne quid nimis. Chreia vero est quædam nuda rei notitia, sed ea etiam utilis vitæ, quæ sine præceptione aliquâ vel suasione proponitur. Mors omnibus commune est. Vita brevis, Ars longa. Eodem fere modo utraque tractatur, brevissimè quidem sic : 1. Propositione, cum quod in themate traditur, pluribus & perspicuis verbis explicatum proponimus confirmandum. 2. Ratione, cum quod proposuimus aliquo argumento probamus. 3. Confirmatione rationis, cum ulterius quod probatum est communimus. Formulæ autem familiares instituendi Rationem & confirmationem hæ sunt. Nam, Enim, Etenim, Quippe, Nimirum, Quid enim, &c. 4. Similitudine, cum quod probatum & communitum est, simili aliquâ re illustratur; cujus formulæ sunt, Ut, Sicut, Nam, Veluti, Quemadmodum, Enim, &c. 5. Exemplo, ubi à facto simili propositæ rei aliquid luminis & firmamenti conciliatur hisce formulis, Accepimus, Memoriâ proditum est, Literis traditur, Memorant, Ferunt, &c. 6. Veterum testimonio, quod apophthegmate, proverbio, aut aliquo philosophi, poetæ, oratoris, historici, &c. elegantiore ac memorabili dicto, uberiorem institutæ rei fidem facit, habetque formulas : Rectè quidem poeta, Optimè orator, Verè igitur monet Philosophus, Bene proverbio dicitur, &c. Postremo, Conclusione, cum quod initio proposuimus comprobatum jam denuo asseveramus; vel si Gnome sit, monemus etiam & adhortamur. Formulæ autem sunt istæ, Ergo, Itaque, Igitur, Quare, Quamobrem, Quocirca, Quæ cum ita sint, Hæc ita cum se habeant, &c.*

*Quod si uberius tractanda res sit, & diducenda latiùs, addi possunt, ante Propositionem Exordium, ante Conclusionem Amplificatio, & confutatio si opus sit : Argumenta etiam ad rem firmandam confirmandamque plura, Plura Exempla, Similia, Testimonia. Sed imprimis videndum, in variis orationum formis, cum in Verbis & Phrasibus nequa sæpius repetatur, tum vero in singulis sententiis diligenter studeatur. Adultiores autem pueri Troporum quoque, Figurarum, Periodorum, Euphoniæ, & numeri oratorii rationem habeant.*

---

Gnome tractata brevissime.

THEMA I.

Festina lenté.

PRopositio: *Damnosa est in gerendis rebus nimia festinatio.*

2. Ratio; *Nihil enim consilio tam inimicum est, quam temeraria negotii præcipitatio.*

3. Confirm. *Sine consilio autem quicquid fit, recte fieri non potest.*

4. Simil. *Ut æstas frugibus, ita deliberandi spatium maturandis negotiis necessarium.*

5. Exemp. *Fabius Maximus, ut ferunt, Romanam cunctando restituit rem.*

6. Vet. Test. *Noverat enim verum esse vetus illud verbum, omnia fieri sat citò si sat bene.*

7. Conc. *Bene igitur videtur consulere, qui lentè monet festinare.*

## *THEMA* II.

### Imprimis venerare Deum.

PRop. *Videtur illud mihi officium pietatis perquam necessarium, ante quam ad obeunda quotidianæ vitæ opera nos accingimus, ab invocatione divini Numinis auspicari.*

Rat. *Quomodo enim fieri potest ut in operibus institutis fœliciter progrediamur, nisi propitium nobis faventemque imprimis Deum reddiderimus.*

Conf. *Nam sine ejus auxilio nihil est quod quisquam non modo perficere, sed ne suscipere quidem, vel conari, vel cogitare valeat.*

Simil. *Quemadmodum agricola terram frustra quidem colit, nisi pluviæ cœlestes reddant fructiferam: Ita nos inutiliter prorsus operi cuiquam admovebimus manum, si divina id gratia non irrigaverit, quâ quod suscepimus ad exitum fœlicem perducamus.*

Exempl. *Memoriæ traditum est Romanos olim nihil solitos fuisse inauspicato moliri, nihil aggredi, non explorata prius deorum suorum voluntate. Quanto id magis nos facere Christianos decet?*

Vet. Test. *Itaque Poeta recte quidem monet, Qui A Jove principium, à Deo monet auspicandum.*

Conc. *Quare si quis habet in votis, ut omnia sibi negotia prosperè cedant, operam imprimis det, ut precibus conciliet sibi voluntatem Dei, quoniam solus ut poetæ verbis concludam.——— Vires ille dat, ille rapit.*

## *CHREIA* I.

### Mors omnibus communis.

1. PRop. *Hominibus tandem serius aut citius moriendum est omnibus.*

2. Rat. *Hanc enim naturæ legem constituit omnpiotens Deus, nequis è nostro genere immortalis sit.*

3. Conf. *Dei autem leges perfringi nullo modo possunt.*

4. Simil. *Quare ut Cato venit in theatrum, ita nos in hunc mundum, ut exeamus.*

5. Exem. *Sanctissimus David, Sapientissimus Solomon, Samson fortissimus, morti omnes succubuerunt.*

6. Vet. Test. *Adeo verum est*

 *illud*

*illud poetæ, — Omnes una manet nox, Et calcanda semel via leti.*

7. Conc. *Vitâ igitur brevi hâc utamur fruamurque, videlicet, ex terrâ ficti, mox in terram redituri.*

## *CHREIA* II.

### Labor improbus omnia vincit.

PRopositio. *Nihil adeo est arduum' nihil tam operosum, quod assiduitate laboris & constantiâ non possit aliquando expugnari.*

Rat. *Nam quæ duæ res omnium videntur difficillimæ, cum sunt pulcherrimæ : si quis diligenter illis operam dat, utramque sibi tandem conciliabit, rerum Cognitionem atque Virtutem.*

Conf. *Quippe virtutem, quæque alia in bonis habentur omnia, posuisse Deus dicitur sudoris in arce; quam qui enitendo secutus fuerit; hæc omnia simul consequitur.*

Simil. *Quemadmodum enim Gutta cavat lapidem non vi sed sæpe cadendo,* Ita *quæ durissima sunt, neque primo impetu superari possunt, industriæ tamen & sedulitati assiduæ cedunt.*

Exem. *Accepimus olim perpetuis laboribus tantas res gessisse Herculem, quantas ab homine geri potuisse vix profecto jam credimus.*

Vet. Test. *Adeo verum est id quod præclarè Q. Curtius. Nihil, inquit, tam altè natura posuit, quo virtus non possit eniti.*

Conc. *Est igitur hoc sole meridiano clarius, ea quemque in quibus elaboravit, nervosque omnes intenderit, ex animi sententiâ confecturum esse omnia; ut merito indecorum & turpe habendum sit, à rebus honestis atque præclaris metu difficultatis absterreri.*

DE

# DE COPIA.

QUomodo Copia in oratione paranda sit, videamus; eademque sententia quomodo variis orationum formis enuncianda. Cujus variationis copiæque usus est sanè varius & multiplex. *Primo* ut vitetur ingrata ejusdem Verbi aut Sermonis iteratio: *Deinde* ut habeatur delectus in oratione, & discernas, quod verbum, quæ phrasis, quænam sententiæ formâ tuo potissimùm conveniat proposito: *Denique* ad subitam ex tempore scribendi dicendique facultatem. Variatur autem oratio per

1. *Synonyma*; verba, quæ diversa cum sint, eandem omninò rem significant, ut,
   - Ensis, gladius. Domus, Ædes. Literæ, Epistolæ.
   - Sæpe, frequenter. Amo, diligo. Sperno, contemno.

2. *Periphrasin*; cum pluribus verbis, id quod uno, aut certè paucioribus dici potest, explicatur; ut, Homo Sapientiæ studiosus, *pro* Philosopho. Qui literas docet, *pro* Grammatico. Animam efflare, vel agere, *pro* Mori. Libri Phrasium consulendi sunt.

3. *Enallagen*; cum eâdem voce modicè deflexa, varietatis nonnihil conciliatur: Id autem fit præcipuè,

Cummutatur vel

- Pars aliqua orationis.
  1. *Verbum nomine*; ut, Alii judicent, aliorum esto judicium.
  2. *Verbum Participio*; ut Amantem redama, Redama eum qui te amat.
  3. *Gerundium gerundivo*; Ad accusandum homines, Ad accusandos homines.
  4. *Verbum supino*; Venit ereptum, venit ut eripiat,
  5. *Adverbium nomine*: ut Frequenter est in Aulâ, Frequens est in Aulâ.
- Species alicujus partis, *viz.*
  - *Substantivum adjectivo, aut contra*; ut, Magnitudo meritorum, *pro*, merita magna. Consilium Themistocleum, *pro*, Consilium Themistoclis.
  - *Verbum activum Passivo, aut contra*; ut Habeo tibi gratiam, Habetur à me tibi gratia.

4. *Alium Syntaxeos modum, Constructionis variationem.* Ut, Gaudeo

deo te bene valere, Gaudeo quod tu bene valeas. Primus ante omnes, inter omnes, ex omnibus, omnium, &c. Cujusmodi variæ constructionis exempla varia in Latinâ Syntaxi reperias.

5. Ἰσοδυναμία, *i. e.* Æquipollentiam *ratione Negationis Non*: Ut, Omnia fecit; Nihil non fecit. Vir doctus; minimè indoctus. Accipio; non recuso.

6. *Interrogationem*; ut, Non est miserum mori; Usque adeone mori miserum est? Omnes oderunt sceleratos; Quis non odit sceleratos?

7. *Ironiam*; ut, Non magnam laudem assecutus es; Egregiam verò laudem assecutus es. Non populus hoc curat; Id populus curat scilicet.

8. *Admirationem*; ut, Multum homini homo præstat; Dii immortales, homini homo quid præstat! Vehementer se amat sine Rivali; Deus bone, quam se amat sine Rivali! Pape! Quid dicam! Quid hoc rei censeam!

9. *Adjurationem*; ut, Non aliter scribo quàm censeo; Ne salvus sim, si aliter scribo quam censeo. Nihil mihi antiquius famâ; Ne vivam, si quid mihi antiquius famâ. Dispeream, Ne Valeam.

10. *Exclamationem*; ut, Homo est insigni audaciâ; O singularem hominis audaciam!

11. *Abominationem*; Ut, Ista nunquam cogitavi. Dii meliora, quàm ut ista cogitarem. Absit; Μὴ γένοιτο.

12. *Metaphoram.*

13. *Metonymiam.*

14. *Synecdochen.*

15. *Allegoriam*: Denique per omnes ferè tropos & schemata.

*Gradum Superlativum & prius Supinum* peculiaris quædam est variandi ratio. Superlativus enim gradus variatur primò per

Comparativum suum per { 1. *Affirmationem*; Vir omnium eloquentissimus: Cæteris omnibus eloquentior, vel, quàm cæteri omnes.
2. *Negationem*, ut, Quo nemo est eloquentior. }

2. *Synonyma*; Ut, Disertissimus, facundissimus omnium, &c.

3. *Periphrasin*; Ut, Orator omnium maximè facundus, disertus, eloquens. Qui de quâvis re copiosissimè ornatissiméque potest dicere, &c.

4. *Enal-*

4. *Enallagen*, five commutationem cum Substantivo; Et

1. *Alio Superlativo*; Ut, Summa eſt hujus viri eloquentia. Vir ſingulari eloquentia; ſive, ſingularis eloquentiæ; vel etiam ſingulari eloquentiâ præditus.

2. *Comparativo*; Ut, Omnibus eloquentia ſuperior eſt, nulli eſt inferior potius.

3. *Verbo*; Ut, Superat omnes dicendi copia. In dicendo principatum obtinet, primas tenet, facile omnes vincit; omnes longè præſtat. Hunc ſuperat nemo. Haud facilè ſuperatur à quoquam. Cedit nemini. Antecellit omnibus.

5. *Alium Syntaxeos modum*; Ut, Eloquentiſſimus inter omnes, vel, ex omnibus.

6. Ἰσοδυναμίαν; Ut, Vir minimè omnium in dicendo rudis, vel, dicendi imperitus.

7. *Admirationem*; Ut, Dii boni! quanta eſt hujus Viri eloquentia, quàm facundus eſt hic vir!

8. *Adjurationem*; Ut, Male me habeam, ſi quid unquam hiſce auribus iſtoc ore ſuavius hauſerim.

9. *Exclamationem*; Ut, O ſingularem hujus Viri facundiam! O eloquentiam propè divinam! O ſtupendam, admirandam, admirabilem, egregiam, eximiam! *&c.* Nec vox hominem ſonat.

10. *Particulas varias.*

1. *Tam, Quam*; Ut, Tam diſertus Nemo quàm. Quis tam, quàm.

2. *Perindè, æquè, atque.* Quis perinde diſertus eſt atque hic vir? haud quiſquam eſt hominum æque facundus atque hic vir.

3. *Tam, ita, adeo, reſpondente*; Ut Tam diſertus eſt, ut parem non inveniat. Adeò diſertus eſt, ut cum eo nemo ſit conferendus. Nemo ita diſertus eſt ut hic vir.

4. *Similiter, is, ea, id*; Ut, Ea viri hujus eſt facultas dicendi, ut ei nemo ſit æquandus.

11. *Interrogationem: Quo modo ex prioribus quilibet iiſdem verbis variari poteſt:* ut, Annon hic vir eſt omnium eloquentiſſimus? omnibus eloquentior? Quis illo, vel, quiſquámne illo eſt eloquentior? Nonne diſertiſſimus, facundiſſimus omnium? *&c.*

12. *Synecdochen.*

13. *Metonymiam.*

14. *Hyperbolen*; Ut, Alter *Cicero*, vel *Demoſthenes. Ita pro Crudeliſſimo,*

*issimo*, *Atreus*, vel *Phalarus*; *Pro formosissimo*, *Nereus*; *Pro deformi*, *Thersites*, *&c. Cujus generis sunt hæc*, viz.

| | |
|---|---|
| Melle dulcior. | Thaide blandior. |
| Mel ac deliciæ. | Quâvis peste pestilentior. |
| Euripo inconstantior. | Fortunâ ipsâ fortunatior. |
| Venere formosior. | Oreste insanior. |
| Timone inhumanior. | Phœnice rarior. |
| Dædalo ingeniosior. | Asello tardior. |
| Euclide tenacior. | |

Prius verò Supinum variatur per

1. *Gerundium* in *dum*; Ut, Venit ereptum Virginem, venit ad eripiendum virginem.
2. *Gerundivum*; Ut Venit ad eripendam Virginem.
3. *Gerundium in* di; Ut Venit causâ eripiendi virginem.
4. *Gerundivum*; Ut, Venit causâ eripiendæ Virginis.
5. *Verbum*; Ut, Venit ut eripat Virginem.
6. *Participium*; Ut, Venit erepturus Virginem.
7. *Infinitivum Græcè*; Ut, Venit eripere Virginem.

Rules



## *Rules for Construing according to natural Order. See Mr.* Brinsleys's *Grammar-School*, Cap.

R*Ead distinctly to a period, observi ng,* 1. *Points.* 2 *Proper Names beginning with great Letters.* 3. *Words included in a Parenthesis* ( ) 4. *Argument and drift of the Place.* 5. *Circumstances,* Quis, Cui, Causa, Locus, Quo tempore, Prima, Sequela. *Principle Verb with Nominative Case.*

*Then construe,* 1. Vocative Case, ( *if any* ) *and whatsoever agreeth with it, or is governed of it, or put in the place of it; as, Interjection of Exclamation, or Calling; Adverb of Calling, &c.* 2. Nominative case *of the Principal Verb, and whatsoever dependeth on it; as, the latter of two Substantives, Adjective, Participle, and the words that govern, or* put *instead of it, as whole Sentence, Infinitive Mood, &c. or* includeth it, *as, Verbs Impersonal, Gerunds and Supines absolute with* Est, Orandum est, Itum est. 3. Principal Verb, *and whatsoever is joyned with it, as,* 1. *Infinitive Mood.* 2. *Adverb, which may be placed before or after the Verb to the best sense.* 4. Case which the Verb properly governeth *with the Dependants on it, sometimes Nominative after Verbs Substantives, &c. commonly Accusative, or Accusative before Infinitive Mood instead of it, with this sign* ( That ) *before it.* 5. All the other Cases in order ; *as, Genitive, Dative, Ablative.*

*Observe,* 1. *If there be not all these words, to take so many as are in the Sentence.* 2. *In every Clause where the right Verb is not expressed, to supply it ; and so of all other words that are wanting.* 3. *That this Order is changed by Relatives.*

*tives, Interrogatives, Indefinites, Partitives, words of dependance and Connexion, sometimes Ablative cases absolute, which are to be construed first.* 4. *To joyn Preposition to its Case, Adjective to its Substantive, unless the Adjective pass over its signification to some other word governed.* 5. *That Gerunds accord to the Cases of Nouns,* di *to Genitive,* dum *to Accusative,* do *to Ablative; and that Gerunds and Supines are commonly put for Infinitive Moods.* 6. *To render Latinismes and Phrases first literally, then aptly in our English Tongue.* Nothing against Sense or Grammar.

Summa Regulæ.

Dictio Regens præponenda est ei quæ Regitur.
Quæ Declarant, postponenda sunt iis quæ declarantur.

## Rules of Composition or placing words according to Artificial Order, out of Mr. *Brinsley*'s Grammar-School, *Cap.* 11.

1. T*Hat contrary to Grammatical Order, Words governed, commonly precede Words governing: and in perfect Sentences, Oblique Cases are usually in the beginning, Nominative in the middle, Verb in the end; as,*

Cæsar occupavit Civitatem munitissimam hostium.
Munitissimam hostium Civitatem Cæsar occupavit.

*Except* 1. *Obliques of denying, which may be put elegantly in the end; as,*

Cæsare fortunatiorem legimus neminem.

2. *Adjective or Participle wherein is the Emphasis; as,*

Cæsarem in morte fere omnes putant miserum.

3. *Patient which may often follow the Agent; as,*

Hac

Hac una in re magnam Cæsar Pompeio Injuriam fecit.

II. *Adjective ordinarily before the Substantive; and between Adjective and Substantive;*

1. *The Genitive case of the latter of the two Substantives; as,*

Severitas magna Cæsaris incussit terrorem hostibus.

Terrorem hostibus magna Cæsaris severitas incussit.

2. *The Word that governeth the Genitive case; as,*

Clementia Majestatis Cæsareæ dedit pacem & tranquillitatem provinciis.

Cæsareæ clementia Majestatis pacem & tranquillitatem provinciis dedit.

3. *Sometimes the Verb, Adverb, Conjunction, Preposition alone, or with his case; as,*

Magnum profecto laborem Cæsar assumpsit, quem ferme ab ipsis ad nos venisse Gadibus aiunt, ut hostes suæ Majestati rebelles, nostris autem supra modum rebus infestos, armis subigeret. Quam ob causam perpetuum illi amorem & gratiam debemus immortalem.

III. *Adverbs and Prepositions with their Cases any where to please the Ear, yet most elegantly before the Verb or Participle which they declare; as,* Debitum pro contemptu suis hostibus diuque dilatam severitatem Cæsar tandem exhibuit, sed clementissime mitigavit.

Observe further,

IV. *That Prose, though Verses may be cited in them, are not to be composed like them; and hereof care to be taken, as in the beginning, so especially in the ending of Sentences.*

V. *That the ending of Sentences, so that it exceed not six Syllables, is chiefly to be weighed, and variously to be disposed, long Syllables with short, most sweetly in a* Dichoreus, as Cicero *often:*

Deinde

Deinde patris dictum sapiens temeritas filii comprobavit.

VI. *That Letters and Words of the best and sweetest sound respected, and among them,* 1. *Elegant Adverbs. Bonds of Connexion.* 3. *Polysyllables, as Verbals,* Domatrix; *Compounds,* pernoscere; *Superlatives,* ad dicendum paratissimus, *&c.*

VII. *That herein is to be avoided* confusion of words *of Clause with the words of another*; harshness *of sound,* deformity *of Sentences*; affected curiosity *of Composure. Remembring this, that the best Orators have not kept themselves* strictly *to any set* Rules: *that the best contexture is that which runs with the best* dependence, variety, distinction *of Sounds and Clauses, perspicuity, smoothness, to the best advantage of the* Pronouncer, *and content of the Hearer; and that by practice, observation, and imitation of the best Authors, herein we may obtain most certainty and commendation.*

FINIS.